Digitized by Google





<36624530280011

<36624530280011

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

E. 140
J. Can. P. 129.
Gerbert

I

DE

LEGITIMA

ECCLESIASTICA POTESTATE

CIRCA SACRA

ET

PROFANA.

Auctore

P. MARTINO GERBERT,

Monacho O. S. B. e Congr. S. Blasii in Silva nigra,

Em.mi & Rev.mi S. R. E. Cardinalis DE RODT,

S. Q. R. I. Principis & Episcopi Constant. &c. &c.

Theologo.

Permissu Superiorum.

Typis Princ. Monast. S. BLASII. 1761.

Digitized by Google

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google



PRÆFATIO.

Manca videri potuit a me ſuſcepta veræ eccleſiæ adverſus falſas quasvis demonſtratio, niſi eidem accederet præſens de legitima eccleſiaſtica poteſtate pertractatio. Non ſolum enim præſidium, magiſterium que eccleſiaſticum intime cum catholica eccleſiæ notione, ac ſyſtemate eſt conjunctum (utpote quod eccleſiam inſigniter repræſentet, & ornatum, ſplendoremque omnem illius efficiat) verum etiam penes ipſum clavus & gubernacula eccleſiaſticæ reipublicæ multo præſtantius eminentiusque reſident, quam apud principes, & magnates hujus ſæculi regimen politicum. Civilis poteſtas ſolam hominis, ut ita dicam, ſuperficiem attingit, & exteriora officia curat, ac moderatur, ad fluxum & periturum humanæ in hoc mundo ſocietatis, civilitatisque ordinem, & tran-

Digitized by Google

quillitatem diſpertitis in regnis : Eccleſiaſtica, pro æterni ſibi propoſiti finis conſecutione, nullis ampliſſimæ poteſtatis ſuæ coarctata finibus, eam explicat una per omnem, qua late patet orbis, eccleſiam, ratis etiam ſcitis ſuis in cœlo : ſibi ſubjicit arcanos omnes animæ receſſus, & facultates, ad obſequium fidei, ipſo intellectu ſibi devincto : exiſtitque non tantum agendorum canon & regula, verum etiam credendorum oraculum & norma. Quæ auctoritas tam manifeſtis documentis a DEO eſt aſſerta, ut ii ſolummodo eam inficiari audeant, qui, horrendo in Spiritum ſanctum ſcelere, apertæ veritati reſiſtere non verentur. Ipſe LUTHERUS de ſe faſſus eſt, omnibus argumentis ſuperatis, unum hoc vix, ac nonniſi ægerrime ſe ſuperare potuiſſe, audiendam ſcilicet eccleſiam; quæ ejus confeſſio habetur *Præf. oper. Luth. T. I. f.* 49. ſed quod vehementi turbini, in arcto loco concluſo, aut rapido torrenti, aggere oppoſito, accidit, ut ſi erumpant, eo majori vi ac impetu id fiat, quo magis coarctabantur; id LUTHERO, & qui LUTHERUM ſecuti ſunt in abjiciendo eccleſiæ jugo, contigit. In nulla re magis elaborarunt, quam in oppugnanda eccleſia, illiusque legitima poteſtate. Scilicet huc omnes vires admovendæ erant, utpote ſtante ecclecle-

cleſiæ auctoritate, non una aliqua novæ Reformationis particula labaſcit, ſed tota machina ruit. Idcirco hodieque nihil magis agunt, neque in ulla re majus illorum verſatur ſtudium ac contentio, quam in deprimenda, enervanda, ac evertenda eccleſiaſtica hierarchia: quam non ſolum omni auctoritate, poteſtateque deſtituunt, verum etiam criminationibus, calumniisque inceſſunt. Parum habent, nullam in eccleſia agnoſcere ordinis prærogativam, parentium & imperantium ſubordinationem, coercendi jus, in legibus ferendis, controverſiis fidei finiendis auctoritatem, niſi etiam omnia dominandi libidini, ambitioni, avaritiæ tribuant, quæ CHRISTUS miniſtris eccleſiæ ſuæ concredidit munia, quaque auxit dignitate. Minus habent pro ſuo erga ordinem eccleſiaſticum affectu, omni ſpoliaſſe jurisdictione, ad eam adhuc extraneæ ac politicæ dominationi ſubjiciendam, & conſignandam, animum induxerunt. Necdum ſatis: nimis comiter ſe cum eccleſia egiſſe exiſtimant, ſi omni honoris gradu ac imperio dejicerent tantum, nec etiam bonis, fortunis, opibus, ac facultatibus ſpoliarent, eamque non ſolum regalibus orbent ornamentis, ſed etiam ludibrio & ignominiæ exponant. Omnes illi manus injiciunt, ut quidquam decerpant: non ſolum, qui

theologica tractant, ei insultant, sed & jurisconsulti, & legistæ omnis generis ei dicam scribunt, postquam in idem cum politica republica, ecclesiam confuderunt. Quidquid eruditionis comparari potuit, huc omne profusum, ut incauti decipiantur: cum plerumque catholici hæc tractent parce, & si ita dicere fas sit, jejune: pro causæ equidem bonitate satis, sed pro multorum delicato palatu, & curiositate minus: nimirum *filii hujus sæculi prudentiores sunt filiis lucis*. Norunt illi splendente malas ornare fuco, hi plerumque simplicitate rerum contenti sunt: imo si verum fateri velimus, spinas addunt, subtilitates ac nodos in scirpo nectunt, quibus multorum animos ac studium a se avocant: qui dum cernunt majori delectatione adversariorum scripta volvi ob rerum varietatem, methodi facilitatem, dictionis suavitatem, his avide inhiant, incumbuntque, libentius etiam ab istorum ore pendent. Quid mirum deinde, si sæpius contingat statim a juvenili ætate tenera ingenia corrumpi, ac occulte venenum adversæ doctrinæ instillari, iis præsertim, qui unice jurisprudentiæ studeant, peregrini in theologica disciplina, ac sæpe vix fidei rudimenta edocti. Quæ quando ita se habent, aliter fieri nequit, quin multa prava principia imbibantur, multa præjudicia

dicia generentur circa legitimam potiſſimum eccleſiaſticam poteſtatem, & hierarchiam ſacram. Non loquor niſi quæ quotidiana experientia ſint comperta. Unde originem trahit ille deſpectus eccleſiaſticæ auctoritatis? Unde odium cleri? Unde inſidiæ? Inhiatio in bona eccleſiaſtica? Equidem non negaverim in eccleſiaſticum ordinem vitia etiam irrepſiſſe, quæ offenſioni locum dederint, nec ſemper omnes rite ordinibus, ac muneribus ſuis eſſe defunctos viros eccleſiaſticos: ſed ſi ob ejusmodi corruptelas humanæ ſocietates & officia turbanda forent, omnia munia ceſſare deberent. Quodſi jam ipſi eccleſiæ filii toti horum lectioni, ſtudioque affixi hæreant, quid futurum ſit, quilibet conjicere poteſt. Parum videntur harum rerum cura tangi plerique catholicorum, qui his ſtudiis ſunt addicti. Quod ſi enim pro mali magnitudine de remediis ſoliciti forent, curarent, ut adverſariis auctores catholici opponerentur, quos tereret tenera præſertim juventus, qui eruditionis etiam varietate, & tractandi arte vincerent, ut vincunt cauſa. Moribus certe, & hominum ingeniis accommodanda eſt docendi ratio, non præfracte cum irrecuperabili damno moribus antiquis vivendum.

Utinam aut mea ſtudia, aut ingenii vires id permitterent, ut pro animi contentione

Digitized by Google

ferri me, ac exſpaciari in hunc campum liceret! Quod dum modo integrum non eſt, id ſaltem præſenti tractatione ago, ut commonefaciam, cautosque reddam, ac ſcopulos præcipuos indicem, in quos impingere pronum eſt in lectione librorum, qui ingenti copia quotidie ab adverſariis eduntur, & hoc veneno ubique turgent. Feci id quidem breviter pro inſtituti ratione. Sed fiducia erigor in DEUM fore, ut is vota ſecundet. Vana erunt verba noſtra, niſi DEUS intus operetur, voluntatem in obſequium flectat. *Eſt ſcriptum in prophetis*, repetit autem CHRISTUS, *erunt omnes docibiles DEI: omnis qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.* CHRISTUS a Patre quæ audivit revelavit per Spiritum S. apoſtolis, qui ea eccleſiæ conſignarunt, tradideruntque per ſucceſſores ſuos in miniſterio, magiſterioque eccleſiaſtico, hos audiamus, hos auſcultemus, ac precemur Dominum DEUM, ut adverſos fratres noſtros ſua intus gratia ad idem fidei obſequium inflectat, & ad eccleſiæ obedientiam, ſubmiſſionemque inclinet: quos pia hæc mater, ut eſt ingenti pietate, & flagrante charitate, amanter in ſinum ſuum, ac gremium ſuſcipiet, & paſtor bonus errantem ovem humeris impoſitam ad ovile reportabit.

SYLLA-

Digitized by Google

SYLLABUS CAPITUM.

LIBER I.

De poteſtate eccleſiaſtica, & jure circa ſacra generatim.

CAPUT I.

De vero eccleſiæ ſyſtemate.

§. I. Eccleſia eſt cœtus externus ac viſibilis.
II. Eccleſia eſt ſtatus per ſe ſubſiſtens, nec membris conſtans æqualibus.
III. Eccleſiaſtici cœtus unio perficitur unione gregis cum paſtoribus, paſtorum inter ſe, & cum capite.

CAPUT II.

De regimine, ſive hierarchia eccleſiaſtica.

§. I. Eſſe, fuiſſeque ſemper in eccleſia regimen aliquod contra adverſarios oſtenditur.
II. Varia præſertim heterodoxa ſyſtemata ac ſententiæ de miniſterio eccleſiaſtico.
III. Quale ſit, & penes quos reſideat regimen, ſeu hierarchia eccleſiaſtica.

CAPUT III.

De jurisdictione & auctoritate magiſterii eccleſiaſtici.

§. I. De jurisdictione eccleſiaſtica, & poteſtate coercendi, pœnisque cogendi.

SYLLABUS CAPITUM.

§. II. De potestate legislatoria ecclesiæ, cum jure cogendi.
III. De auctoritate ecclesiæ judicandi, & decidendi causas fidei.
IV. De auctoritate ecclesiæ judicandi, ac decidendi quæstiones circa facta dogmatica.

LIBER II.

De illis singulatim penes quos est summa potestatis ecclesiasticæ.

CAPUT I.

De summi Pontificis in ecclesia potestate.

CAPUT II.

De episcoporum in ecclesia potestate.

§. I. Auctoritas summa collegii episcoporum in tota ecclesia dispersorum.
II. De conciliorum suprema in ecclesia potestate.

CAPUT III.

De varia magisterii ecclesiastici, variis temporibus, facie.

LIBER III.

De jure laicorum, maxime principum circa sacra.

CAPUT I.

De finibus utriusque potestatis, ecclesiasticæ & civilis.

SYLLABUS CAPITUM.

CAPUT II.

Proteſtantium ſyſtemata circa jus ſacrorum principi competens examinantur.

CAPUT III.

De jure circa ſacra ac religionem principibus tum ſuapte, cum ſingillatim in imperio Germaniço ex pactis competente.

CAPUT IV.

De cura principum circa ſacra, ſacrasque perſonas, præſertim in earum electionibus, inveſtituris. De pragmatica ſanctione, concordatis.

CAPUT V.

De exemtione clericorum a judicio ſæculari, eorumque immunitate tam perſonali, quam reali.

CAPUT VI.

Quid juris ac curæ competat principi in convocandis, celebrandisque conciliis, ac eorum ſtatutis exequendis, cuſtodiendisque.

CAPUT VII.

Quam inique fiat, eccleſiæque male conſulatur, dum in ordinem redigitur legitima eccleſiaſtica poteſtas, atque ſæculari ſubigitur.

CAPUT VIII.

De jure ſtatuum laicorum paciſcendi de rebus ſacris & eccleſiaſticis, poſteriore hoc ævo uſurpato.

CAPUT IX.

De jure plebis in regimine eccleſiaſtico.

Digitized

LIBER IV.

De cura ac jure ecclesiæ circa temporalia.

CAPUT I.

Quod & quale jus sacræ potestati competat in summas politicas potestates.

CAPUT II.

Ecclesiæ in omnis generis judiciis auctoritas.

CAPUT III.

De jure & cura clericorum circa bona & dominia temporalia.

CAPUT IV.

De legitima bonorum ecclesiasticorum administratione.

CAPUT V.

De legitima bonorum ecclesiasticorum possessione ac usura, adversus direptiones extraneorum.

Digitized by Google

LIBER I.

DE POTESTATE ECCLESIASTICA ET JURE CIRCA SACRA GENERATIM.

CAPUT I.

DE VERO ECCLESIÆ SYSTEMATE.

§. I.

Ecclesia est cœtus externus ac visibilis.

I.

Culpa sua homo dum excideratbeata sorte, misertus nostri DEUS ipse venit, & salvavit nos, acquisivitque

Ecclesia in quem finem constituta.

que ſibi eccleſiam Chriſtus ſanguine ſuo. Adoptavit nos in filios, ac æternæ vitæ hæredes ſcripſit, ut ab eccleſia pugnante ex terris in eccleſiam regnantem transferamur in cœlis. Hunc in finem data ſunt ipſo ex ore divino præcepta, ac præſcripta norma tum credendi, cum videndi cœtui ex univerſo terrarum orbe electo, ac undique diffuſo.

Externa ac viſibilis ſocietas.

II. In hoc cœtu veluti animæ locum habent divina chariſmata; corporis autem inſtar eſt credentium multitudo, ac cœtus ejusdem fidei profeſſione, eorundemque ſacramentorum communione conjunctus. Cum enim ſingulis obligatio incumbat ſeſe ad eccleſiam aggregandi, neque ulli extra illam ſit ſalus, viſibilis ſit oportet ac externus cœtus. Natura comparatum habemus, ut niſi externis ſignis ac ſenſibus in rerum cognitionem non veniamus: Unde S. Paulus dicit: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti* (a). Idcirco etiam ubique conſpicua fieri debuit initio ſtatim per evangelii præcones, deinceps vero per undique diffuſam claritatem ſuam ac radios, ne aliquis juſtam ignorantiæ excuſationem afferre poſſit: quemadmodum conſequenter S. Paulus innuit: *Sed dico*, inquit, *non audierunt?*

a.

(a) Rom. X. 17.

&

& quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quare licet eccleſia inviſibilium chariſmatum donis, inviſibiliumque præmiorum ſpe ſit conſociata, ipſa tamen per ſe viſibilis, ac luce meridiana clarior ſemper fuit: hinc etiam internæ gratiarum unctiones potiſſimum externis ſignis ſunt connexæ, in ſacramentis exempli cauſa. Ipſa enim in eccleſiam ſolemnis ſuſceptio, atque ad fidem initiatio in ſacro baptiſmatis fonte exteriore ritu abſolvitur, unde prima regeneratio a morte peccati fit: & cætera ſacramenta vel ad augmentum, complementumque gratiæ S. Spiritus nata inſtitutaque ſunt, vel ad ejusdem deperditæ reſtaurationem: atque etiam ad certa in eccleſia DEI obeunda munia, ac miniſteria, utique publico ac communi ſocietatis uſui.

III. Qui ſuperiore ævo ſeceſſionem ab eccleſia fecerunt, cum ſe aliter expedire non poſſent, exploſa eccleſia viſibili ad inviſibilem recurrerunt. Non duas tantum eccleſiæ partes internam & externam diſtinguunt, quæ haud ſecus, ac in homine corpus & anima, intimo conglutinatæ ſint vinculo: & ſicut homo ob corpus conſpicuus oculis, ita eccleſia ob exteriorem ſuam formam neceſſario viſibilis

Secus ac Novatoribus videtur.

ſibilis ſit; ſed volunt recte conſtare poſſe eccleſiam partibus nulla externa unione ſociatis: tametſi non negent internam gratiæ communionem externam conjunctionem non reſpuere, qua in cœtus abeatur, ſed externam eccleſiarum coitionem neceſſariam abſolute non ducunt: quo facto penitus omnes eccleſiæ auctoritati, poteſtatique ſuccidunt nervos: hoc enim modo quodlibet membrum per ſeipſum ſubſiſtet, nec unius ad alterum membrum erit ſubjectionis, vel prærogativæ, dignitatisque reſpectus, ac ſubordinatio ulla.

Qui refutantur.

IV. Nova hæc eſt eccleſiæ forma dicam an ſpectrum? Fatetur BOEHMERUS jam CYPRIANI tempore, hoc eſt tertio eccleſiæ ſæculo, eam eccleſiæ notionem obtinuiſſe, quam nos tuemur, qua cœtus aliquis exteriore vinculo ſibi conſociatus denotetur: & niſi ad jus ſuum arbitrarium eccleſiaſticum peraccommoda ſequior eccleſiæ notio fuiſſet, fortaſſis idem deprehendiſſet jam ante CYPRIANUM inde a prima Chriſtianiſmi ætate, eandem ſemper externæ ac viſibilis eccleſiæ ideam omnium animis obverſatam fuiſſe, talemque ab apoſtolis conſtitutam, fundatamque eccleſiam, in qua non ſolum fidelium eſſet cor unum, ac anima una, ſed etiam indiſſolubile, arctiſſi-

ctiſſimumque externæ ſocietatis vinculum conjungeret: tametſi enim quandoque contigerit ſermonem de interna eccleſiæ unione veluti anima ſeparatim fieri, hoc tamen non impedit, quo minus externam etiam unionem nunquam non neceſſariam putarint: quemadmodum diſtinctim de hominis interiori, & ſpirituali parte loqui ſolemus, quin eam exteriori, & viſibili corporis moli copulatam inficiemur. Scio diſplicere adverſariis iſtam de corpore & anima humana ad eccleſiam applicatam comparationem: ſed eam non nobis, verum apoſtolo imputent, qui ſæpius ad Epheſios, & ad Corinthios eccleſiam DEI, corpus Chriſti nominat: & quidem *Eph. IV.* 3. corpus & Spiritum aperte diſtinguit: *Soliciti*, inquit, *ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis, unum corpus, & unus Spiritus, ſicuti vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.* Deinde poſtquam unitatem plurimum commendaſſet, ad eccleſiaſtica miniſteria ſermonem convertit, quæ non ad ſingularium in orbe diſperſorum fidelium, ſed ad communem coeuntium utilitatem valent: *Ipſe*, inquit (*a*), *dedit quosdam quidem apoſtolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad* a.

(*a*) Id. *v.* 11.

conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti &c. Et paulo infra (*a*). *Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.* Hic iterum interior ſpiritualis pars charitatis ſecernitur ab exteriore corporis connexione per juncturam ſubminiſtrationis, ſeu varia miniſterii genera, utique ad totius eccleſiaſtici cœtus communem uſum: hoc etiam modo corporis Chriſti unitatem clarius apoſtolus ad Corinthios explicat, ac primo eam ex baptiſmo repetit: *Etenim*, ait (*b*), *in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus . . . & omnes in uno Spiritu potati ſumus.* Quis non videt unitatem hic deſumi ex viſibili ſacramentorum forma, quæ nos in unum corpus, cœtum nimirum eccleſiaſticum utique viſibili ratione, in ſymbolis viſibilibus, conſocient. Vidit hoc ex ipſis ſectariis *Henricus* DODWELLUS, *Eccleſiæ dona*, ait in Paræneſi ſua de nupero ſchiſ. Angl. n. 52. *ſpiritualia omnia DEUS non ſectæ chriſtianæ, ſed corpori ejus*

(*a*) Ib. *v.* 15. (*b*) 1. Cor. XII. 13.

Digitized by Google

ejus politico conjunxit, non ſcilicet fidei chriſtianorum, ſed ſocietati, baptizamur in unum corpus, & panis Euchariſtici fractio participatio corporis Chriſti eſt: quoniam unus panis, unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane participamus, corpus autem Domini eccleſia eſt. Sunt item ſacramenta illa hujus corporis politici vincula. Illud ergo ſi ſolvatur, una etiam chriſtianitatis beneficia omnia perire neceſſe eſt, nullum erit jam corpus Chriſti, cui in terris uniamur. Aliud conſociationis membrum PAULUS ediſſerit, idem omnino, quod etiam Epheſiis exponit, repetitum ex miniſterii eccleſiaſtici tam ordinarii, quam extraordinarii functionibus variis. *Vos autem*, inquit (*a*), *eſtis membra de membro: & quosdam quidem poſuit DEUS in eccleſia primum apoſtolos, deinde prophetas, tertio doctores &c.* Atqui iſthæc omnia, ut denuo inculcem, non ad uniuscujusque membri particularem uſum, ſed ad totius corporis ædificationem, communemque opitulationem faciunt. Hinc in actibus (*b*) apoſtolus convocatos ex Epheſo presbyteros alloquitur, tanquam quos Spiritus ſanctus poſuerit epiſcopos regere eccleſiam DEI, *quam*, inquit, *acquiſivit ſanguine*

a.

b.

(*a*) Ib. *v.* 27. &c.
(*b*) Act. XX. 28.

gnine ſuo: Quo in loco nullus diffitebitur eſſe de cœtu aliquo viſibili ſermonem. Sed ultro dant adverſarii ſæpius hujusmodi externos cœtus in ſcripturis deſcribi: illud negant univerſim chriſtianæ eccleſiæ talem competere notionem. Verum ex iſto textu convincuntur: loquitur PAULUS de eccleſia, quam Chriſtus acquiſierit ſanguine ſuo, in hac rectores conſtitutos hortatur, ut attendant ſibi, & univerſo gregi: quam ergo Chriſtus acquiſivit ſanguine ſuo eccleſiam, *Eſt plebs*, utor verbis S. CYPRIANI (*a*), *ſacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhærens.* Hac notione eccleſiæ imbuta eſt omnis antiquitas, ipſaque ſcriptura, ac ſymbolum, ut ex Novatoribus agnovit JURIUS ſuo in eccleſiæ ſyſtemate *c.* 16. Nolim in hanc rem teſtimonia coacervare res explorata eſt omnibus, niſi qui præjudiciis ſunt occupati: atque ſi etiam documenta ejusmodi afferrem, quorum claritate adverſarii percellerentur, ea admittent, cœtus enim externos non reſpuunt, ſed eorum neceſſitatem negant, hanc autem evincemus ſtabilita ordinis eccleſiaſtici auctoritate, ac divina ad regendam eccleſiam inſtitutione.

§. II.

(*a*) Epiſt. 69. ad PAPIANUM.

Digitized by Google

§. II.

Eccleſia eſt ſtatus per ſe ſubſiſtens, nec membris conſtans æqualibus.

I.

Statuam illam, in qua monarchiæ ſeu regna quatuor ſignabantur, a NABUCHODONOSORE in ſomnio viſam, lapis abſciſſus de monte ſine manibus contriverat: *Lapis autem*, inquit ſacer textus (*a*), *qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & implevit univerſam terram.* Non eſt cur dubitemus per lapidem illum Chriſtum intelligi, per montem autem inde ſuccreſcentem eccleſiam chriſtianam ſignificari, quæ hodieque univerſam implet terram. In ipſa ſomnii interpretatione propheta hunc montem regnum appellat. *In diebus autem regnorum illorum*, inquit (*b*), *ſuſcitabit DEUS cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & conſumet omnia regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum.* Nihil opportunius eſſe queat hoc ſomnio ad eludenda Novatorum ſomnia de eccleſiæ ſtatu.

Eccleſiam eſſe ſingularem ſtatum contra Novatores.

a.

b.

(*a*) Dan. II. 35.
(*b*) Ib. *v.* 44.

Contendunt iſti eam ſuapte natura primævaque ſua inſtitutione ab omni peculiari forma ac ſpecie externa alienam eſſe : ad ſummum ipſa hominum electione ac diſciplinæ confœderatione eam in collegium coire, quod, tantum abeſt, ut alia regna comminuat & conſumat, ut haud ſecus ac alia collegia terrenorum regum imperio ſubſit, niſi imperantes omnino ab eccleſia abhorreant, & eam perſequantur, uti ſub imperatoribus ethnicis contigit.

Status eccleſiæ publicus vel privatus ex mente BOEHMERI.

II. Hoc ergo inter eccleſiæ fata recenſent iſti, ut pro principum in eam ſtudio, vel odio, publicam vel privatam faciem induat. *Ex publica approbatione*, inquit BOEHMERUS (*a*), *vel ejusdem denegatione diverſitas quædam ratione effectuum juris oritur, quod eccleſiæ ſint vel privatæ, vel publicæ : privatæ dicuntur, quæ publica deſtituuntur auctoritate, vel ſaltem privato coeuntium placito colliguntur, vel* (I) *quod publice penitus reprobentur, vel* (II) *quod quidem in totum non reprobentur, publicum tamen exercitium iisdem denegetur.* Jam prius hoc dederat BOEHMERUS, ſocietatem quidem eccleſiaſticam in republica eſſe poſſe ad imaginem cæterorum collegiorum, ſed haud neceſſario deſiderare approbatio-

(*a*) Jur. eccl. L. I. T. 33. §. 22.

bationem publicam, in quo unice ponit diſcrimen collegiorum eccleſiaſticorum, ab aliis civilibus: tunc ea nimirum ſi publico deſtituantur reipublicæ ſubſidio, ipſa de ſuis rationibus privatim ſolicita eſſe poſſe. *Inde*, inquit (*a*), *factum, ut chriſtiani primævi mutua confœderatione ſe in certa pacta, leges, & ordinem obſtringerent, diſciplinam quandam determinarent, qua inter ſe uterentur, & ita a ſemetipſis auxilium quærerent, quod iis denegabatur a republica. Hinc ſi dicere fas eſt, habuere ſub hoc ſtatu privatæ eccleſiæ h. e. univerſitates fidelium ſingulis locis collectæ majorem libertatem, quam ubi in publicum tranſierunt ſtatum.* Vere ait BOEHMERUS in hoc perſecutionis eccleſiarum privato ſtatu, eas majori gaudere libertate, quam ſub principe chriſtiano, ſtatuque earum publico: ſub chriſtianis enim principibus veram ſerviunt ſervitutem. Audi BOEHMERUM: *Imprimis vero*, inquit (*b*), *publica auctoritas hunc effectum eisdem conciliat, quod non amplius privato coeuntium arbitrio dirigantur, ſed publica auctoritate ordinentur, & jura eorundem publicum conſequantur effectum, eoquod de negotiis eccleſiaſticis in diſcrimen vocatis publice*

a.

b.

(*a*) Id. l. c.
(*b*) Ib. §. 26.

publice jus dicatur, & leges ferantur. Nimirum principe, ut deinceps declarat, omnia dirigente, ac jus dicente: ecclesia semper permanente statu æquali principi subjecta, utpote collegio in republica sito, omni propria destituta auctoritate.

Ecclesiæ status in sensu catholico.

III. Nihil humilius pro statu ecclesiæ esse queat, quam regnum hoc a Christo proprio sanguine acquisitum terrenis regnis subjicere, omni proprio detracto splendore, omni exutum dignitate, nullo nexu sibi ipsi cohærens. Aliter catholica tenet veritas: Christi ecclesiam omni regno sublimiorem jactat & extollit, cujus legibus reges sese subjiciant, & pro maxima dignitate, omni regia longe excellentiore habeant, se subditos esse istius regni, in quo etiam in cives regni cœlestis admittantur, cui quodvis regium diadema, & sceptrum ne comparari quidem queat. Ambierunt olim reges, & honori sibi ducebant in cives Romanos asciſci; sed multo glorioſius, infinitum conducibilius eis est in Romanam ecclesiam cives scribi: hoc modo regnum istud, quod suscitavit DEUS cœli, comminuit, & consumit omnia regna, dum jugo suo submittit, sibique obsequentes facit. Quare jure in BOEHMERUM aliosque secum sentientes illud

CY-

CYPRIANI (*a*) in NOVATIANUM jactare liceat. *Cum ſit a Chriſto una eccleſia per totum mundum in multa membra diviſa, item epiſcopatus unus multorum epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſus, ille poſt DEI traditionem, poſt connexam, & ubique conjunctam catholicæ eccleſiæ unitatem humanam conetur facere eccleſiam:* id eſt humana conventione, ac pactis ſolum confœderatam, elumbem alias ac diſſipatam, humanæ reipublicæ obnoxiam nullo proprio firmamento ſtabilem, nulla auctoritate præſtantem, nulla præcellentia præfulgentem: cum a DEO ſit ſicut caſtrorum acies ordinata, regnum, civitas, ac templum DEI, ſeipſa non modo perfecte ſubſiſtens, ſibique ſufficiens, verum etiam omni hominum generi ac ſtatui proſpiciens, ac leges dans, magiſtra, ac domina orbis. *Tu*, affatur eam S. AUGUSTINUS (*b*), *pueriliter pueros, fortiter juvenes, quiete ſenes, prout cujusque non corporis tantum, ſed & animi ætas eſt, exerces ac doces. Tu fœminas viris ſuis non ad implendam libidinem, ſed ad propagandam prolem, & ad rei familiaris ſocietatem caſta & fideli obedientia ſubjicis. Tu viros conjugibus non ad illudendum imbecilliorem ſexum, ſed ſinceri amoris* a. b.

(*a*) Epiſt. LII.
(*b*) L. I. de morib. eccl. c. 30.

moris legibus præficis. Tu parentibus filios quadam ſervitute ſubjungis, parentes filiis pia dominatione præponis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quam ſanguinis nectis. Tu omnem generis propinquitatem, & affinitatis neceſſitudinem, ſervatis naturæ, voluntatisque nexibus mutua charitate conſtringis. Tu dominis ſervos, non tam conditionis neceſſitate, quam officii delectatione doces adhærere. Tu dominos ſervis, ſummi DEI conſideratione placabiles, & ad conſulendum quam coercendum propenſiores facis. Tu cives civibus, gentes gentibus, & prorſus homines primorum parentum recordatione, non ſocietate tantum, ſed quadam etiam fraternitate conjungis. Doces reges proſpicere populis, mones populos ſe ſubdere regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus conſolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus & diſciplina, quibus objurgatio, quibus ſupplicium ſedulo doces: oſtendens quemadmodum & nos omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeatur injuria. Tale ergo eſt eccleſiæ magiſterium, quod omni hominum ſtatui, graduique officia præſcribat, idque ſumma auctoritate, nimirum vicaria ipſius DEI, cui haud impune quis reſiſtat. *Judicatur*, verba ſunt TERTULLIANI, *ma-*

(a), *magno cum pondere, ut apud certos de DEI conſpectu, ſummumque futuri judicii præjudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ut a communione orationis & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur: præſident probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti: neque enim pretio ulla res DEI conſtat.* 2.

IV. Sed reponunt adverſarii opus quidem fuiſſe in ſocietatibus eccleſiaſticis quadam moderatione, directioneque, quæ certis legibus juribusque abſolveretur: ſed ſine omni imperii, aut regni imagine, excluſa omnis principatus aut reipublicæ forma, confœderatione quadam recipiendæ conſervandæque diſciplinæ: ſic primis eccleſiæ temporibus eccleſias ſtudio humilitatis, ac ſimplicitatis ſubſtitiſſe, ubi ſedulo cautum fuerit, ne eccleſia ſchema quoddam politicum indueret. In tali eccleſiæ ſtatu aſſerendo totus eſt BOEHMERUS, tum diſſertationibus ad PLINIUM II. & TERTULLIANUM tum jure eccleſiaſtico ſparſim, notis ad *Petri* de MARCA concordiam S. & J. ac Originibus Jur. eccl. præc. mat. In præloquio vero ad V. Tom. Jur. eccl. de vario ſyſtemate univerſi Juris canonici, & eccleſiaſtici ſic nobis ſtatum hunc æqualem compendio de- BOEHMERI æquale eccleſiaſticum ſyſtema.

(a) Apolog. *c.* 39.

deſcribit, adumbratque. *Quamvis*, ait, *omnes cætus inter ſe unione arctiſſima conjuncti eſſent, ut unum corpus conſtituiſſe videantur, hæc tamen unio in æquali fœdere ſubſiſtit, ſingulæ vero eccleſiæ ad inſtar collegiorum æqualium res ſuas ſeparatim habuerunt, communique totius cætus conſenſu omnia ad ordinem idoneum ſervandum adornarunt, & ſic diſciplinam confœderatam, teſte Septimio, inter ſe coluerunt. In hoc ergo ſyſtemate prout in collegiis æqualibus moris eſt, epiſcopi & presbyterorum conſeſſus directionem negotiorum tantum exercuit, plebe tamen ſimul in concilium vocata, quoties de rebus majoris momenti ſtatuendum ac deliberandum . . . Jurisdictionis imperiique ſimulacra, atque veſtigia non ſuppetebant, ut tamen piis & ſalutaribus monitis epiſcoporum ac presbyterorum morem gererent, eosque debita veneratione & honore proſequerentur.* Liquido ex his patet BOEHMERUM idcirco æqualem eccleſiæ inducere ſtatum, ut ſic omne jus, & auctoritatem coercendi, aut perſonarum quodcunque diſcrimen, a primæva Chriſtianiſmi inſtitutione excludat; nec ullum munus in eccleſia agnoſcit, niſi docentium, & audientium: ut, qui etiam præſunt, non imperando, ſed docendo, ſuadendo, non cogendo præſint: hinc in Jure ſuo parochiali

chiali insurgit in CARPZOVIUM, & *Gisbertum* VOETIUM, licet ex Protestantium castris sint: hunc carpit, quod singulorem aliquam ecclesiasticam aristocratio-democratiam agnoscat, externamque gubernationem clericis concedat; illum insectatur, quod triplicem in ecclesia agnoscat status distinctionem: ecclesiasticum, politicum, & popularem: PUFFENDORFFIUM vero & ZIEGLERUM eximie laudat, quod eandem secum canant cantilenam. Titulo de majoritate, & obedientia sui juris ecclesiastici æqualem hunc ecclesiæ statum variis rationibus munire allaborat, ex ipso nimirum ecclesiæ etymo, Christique, cujus regnum non fuerit de hoc mundo, doctrina: qui discipulis primatum ambientibus omni dominatu interdixerit, quam doctrinam apostoli deinceps sæpius inculcarint. Praxin porro apostolicam, & ecclesiarum primitivarum secum conspirare putat: Patrum etiam adducit testimonia dominatum sacrum vituperantium. Sed omnes BOEHMERI rationes parum idoneæ sunt, a nostris haud semel protritæ. Quod vero singulariter argumentum ex ecclesiæ nomine repetit, quæ congregatio dicitur, undenam tale collegium, quale ipse statuit, probat? Quod nimirum nulla sese con-

tinendi regendique legitima eccleſiaſtica poteſtate polleat? Vel inde vero, quod Chriſtus regnum dicat eccleſiam ſuam, regnum vero non de hoc mundo, peculiare ſibi ſuæque eccleſiæ vindicat regimen & auctoritatem, quæ in primo ſuo exordio ſe maxime contra omnes adverſarias hujus ſæculi poteſtates exeruit eccleſiam propria ſibi inſita poteſtate ſtabiliendo, ſummaque regendo auctoritate. Quæ enim Chriſtus & apoſtoli, ac Patres contra dominatum dixerunt, ſolum faſtum & deſpoticam dominationem, abhorrentem ab evangelica humilitate & manſuetudine, attinent. Quod de uſu & praxi primæ eccleſiæ habet BOEHMERUS, hoc ipſum eſt, de quo controvertimus, an nimirum nulla auctoritatis prærogativa, nulla præſidentium ordinum diſtinctio in eccleſiæ conſtitutione ſit a Chriſto facta, ſed omnibus æquale jus ceſſerit. Obligatio vero omnis ex mutuo pacto fuerit, requirente ſolum collegii natura directionem quandam externam, ut omnia ordine, & decenter fiant.

Quale miniſterium BOEHMERUS in eccleſia admittat.

V. Ita habuiſſe contendit BOEHMERUS eccleſias primitivas, ſeu cœtus fidelium ſuos præpoſitos, qui dirigerent negotia eccleſiæ, &, quæ ad ordinem & decorem facerent, adornarent, qui ſenio-

ſeniores, & presbyteri ſint dicti, licet etiam non ſemper conjunctum habuerint docendi munus. Quod in ſelectis ad *Petrum* de MARCA Notis ex D. PAULI 1. *ad Tim. V.* 17. loco eruere conatur, quo longius omnem umbram ordinis, dominatus, ac jurisdictionis eccleſiaſticæ amoveat: quam tamen brevi poſt apoſtolorum obitum paulatim invaluiſſe non diffitetur, cui nempe originem dederit directio presbyterorum, ſeu epiſcoporum primæva. *Poſtquam*, inquit (a), *ambitioſi epiſcopi hac optima & haud imperioſa poteſtate nolebant amplius eſſe contenti, ſed σχῆμα πολιτικὸν in eccleſias introducere ſenſim nitebantur:* qualem conceptum alibi alienum ab eccleſia eſſe dicit. Ex ſuo autem ſtatus eccleſiaſtici ſtatu a nobis ingenue explicato, jura eccleſiæ eruit, & explicat, eamque veram eccleſiarum libertatem eſſe vult; ſi pro ſtatu hujus ſocietatis æquali nemo ex membris eccleſiæ, qua talis, imperium ſibi in eam vindicet; ſi, ut ipſe ſciſcit, ad faciem purioris eccleſiæ, paſtores ejusdem ſe intra limites officii ſui contineant, docendo, ſuadendo, adhortando, optimo exemplo præeundo, & pietatem ſanctitatemque morum inculcando,

(a) BOEHMER. obſerv. ſelect. ad *Petri* de MARCA L. I. c. III. obſerv. 5. §. 7.

do, non imperando, aut vim conſcientiæ inferendo. *In hoc demum*, inquit (*a*), *committitur papo-cæſaria, quæ dominatum cleri in eccleſia inducit, & vi externa agere, & omnia dirigere intendit. Nec obſtat, quod ita princeps in eccleſia imperium exercere poſſit, quod concedo, quatenus eſt membrum eccleſiæ, quia ita plus juris non habet, quam reliqui eccleſiæ ſocii. Aſt cum eccleſia adhuc ſit in republica, & externam conſtituit collectionem ex pluribus perſonis, ad eundem adunatum finem in eam eodem jure exercet imperium, quo in cetera collegia.* Putat ergo BOEHMERUS eccleſiæ libertatem peſſumdari, ſi ex ipſo eccleſiæ corpore exiſtant, quibus obſequium præbeatur: ſed ſi eccleſia ſæculari principi ſubjiciatur, pro libertatis jactura non reputat. Præoccupare his voluit BOEHMERUS, quod nos invictum depromimus argumentum ad ipſam eccleſiæ inſitam a nulla alia poteſtate dependentem eccleſiæ auctoritatem, ac regimen ſolis eccleſiæ prælidibus competens, ex ipſo primævo eccleſiæ ſtatu, quomodo inter adverſantes ſæculi poteſtates excrevit, conſtititque. Neque enim aliter coaleſcere & ſe tueri potuiſſet contra ſynagogam & Gentiliſmum univerſum orbem occupantem, eccleſia chri-

(*a*) BOEHMER. Jur. eccl. L. I. Tit. 33. §. 39.

chriſtiana ſe ſola ſubſiſtente, ſuaque tenente gubernacula.

VI. Quod palmare eſt in hac controverſia, nullam eſſe graduum in eccleſia diſtinctionem, ipſa Chriſtianiſmi indole, ac prima a Chriſto Domino & apoſtolis inſtitutione indidem refellitur. Certe vel ſola PAULI ad Epheſios, & Corinthios loca a nobis jam ſuperius laudata aliud evidenter docent. PAULUS corpori humano comparat eccleſiam, cujus varia ad varios uſus ſunt membra, ut illis locis PAULUS explicat, licet unius ejusdemque corporis compagi inſerta. Diviſiones, ſecundum PAULUM, gratiarum ſunt, diviſiones miniſtrationum, & diviſiones operationum, *idem vero*, inquit (*a*), *DEUS, qui operatur omnia in omnibus: unicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem.* Tum poſtquam varia Spiritus dona, dividentis ſingulis prout vult, recenſuiſſet, ad comparationem de corporis membris progreditur, ſecundum varia eorum, pro natura cujusvis, officia: *Quosdam*, dicit (*b*), *quidem poſuit DEUS in eccleſia primum apoſtolos, numquid omnes prophetæ? numquid omnes doctores?* Ergo ipſo divino Spiritu operante, & munera diſtri-

Eccleſiaſtici ordinis dignitas, & prærogativæ inde a prima inſtitutione.

(*a*) 1. Cor. XII. 6.
(*b*) Ib. *v.* 28.

ſtribuente in eccleſia non omnes æquali charactere ſunt inſtructi. Quod autem eſt Spiritus ſancti opus, non eſt arbitrarium ſocietati, niſi quatenus electi ad ſacra miniſteria viri manuum impoſitione conſecrantur, ordinanturque, unde Spiritus ſancti virtus confertur ad ordinem obeundum neceſſaria. Sic apoſtolus TITUM, & TIMOTHEUM ordinarat, non ſimplici delegatione, ſed ſolemni conſecratione operante Spiritu ſancto. Hinc monet non ſemel TIMOTHEUM, ut reſuſciter, nec negligat gratiam datam per impoſitionem manuum. In hunc modum ipſe PAULUS cum BARNABA oraculo divino ſegregatus erat in opus, ad quod aſſumtus a DEO fuerat impoſitione manuum. De S. JOANNE refert HIERONYMUS de ſcriptoribus eccl. eum totas Aſiæ fundaſſe, rexiſſeque eccleſias,
8. & CLEMENS *Alex.* (*a*), quum poſt tyranni (DOMITIANI) obitum e Patmo inſula Epheſum rediiſſet, vicinas quoque gentes rogatum viſiſſe, partim quidem, ut epiſcopos conſtitueret, partim, ut integras eccleſias diſponeret, ac formaret, partim etiam, ut unumquemque, quos Spiritus S. deſignaret, in clerum cooptaret. Sic etiam TITUM PAULUS Cretæ

(*a*) CLEM. *Alex.* Quis dives ſalvetur? apud COMBEF.

Cretæ (*a*) reliquit, ut per civitates epiſcopos conſtituat. Ipſe vero non ſemel de apoſtolatus ſui dignitate gloriatur, ejusque præſtantiam extollit: *Sic nos*, ad Corinthios ſcribit, *exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum DEI.* Et certe Chriſtus, quem nonniſi ſumma injuria æquale nobis in eccleſia membrum facimus, qui eſt caput, rex, lapis angularis eccleſiæ apoſtolos inſtituens, *ſicut*, inquit (*b*), *me miſit Pater, ita ego mitto vos: accipite Spiritum ſanctum &c.* Quod ſi omnia ex evangeliis colligamus poteſtatis apoſtolis collatæ momenta, facile patebit nihil ſublimius eſſe auctoritate ea, quam miniſtri Chriſti accipiunt in eccleſiam. *Edmundus* RICHERIUS, alias regimini hierarchico parum æquus, ſex ſingularis miniſterii prærogativas congeſſit, quas Chriſtus in apoſtolos transtulerit (*c*): 1) Eſt facultas claudendi & aperiendi cœlum. *Ego tibi dabo claves regni cælorum &c.* 2) Poteſtas ſolvendi, aut ligandi peccatores: *Quæcunque alligaveritis &c.* 3) Immediata miſſio apoſtolorum, & diſcipulorum. 4) Sacerdotii communicatio. 5) Auctoritas remittendi, & retinendi peccata: *Quorum remiſeritis &c.* 6) Jus

a.

b.

c.

(*a*) Tit. I. 5. (*b*) Jo. XX.
(*c*) *Ed.* RICH. L. de eccl. & polit. poteſtate.

paſcendi oves Chriſti. De poſteriore prærogativa nunc potiſſimum eſt ſermo auctoritate poteſtateque regendi eccleſiam legitimis paſtoribus conceſſa. De qua PAULUS convocans majores natu eccleſiæ: *Attendite*, inquit, *vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit epiſcopos regere, ποιμαίνειν eccleſiam DEI.* Ecce PAULUS non eccleſiæ conventione aut pacto, ſed a Spiritu S. epiſcopos hos ad regimen eccleſiæ poſitos
a. aperte dicit. Quare is ipſe PAULUS (*a*) regimen presbyteris adjudicat: *Qui bene*, inquit, *præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt.* Et Hebræos monet
b. (*b*) ſua ad eos epiſtola: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis.* Et quis omnia enarret novi teſtamenti mandata, aut leges a Chriſto aut apoſtolis datas? S. IGNATIUS quantam cleri dignitatem, quantam ſubjectionem & obedientiam eidem habendam exiſtimet, longum eſſet omnia monita & præcepta in hanc rem recitare: unum producam ex epiſtola ad Magneſianos: *Hortor*, in-
c. quit (*c*), *ut hoc ſit veſtrum ſtudium, in DEI concordia omnia agere, epiſcopo præſidente DEI*

(*a*) 1. Tim. V. 17. (*b*) Hebr. XIII. 17.
(*c*) S. IGNATIUS ad Magneſ. *n.* 6.
Παραινῶ ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκό-

DEI loco, & presbyteris loco senatus apostolici. Et paulo post: *Quemadmodum Dominus sine Patre nihil fecit . . . itaque neque vos sine episcopo & presbyteris quidquam agite.* Hanc obedientiam in Corinthiis etiam laudarat CLEMENS *Romanus* quam præpositis aliquando exhibuerint: *Sine*, inquit (*a*), *personarum acceptione cuncta faciebatis, & in DEI legitimis ambulabatis subditi præpositis vestris, & honorem debitum presbyteris vestris tribuentes.* Idem præstantiam sacerdotum novi testamenti deprædicat: *Summo*, inquit, *sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius adsignatus est, & levitis sua ministeria incumbunt: laicus præceptis laicis constringitur.*

VII. Ex his evidenter distinctio munerum in ecclesia inde ab apostolicis temporibus eruitur, cum apostolis enim conversatus erat CLEMENS, & IGNATIUS Christum in carne viderat: atque illud singulare inde eluceſcit, sacerdotii formam non minus in novo testamento, quam in veteri excellentem esse. Clericos semper distinctum a laicis ordinem fuisse.

πᾶσι, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων. Id. n. 7. Ὥσπερ Κύριος ἄνευ τοῦ Πατρὸς οὐδὲν ἐποίησε . . . . μήτως μηδὲ ὑμᾶς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πράσσετε.

(*a*) T. I. Script. SS. PP. apostol.

In veteri autem testamento quantum sacerdotes a populo distarent, quis nesciat? Ipso BOEHMERO fatente nihil vulgatius est apud suos etiam ex pulpitis, quam triplicis ordinis in ecclesia discrimen, des Lehr- Nähr- Wehr-Stands: Ex quibus unus magistratui, alter ecclesiasticis, alius reliquo populo attribuatur. Sed nec vel tantillum penitus concoquere potuit, ne vel minimum quid peculiaris alicujus status vestigium in ecclesia relinqueret, & principi totum jus sacrorum consecraret: *Nam ex hac divisione vulgata*, inquit (a), *inferunt principem cum clero tantum peragere negotia*
a. *ecclesiastica ... neque, qui in ea divisione subsistunt ecclesiam aliter quam ut specialem & separatam rempublicam concipiunt, quæ cum republica sæculari nihil commercii habeat, & ab ea nullo modo dirigi debeat.* Atqui vero hoc certum semper habitum fuit, ecclesiasticum statum per se solum subsistere, nec aliter a Christo & apostolis institui potuit, cum nullam societatem deprehenderint, cui se jungere potuissent, hinc sibi ipsi prospicere debuit Christus in suo ecclesiæ regno, quod etiam præstitit, ut jam audivimus: & quæ in republica esse debet ordinis præsidentis & subjectæ plebis secretio, in

(a) Jur. eccl. L. I. T. 33. §. 36.

in eccleſia etiam ſemper fuit. Tantum abeſt, ut apoſtoli hoc politicum, ut adverſariis vocare placet, ſchema abhorruerint, ut contra præcipuas προκαθιδρίας eccleſiaſticas in præcipuis urbibus conſtituerint, presbyteria etiam κατὰ πόλιν ordinarint. *Quocirca*, inquit (a), PETAVIUS, *ut a paſtore grex, a magiſtratu cives, a præpoſitis ſubjecti differunt : neque aut grex appellari paſtor, aut ſubjecti, qua ſubjecti ſunt, præpoſiti vel magiſtratus nominari poſſunt ; ita epiſcopi ac presbyteri nunquam laici vocati ſunt.* Fruſtra autem cleri a laicis diſtinctionem poſt tempora apoſtolica tandem obtinuiſſe dictitant adverſarii. Sortis enim miniſterii mentio in actibus aperte habetur, ubi PETRUS de JUDA ſermocinatur. Ἔλαχε, inquit, τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταυτῆς. Hunc deinde κλῆρον expreſſe ἐπισκοπὴν appellat, quam poſtea MATHIAS ſortitus eſt. CLEMENTIS *Romani* jam attulimus locum, ubi laicorum diſtinctionem claram a ſacerdotali in muneribus exprimit. Clericorum etiam meminit IGNATIUS, atque ad Trallianos clare ſcribit, ſine presbyteris eccleſiam electam non eſſe, nullam congregationem Sanctorum, nullam collectionem piorum. Hæc pertinent ad primam ipſis apoſtolicis

(a) De Hierarch. eccl. *L. III. c. 6. n. 8.*

licis temporibus, ab ipſisque apoſtolis conſtitutam eccleſiæ formam. Deinceps nec ipſis obnitentibus adverſariis in omnium ore obtinuit ſingularis cleri a populo ſecretio, tanquam ſtatus omnino peculiaris, qua clerus omnia eccleſiæ jura uſurpavit, in judiciis, in ſacris functionibus, aliisque eccleſiæ actibus, plebi ſola parendi & communionis uſura relicta. Res, & nomina ſemper fuerunt diverſa: ſic enim reliquæ fidelium turbæ nomen laicorum βιωτικῶν, ſæcularium, ἰδιώτων, hominum privatorum ab antiquis datum legimus. Clericorum ordini econtra eccleſiaſticorum ἱερατικῶν, ſacratorum, τάξις τῦ βήματος, ordinis ſanctuarii nomen tributum, quo ipſo non ſolum ordinis diſtinctio, ſed etiam ſacerdotii inſigne munus indicatur. Nec diffitetur BOEHMERUS (*a*) cleri a laicis ſeparationem ſtatu & ordine, tale involvere prædicatum, quod ſacerdotibus proprie competat: atque in hunc finem TERTULLIANI locum profert, in quo proprie ſacerdotalis N. T. muneris ratio ſit expreſſa: ac ultra largitur TERTULLIANUM jam notione veri ac genuini ſacerdotii imbutum fuiſſe. Certe TERTULLIANUS (*b*) quodam loco hæreticorum morem in eo differre ab eccleſia-

a.

b.

(*a*) Diſs. 7. in PLIN. *n.* 6. §. 47. (*b*) De præſc. *c.* 42.

ſiaſtico dicit : *Quod hodie epiſcopus, cras alius, hodie diaconus, qui cras lector, hodie presbyter, qui cras laicus: nam & laicis ſacerdotalia munera injungant.*

VIII. Allatus locus nos provocat ad celeberrimam objectionem ex eodem TERTULLIANO de differentia inter ordinem & plebem, communique ſacerdotio diluendam, quam tanti fecit BOEHMERUS, ut dimidiam partem ſuarum diſſertationum Juris eccleſiaſtici antiqui ei tribueret, poſtquam alteram ſemiſſem PLINII II. loco de conventibus chriſtianorum antelucanis addixiſſet, unde ille totius fere juris chriſtiani genuinas origines, genuinumque proceſſum, atque eccleſiæ formam elicere conatur: ſcilicet ex ethnici hominis teſtimonio, qui de ſacris noſtris vix præter nomen aliquid inaudierat: item ex hæretici hominis unius, ſeu adhuc adoleſcentis teſtimonio, ſi HARDUINO credimus ex HIERONYMO aſtruere conanti, TERTULLIANUM librum de exhortatione caſtitatis adhuc juvenem exaraſſe, in quo teſtimonium controverſum invenitur: ut cum idem eandem materiam libro de Monogamia retractans argumenti de communi omnium ſacerdotio nec verbo quidem meminerit: quod indicat, ipſum nihil roboris eidem tribuiſſe,

TERTULLIANI locus de differentia inter ordinem & plebem explicatus.

ſe, qui alias argumenta ſua ad nauſeam uſque ſoleat inculcare. Quidquid autem ſit, ipſo fatente BOEHMERO TERTULLIANUS notione veri ac genuini ſacerdotii imbutus fuit, atque adeo, adhuc catholicus, aliter omnino ſenſit: ut adeo, ſi ejus auctoritati aliquid dandum ſit, ſuſcipienda eſſet ſententia TERTULLIANI adhuc orthodoxi. Duo autem attinet capita præcipua chriſtiani ordinis: nimirum differentiam inter ordinem & plebem, cujus inſtitutionem eccleſiæ adſcribere videtur: alterum ſacerdotale munus ſpectat, quod laicis etiam omnibusque fidelibus commune facere cenſeri queat. Controverſus locus in libro de exhortatione caſtitatis *c.* 7. habetur, qui tritus omnino omnium ore eſt. Quoad primum caput ita habet: *Differentiam inter ordinem & plebem conſtituit eccleſiæ auctoritas, & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus.* Non eſt neceſſe meam multum in hoc textu deſudare operam, ob unius hæretici teſtimonium, qui ob ſuam in ſcribendo perplexitatem, obſcuritatemque alias ſæpiſſime crucem lectoribus figit: etiam hyperbolis frequenter ſcatet, & ut hypotheſi ſuæ patrocinium nanciſcatur, nihil abſurditatis reſpuit. Res erat de ſecundis nuptiis, quas improbare nitebatur

tur, quod ſacerdotibus bigamos eſſe juxta antiquæ legis Moſaicæ normam ab eccleſia etiam adoptatam, non licebat. Hinc, ut ceteris fidelibus ſuæque uxori idem vetitum demonſtraret, commune omnibus eſſe ſacerdotium perſuadere cupit, atque differentiam inter ordinem & plebem ſolam eccleſiæ conſtituiſſe auctoritatem. DODWELLUS (*a*) Anglus in id interpretatur TERTULLIANUM, ac ſi innuere voluiſſet, id poſtulare auctoritatem præſidentis epiſcopi, id honorem conſidentium epiſcoporum & presbyterorum, ne paſſim laicis munera ſacerdotalia permitterentur, utque tanta eſſet, quanta eo ſæculo vigebat inter ordinem & plebem in praxi differentia: neque adeo male cohæret hæc interpretatio a ſcopo TERTULLIANI, ſi, ut DODWELLUS eo loco facit, privatum conventum a publico diſtinguas: TERTULLIANUS in prioribus largitur eſſe differentiam inter ordinem & plebem, ſed ſolum in conſeſſu publico: addit deinde aliud uſuvenire, ubi eccleſiaſtici ordinis conſeſſus non ſit: ibi diſcrimen ordinis non adeſſe. En contextum TERTULLIANI: *Differentiam*, inquit, *inter ordinem & plebem conſtituit eccleſiæ auctoritas, & honor per ordinis conſeſſum ſancti-*

(*a*) *Henr.* DODWELL. de jur. laic. ſacerd. c. 2.

ſanctificatus, adeo ubi eccleſiaſtici ord
non eſt confeſſus, & offers, & ting
& ſacerdos es tibi ſolus. Vide etiam M
RINUM de ſacr. ordinat. P. III. Exer
XII. c. 3. Quod ſi ſupponas TERTU
LIANUM eo modo ſolum ſacerdotiu
tribuere, quo quilibet non quidem c
ſecret Euchariſtiam, ſed tamen a
cerdote acceptam conſecrationem
mum deferat, ibique propria ma
quaſi offerat, ſeu accipiat, ut mos
temporibus ferebat, nihil amplius r
duum erit difficultatis. Sed de hac
mox. TERTULLIANUM alii aliter in
a. pretantur, PETAVIUS (*a*), ac PETR
b. *de Marca* (*b*) loqui putant de exte
cultu & honore, qui ſacerdotibus
buatur humana ſolum & adventitia
ſtitutione: diſſimulata interim, ut
potheſi ſerviat, vera interna ex jure
vino ordinis diſtinctione. Aut etiam
tantum velle, ut PETAVIO placet, ec
ſiam multa ſolere, quod modum &
tionem adminiſtrationum ſacrarum ſ
ctet, præſcribere, v. g. ut laicus niſ
neceſſitate non tingat, & hujusmodi
lia: hæc proinde ad differentiam ec
ſiæ auctoritate inductam inter ordin
& plebem referenda eſſe. Quidquid
ipſe

(*a*) De Hier. eccl. *L. III. c.* 3.
(*b*) De diſcr. cleric. & laic. *c.* 2. *n.* 10.

ipſe TERTULLIANI contextus alteri etiam explicationi occaſionem præbet, ac ſi de aptitudine loquatur ſolum, quam quisque ad ſacerdotium in novo teſtamento habeat, ſecus ac in veteri: paulo enim poſt: *Omnes nos*, inquit, *ita vult eſſe diſpoſitos* (DEUS) *ut ubique ſacramentis ejus obeundis apti ſimus. Unus DEUS, una fides, una diſciplina, uſque adeo, niſi & laici ea obſervent, per quæ presbyteri adleguntur, quomodo erunt presbyteri, qui de laicis adleguntur? Ergo pugnare debemus ante laicum juſſum a ſecundo matrimonio abſtinere, dum presbyter eſſe alius non poteſt, quam laicus ſemel fuerit maritus.* Quodſi hæc cum prioribus conſonare debeant, fatendum eſt, aut TERTULLIANUM de alio ſacerdotali genere in prioribus loqui, quam in poſterioribus; hic enim expreſſe ordinem ſacerdotum a laicis diſtinguit; aut fatendum, priorem ſententiam ex poſteriori explicandam eſſe, laicos nempe ne ineptos ſe reddant ſacerdotio, nunquam ad ſecundas nuptias procedere debere, quæ mihi omnium commodiſſima videtur explicatio. Quodſi hæc omnia diſpliceant, hæc ad cæteras ineptias TERTULLIANI adjungas, quibus hanc materiam tractans ſcatet: e. c. dum idcirco etiam a ſecundis, poſt obitum prioris viri, nu-

ptiis deterrere vult, quod in lege cautum ſit, ne quis ducat uxorem fratris ſui.

TERTULLIANUS quale ſacerdotium laicis tribuerit.

IX. De ſacerdotio res non minus expedita eſt: hæc autem de eo habet TERTULLIANUS eodem loco: *Nonne & laici ſacerdotes ſumus? ſcriptum eſt: regnum quoque nos, & ſacerdotes DEO, & patri ſuo fecit: differentiam enim &c.* Perinde eſt, ſive tritæ & a nobis jam explicatæ adhæreas explicationi, TERTULLIANUM non de conſecrationis poteſtate, ſed de ſumptione privata in domibus, quæ ſuo modo oblatio eſt, loqui: ſic JUSTINUS ante TERTULLIANUM ſacerdotium chriſtianorum eſt interpretatus.

2. *Vere*, inquit (*a*), *genus ſacerdotale ſumus: prout & DEUS ipſe teſtatur, perhibens, nos quovis loco in nationibus victimas ſibi placitas, & mundas offerre: a nemine DEUS accipit hoſtias, niſi a ſacerdotibus ſuis. Univerſos igitur, qui per nomen iſtius ſacrificia offerunt, quæ JESUS Chriſtus fieri tradidit, h. e. in Euchariſtia panis & calicis, quæ in loco omni a chriſtianis fiunt, prævertens DEUS, gratos ſibi eſſe teſtificatur.* Sive alteri noſtræ inſiſtas explicationi, ac reſpondeas ſermonem eſſe TERTULLIANO de ſacerdotii ratione, quam D. PETRUS in chriſtianis deprædicat,

(*a*) JUSTIN. Dial. cum TRYPHONE.

Digitized by Google

cat, qua per baptiſmum gens ſancta, ac regale ſacerdotium omnes effecti ſimus; ſecus ac Judæi, apti omnes facti ad ſacerdotale munus, & jus etiam communiter nacti ſacrificio participandi in Euchariſtia. Sic duplex ſacrificii genus recte cum veteribus agnoſcis, & ſpirituale omnibus chriſtianis commune tribuis, de quo S. AMBROSIUS: *Unusquisque*, inquit (*a*), *ungitur in ſacerdotium, in regnum, ſed ſpirituale regnum eſt & ſacerdotium.* Cujusmodi autem illud ſit, S. AUGUSTINUS declarat. *Erunt ſacerdotes DEI & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis: non utique de ſolis epiſcopis, & preſbyteris dictum eſt, qui proprie jam in eccleſia vocantur ſacerdotes: ſed ſicut omnes chriſtianos dicimus propter myſticum chriſma, ſic omnes ſacerdotes, quoniam membra ſunt Ejus ſacerdotis, de quibus apoſtolus Petrus*, plebs, *inquit*, ſancta, regale ſacerdotium. Ipſe PETRUS quo loco de ſacerdotio chriſtianorum loquitur ſpiritualium etiam hoſtiarum meminit: *Ipſi*, inquit (*b*), *tanquam lapides vivi ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum offerre ſpirituales hoſtias. Joannes* HARDUINUS diatriba de poteſtate conſecrandi aliam de

a.

b.

(*a*) Lib. IV. de ſacr. c. 1.
(*b*) 1. Pet. II. 5.

ſpirituali ſacerdotio TERTULLIANUM
plicandi rationem adoptavit, & mu
curioſis obſervationibus ſtabilivit.
primis quæ TERTULLIANUS de differ
tia ordinis, ac plebis ex auctoritate
cleſiaſtica habet, ſic reddit: *Eſt ſacer
tium, quo ordo a plebe ſecernitur, ſed i
eſt, quod eccleſiæ a Chriſto fundatæ au
ritas poſtulat, per quod eccleſia conſti
tur, eccleſia quæ eſt numerus conſident
in eccleſia ſacerdotum, cujus ſacerdotii ſ
Etiſſimus honos in conſeſſu maxime ord
illius conſpicuus eſt. At ubi hæc eccl
hic conſeſſus non eſt, adeſſe nihilominus
cleſiæ ſpiritus poteſt, vel in tribus la
Hæc HARDUINUS de ſacerdotio: dein
progrediens ad oblationem & tinct
nem, de qua TERTULLIANUS hanc eti
ſpiritualem interpretatur, qua quis
c. in perſecutione deſtitutus ſacerdo
a quo Euchariſtiam accipiat, aut eti
miniſtro baptiſmi egens, ſi non ſit
ptizatus FIDE poſſit eſſe ſibi ipſe mi
ſter, & ſacerdos, nec habeat eccle
ſtico ordinis conſeſſu ad hanc tinct
nem vel oblationem opus: ut tamen p
inde ſacramenti effectus percipiatu
quando neceſſitas ipſum ſacramentu
excludit. Hujus interpretationis anſ
ſumit ex verbis TERTULLIANI in te
controverſo: *Unusquisque enim ſua
vivit.*

Digitized by Google

vivit. Hanc ſententiam deinceps HARDUINUS reliquo contextui TERTULLIANI aptat, probatque tum ipſius TERTULLIANI aliunde petitis, tum aliorum etiam teſtimoniis.

§. III.

Eccleſiaſtici cœtus unio perficitur unione gregis cum paſtoribus, paſtorum inter ſe, & cum capite.

I.

Unitas totius per orbem eccleſiæ ex nexu & ſubordinatione paſtorum.

Intelleximus ſtatim principio adverſarios nullum neceſſarium eccleſiarum inter ſe nexum externum agnoſcere: hunc errorem ex ipſa eccleſiæ indole refutare ſtuduimus, ſed non potuimus non potiorem refutationis partem huc differre. Prius enim ob oculos ponendus erat eccleſiæ ſtatus primæva ſua inſtitutione ſuapte ſubſiſtens diverſis præpoſitorum & fidelium ſubditorum ordinibus, unde ſicut in civilibus cœtibus, unionem ex præſidentium ſubditos in eadem ſocietate continentium unitate, ſeu nexu & ſubordinatione haberi dignoſcatur, ut ſint præſides unitatis principium. Quare videas, antiquiſſimos Patres IRENÆUM, CYPRIANUM & alios, eccleſiarum nomi-

ne, earum præſules accipere, qui
ctoritate inde ab apoſtolis per continu
in præſidio ſucceſſionem inſtructi ſu
quibus dum parent fideles populi, un
eccleſiaſtica conſervatur. *Eis*, inquit I

a. NÆUS (*a*), *qui in eccleſia ſunt, presbyte*
obaudire oportet, his qui ſucceſſionem
bent ab apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui c
epiſcopatus ſucceſſione chariſma verit
certum ſecundum placitum Patris acc
rant. Reliquos autem qui abſiſtunt a pr
cipali ſucceſſione, & quocunque loco c
guntur, ſuſpectos habere, & quaſi hær
cos, & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcind
tes. Quoniam vero paſtorum etiam
totum orbem ejusmodi eſt nexus ac
nio, qui totam eccleſiam intime ſibi c
ſociet, ac coordinet, conſequenter
tus, qua late per orbem patet, ac dif
ſus eſt eccleſiaſticus cœtus, unam qu
dam domum, civitatem, ac regnum
ſolvit, ſicuti nobis in ſcripturis rep
ſentatur. *Omnis congregatio*, verba ſ

b. D. AMBROSII (*b*), *cujusque nomen ſibi v*
dicare conſuevit, ut Ægyptii, Æthio
Syri, Judæi, Arabes, provinciæ ſuæ,
rarumque ſuarum vocabulum præferu
nos de diverſis populis congregati, vocabul
unius gentis nobis non poſſumus uſurp
&

(*a*) Lib. IV. adv. hæreſ. c. 43.
(*b*) Enarrat. in Pſ. XXVI.

Digitized by Google

& ideo, quia nomen non habebamus in terris, de cælo accepimus, ut Chriſti populus diceremur.

II. Quare nihil unitati eccleſiaſticæ deperibat ex diſtinctione eccleſiarum, aut pluralitate præſulum, cum hi ipſi ſic ſibi ſubordinarentur, donec ad centrum unitatis deveniretur. Imperium Romanum in hunc finem tunc optime ſerviebat, divino utique conſilio rebus imperii ita conſtitutis. Si quando in actibus apoſtolorum, aut in epiſtolis D. PAULI eccleſiarum quarundam fit mentio, id ſemper ſecundum diſtributionem imperii Romani fit. Hieroſolymis, quæ erat provinciæ Paleſtinæ metropolis, & caput Judææ, prima eccleſia eſt fundata. Memoraturque *Act. VIII.* 1. *XI.* 22. *XIII.* 1. eccleſia Antiochena metropolis Syriæ. *Act. XV.* dicitur PAULUS Syriam & Ciliciam peragraſſe confirmans eccleſias, quæ erant ambæ provinciæ, uti etiam Galatia & Phrygia *Act. XVIII.* 25. Quando PAULUS in epiſtolis ſuis eccleſiarum meminit, ſub hac etiam forma id facit. Corinthus metropolis eſt Achaiæ: ejus meminit in ambabus epiſtolis 2. *ad Cor.* Etiam meminit eccleſiarum Macedoniæ *c. VIII.* Galatiæ *c. XVI.* 1. Aſiæ eodem cap. *v.* 19. Judææ *Gal. I.* 22. *Theſſal. II.* 14. eccleſiarum Judææ. Ut

Regimen eccleſiæ ſecundum formam imperii Romani.

adeo ambigi non poſſit reſpectum in deſignandis eccleſiis apoſtolos habuiſſe ad Romanum imperium. Roma caput erat imperii, quare apicem apoſtolorum PETRUM nacta eſt præſulem, poſtquam is duas etiam Romani imperii principes civitates Alexandriam, aut certe Antiochiam aliquamdiu rexerat: ſed Romæ ſedem fixit, ſtabilivitque, ac ſanguine ſuo ſibi quaſi conſignavit. Unde S. LEO in ſermone in Nat. apoſt. *Beatiſſimus*, inquit, *Petrus princeps apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur imperii, ut lex veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet, ſicque per ſacram beati Petri fidem caput orbis effecta Roma latius præſideret religione divina, quam dominatione terrena.* Aſia proconſularis Epheſum metropolin habebat, & quis ignorat, JOANNEM hanc ſibi elegiſſe? De cæteris apoſtolis longius in diſperſionem gentium profectis, præter JACOBUM Hieroſolymis ad ἐπισκοπὴν relictum, minus conſtat, cum de his ſolum apocryphos περιόδους apoſtolorum habeamus.

Cauſæ hujus rei.

III. Id tamen nemini dubium eſſe debet, præcipuas eos frequentaſſe urbes, non aliqua ambitione, aut dominatus oſtentatione, ſed *propterea*, ut nobis hujus

jus rei cauſam concilium Antiochenum canone IX. aperit (*a*), *quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrunt.* PAULUS TITUM deſtinavit in Creta inſula eccleſias inſtituere κατὰ πόλιν, oppidatim, non vicatim. Ipſeque PAULUS præterquam quod prædicationis curſum in præcipuis civitatibus conſumaſſet, etiam epiſtolas ſuas ad metropoles, aut inſignes urbes, ſeu ad earum præſules direxit. Formam acceperat D. PAULUS a concilio Hieroſolymitano, unde ab apoſtolis miſſam epiſtolam ad duas provincias Syriam & Ciliciam deferendam acceperat, deſtinatus Antiochiam metropolim. Idem D. PETRUS in prima ſua epiſtola obſervavit, quam inſcripſit chriſtianis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, & Bithyniam diſperſis. Quæ ſingulæ Romanæ erant provinciæ, quarum metropoles erant, Ponti quidem Amaſea, Galatiæ Ancyra, Cappadociæ Cæſarea, Aſiæ Epheſus, & Bithyniæ Nicomedia. PAULUS vero ad ſingulares provincias ſcripſit, aliquando etiam addens, ut epiſtola toti provinciæ communicaretur. Sic ſecundam ad Corinthios inſcripſit: *Eccle-* 2.

(*a*) Διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει παντοχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς πράγματα ἔχοντας.

ſiæ DEI, quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis, qui ſunt in univerſa Achaja. Et ad Galatas: *Eccleſiis Galatiæ.* Theſſalonicenſes etiam adjurat, ut epiſtolam omnibus fratribus legant: ſemper autem ad principem urbem deſtinat, Romam ſcilicet orbis metropolin, Corinthum Achajæ, Epheſum Aſiæ, Theſſalonicam Macedoniæ primæ, Philippos Macedoniæ ſecundæ metropoles, prout nimirum harum urbium ad ſtatum Romani imperii erat ratio. Hieroſolyma, licet chriſtianæ fidei origines inde emanarint, epiſcopo tamen Cæſareenſi ſubjecta diu erat, eoquod idem in politico ordine fieret. Scimus deinceps harum urbium epiſcopos ſemper primatum in ſua provincia obtinuiſſe, præſertim autem ad exemplum TITI in Creta, epiſcoporum ordinatione perfunctos fuiſſe. Epiſtolas etiam, quas PAULUS ad TITUM & TIMOTHEUM ſcripſit, ad eos tanquam ſingularum provinciarum primos epiſcopos, metropoli præfectos deſtinavit. TITUM enim toti inſulæ Cretæ præfecit, eamque ita ℣. 5. committit, *ut*, inquit, *ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per civitates presbyteros*, quos mox ℣. 7. epiſcopos vocat, formamque & conditionem eorundem ſeligendorum deſignat. TIMOTHEUM etiam monet, quales epiſcopos

ſcopos & diaconos ordinare debeat, monetque, ne contra presbyterum accuſationem niſi ſub duobus aut tribus teſtibus admittat. Teſtatur S. IRENÆUS D. PAULUM a Mileto miſiſſe Epheſum convocatis epiſcopis & presbyteris, qui erant ab Epheſo, & a reliquis proximis civitatibus *L. III. c.* 14. In Epheſo ergo metropoli coaluerant cæteræ eccleſiæ, & hinc evocandæ erant. In Apocalypſi, quas accepit JOANNES viſiones mittendas ad ſeptem eccleſias Aſiæ idem luculenter obſervare licet. Primo enim angelo Epheſinæ eccleſiæ, primæ ſedi, tum reliquis provinciæ iſtius proconſularis urbium præcipuis Smyrnæ, Pergamo, Thyatiræ, Sardum, Philadelphiæ, & Laodiceæ, epiſcopis. Hanc eccleſiaſtici regiminis formam LEO M. graphice expreſſit: *De qua*, inquit (*a*), *forma epiſcoporum etiam orta eſt diſtinctio, & magna diſpoſitione proviſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & rurſus quidam in majoribus urbibus conſtituti ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad beatam Petri ſedem univerſalis eccleſiæ cura confluveret.* Non ergo ſolum honoris nomen, ſed curæ & ſollicitudinis eras amplio-

(*a*) S. Leo epiſt. 88.

amplitudo in exercenda legitima poteſtate. Hoc ſingulari canone conc. Antioch. expreſſit, nono nimirum: *Epiſcopos, qui ſunt in unaquaque provincia, ſcire oportet, epiſcopum, qui metropoli præeſt, curam ſuſcipere totius provinciæ: eoquod in metrop. &c. Unde viſum eſt eum quoque honore præcedere: reliquos autem epiſcopos nihil magni momenti aggredi ſine ipſo, juxta antiquiorem, qui a patribus noſtris obtinuit, canonem, vel ea ſola, quæ ad uniuscujusque paræciam pertinent, & ad regiones, quæ ei ſubſunt. Unumquemque enim epiſcopum habere ſuæ paræciæ poteſtatem, & adminiſtrare pro conveniente unicuique religione, & totius regionis, quæ ſuæ urbi ſubeſt, curam gerere, ut etiam ordinet presbyteros & diaconos, & unaquæque cum judicio tractet: & nihil ultra facere aggrediatur ſine epiſcopo metropolitano: neque ipſe ſine reliquorum ſententia.* Nihil luculentius dici poſſit ad nexum illum in regimine eccleſiaſtico ſubordinatione, communioneque poteſtatis legitimæ. Expreſſus autem eſt canon iſte ad XXXIV. Apoſt. quem etiam haud obſcure citat. Ita vero ille: *Epiſcopos uniuscujusque gentis noſſe oportet, eum, qui in eis eſt primus, & exiſtimare eum ut caput, & nihil facere, quod magni ſit momenti, præter illius ſententiam, ſed ea ſola*

la facere unumquemque, quæ ad ſuam parochiam pertinent, & ad pagos, qui ei ſubſunt: ſed nec ille absque omnium ſententia aliquid agat. Tametſi vero canon iſte apoſtolorum non ſit, formam tamen ab illis inſtitutam exhibet. Quam ab ipſis divino conſilio emanantem eccleſiarum rationem eccleſia deinceps ſervavit: unde ſi contingeret civitatem quandam in laterculo civili ad majorem dignitatem evehi, idem locus ab eccleſia legitur ei conceſſus: ſic eccleſiæ Cpolitanæ, quæ antea primatui Heracleenſi ut ſimplex epiſcopatus ſuberat, in concilio Cpolitano & Chalcedonenſi prima poſt Romam veterem in matricula eccleſiarum eſt conſtituta, *eoquod*, ut habet canon Cpolitanus (*a*), *ipſa ſit nova Roma.* Concilium Chalcedonenſe non ſolum clare expreſſit ob ordinem civilem hunc ordinem ei datum, ſed etiam canone XVII. ſtatuit univerſim: *Si quæ civitas ab auctoritate imperatoria innovata ſit, vel deinceps innovetur, civiles & publicas formas eccleſiaſticarum quoque parochiarum ordinem ſequi debere.* Concilium tamen Chalcedonenſe idem aliquam moderationem adhibuerat can. XII. ejuscemodi: *Quæcunque autem civitates per litteras imperatorias metropolis nomine honoratæ ſunt ſolo*

(*a*) *C. III.* Διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ρώμην.

lo honore fruantur, & qui ejus eccleſiam miniſtrat epiſcopus, ſervatis ſcilicet veræ metropoli (τῇ κατ' ἀλήθειαν) ſuis juribus. Nec eccleſia ſemper hac mutatione utendum cenſuit imperatoribus haud obnitentibus, ut ex Novella XXVIII. c. 2. XXXI. c. 2. & ex reſponſo INNOCENTII I. ad ALEXANDRUM Antiochenum conſtat. In Africa etiam primatus honor, excepto ſolo Carthaginenſi, non pro civitatis eminentia: ſed ſecundum ſenium collatus eſt, ut qui cæteros in aliqua provincia ætate ſuperaret, primas teneret.

Eccleſiæ in pagis, aut urbibus plures.

IV. Oſtenſum hactenus apoſtolos præcipuam urbium curam in ſe ſuſcepiſſe: unde etiam diutius in pagis gentilis religio permanſit, ut ob hanc rem probabiliter paganorum nomen pro gentilibus obtinuerit, eoquod longius reliquiæ idololatriæ in pagis perſeveraverint: quo conſilio id factum ſit, oſtendimus. Quod minime impedire debebat, quo minus etiam in vicis, ac pagis fides chriſtiana prædicaretur: cum in Actibus de PETRO & JOANNE perhibeat LUCAS, eos in multis regionibus (κώμαις, vicis, ſic enim textus melius cohæret) Samaritanorum evangelizaſſe: atque ex antiquitatibus eccleſiaſticis conſtat, in agris etiam & vicis cœtus chriſtianorum paſſim primis eccleſiæ ſæculis coaluiſſe. Sic

PLI-

PLINIUS II. epiſtola celebri ad TRAJANUM ſcribit, *non civitates tantum, ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis hujus contagionem pervagatam fuiſſe.* Ac chriſtianæ eccleſiæ apologiſtæ, dum incrementa nominis chriſtiani inter medias perſecutiones urgent, haud obliviſcuntur hujus eccleſiarum per vicos & agros propagationis. Quare brevi tempore eccleſiæ etiam rurales increbuerunt, quæ videntur ſingulares ſuos habuiſſe conventus, quod obſcurius JUSTINUS (*a*) innuit: *Solis*, inquit, *qui dicitur, die, omnium, qui vel in oppidis, vel agris degunt, in eundem locum conventus fit.* Inde chorepiſcoporum munus invaluiſſe volunt, quamvis nomen hoc primis temporibus non legatur: conſtat tamen presbyteros, imo etiam diaconos eccleſias gubernaſſe. Paræcia tamen olim non vicos, ſed integrum diœceſeos, imo adhuc amplius plurium diœceſium diſtrictum ſignificavit, qui quidem conſtare poterat ex diverſis peculiaribus eccleſiis, ſed nulli earum nomen parochiæ ſpeciatim eſt inditum. Nomini diœceſeos vero aliquando idem ſignificatus fuit, quem nunc parochiæ indidimus, ſic SIDONIUS *Apollinaris L. IX. Ep.* 16. ſe ſuas diœceſes peragraſſe dicit: eodem ſenſu venit in

(a) Apol. II.

in collatione quadam Carthaginenſi, alibi obſervante Clar. BALUZIO in no ad GRATIANUM, & aliis.

Uni cathedrali ſubjectæ.

V. Indidem aliquid ad noſtrum pr poſitum valde accommodum eruimu nimirum ſubordinationem eccleſiaru urbi vicinarum epiſcopo urbis, de q unice hic agimus, quatenus unitatem cleſiaſticam per ſubordinationem paſt rum demonſtremus. Longum foret, me in quæſtiomem celeberrimam de gionibus ſuburbicariis immitterem, canon VI. Nicænus occaſionem pr buit, in quo, interprete RUFFINO ve ſta conſuetudo ſervari jubetur, qua piſcopus Alexandrinus Ægypti, ſic Romanus pontifex eccleſiarum ſubu bicarum ſolicitudinem gerat. Canon i ab aliis aliter legitur: qua ex lectione riam ſententiarum diverſitas maxima o eſt. Exinde id nobis conſtat, canone hunc ſubjectionem eccleſiarum minoru majori & matrici præſtandam præcipe Atqui vero iſta ſubjectio, ſi, ut ſuperi oſtendimus, inter epiſcopos etiam p ratione provinciarum, & regiminis c vilis locum habet, quanto magis in m noribus ac ruralibus eccleſiis? Quamv enim olim diœceſes epiſcoporum n tam amplæ fuerint, quam modo pra ſertim in noſtra Germania, id tame

æque

æquè exploratum, non uni alicui eccleſiæ fuiſſe adſtrictas, ſed ſub ſe habuiſſe eccleſias plures tum ruri, tum in ipſa civitate, hocque a primis eccleſiæ temporibus. Notum eſt, nec probatione indiget, quot Romæ fuerint eccleſiæ, item Hieroſolymis, ut vel ex ipſis actibus apoſtolorum, & epiſtolis Paulinis colligi poteſt. Et ex OPTATO conſtat, tempore perſecutionis DIOCLETIANI in ſola urbe Roma ultra 40. eccleſias numeratas, eas tamen tam arcte mancipatas fuiſſe matrici eccleſiæ, ut diebus dominicis conſecratum panem ab ea accipere neceſſum habuerint. Notus eſt in hanc rem INNOCENTII I. ad DECENTIUM locus de Euchariſtia ſeu fermento, quod die dominica per titulos permitti ſolebat. Alexandriæ etiam plures erant eccleſiæ, uni epiſcopo, ut refert EPIPHANIUS (*a*), ſubjectæ: cuique ſuus præpoſitus erat presbyter, qui eccleſiaſtica munera iis adminiſtraret. De eccleſiis ruralibus idem tum ex hiſtoria, tum ex canonibus conciliorum conſtat: quibus vel chorepiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi etiam, ut jam notavimus, ſub epiſcopo urbis præerant. De diacono exſtat canon Eliberitanus 77. *Si quis diaconus regens plebem, ſine epiſcopo vel presbytero aliquot bapti-*

(*a*) EPIPHAN. hæreſ. 69.

baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quis inficiari audeat diaconum episcopo subesse debuisse? Sed nullum dubium relinquit canon Chalcedonensis statuens, quæ sunt in unaquaque provincia, rurales vicanasque parochias firmas & inconcussas manere apud eos, qui illas terent, episcopos. De S. HIERONYMO SULPITIUS *Severus* refert, ecclesiam eum rexisse, quæ sit parochia episcopi Hierosolymitani. A concilio Antiocheno e. g. est statutum, unumquemque episcopum habere suæ parochiæ potestatem, & administrare pro unicuique conveniente religione, & totius regionis curam gerere, quæ suæ urbi subest. Huic parendi necessitati etiam chorepiscopi suberant (sive veri fuerint episcopi, sive non, de quo acriter disceptant eruditi) ut ex decimo concilii Antiocheni canone constat. Magno numero sæpe erant hujusmodi ecclesiæ in una diœcesi. THEODORETUS de amplitudine suæ diœcesis testatur, se octingentarum ecclesiarum pastoralem curam sortitum esse, tot nimirum habere CYRUM paræcias. Et GREGORIUS *Naz.* (*a*) de BASILIO in carmine

a. de

(*a*) THEOD. epist. 113. Καὶ ἐν ὀκτακοσίαις ἐκκλησίαις ἔλαχον ποιμαίνειν. Τοσαύτας ἀρ᾽ ἡ χώρα παροικίας ἔχει.

de vita ſua teſtatur, eum habuiſſe ſub ſe quinquaginta chorepiſcopos: erat autem BASILIUS epiſcopus Cæſareenſis. Eat nunc BOEHMERUS, & dominatui ſacro, ac ambitioni epiſcoporum ſubjectionem parochiarum, ſeu eccleſiarum in vicis & agris deputet, cum a prima ſua origine eccleſiæ ejusmodi talem ſtatum induerint: & cum nomine eccleſiarum ruralium etiam innotuerit earum epiſcopo vicinæ urbis ſubordinatio: cum hæ presbytero plerumque, aut diacono regendæ commiſſæ potius ſubeſſe debuerint epiſcopo (a quo ſacramentum ordinis & confirmationis, aut etiam Euchariſtiæ accipere neceſſum habebant) quam unius provinciæ epiſcopi metropolitano ſuo, hique ſuperiori etiam capiti.

VI. Hæc illa eſt unitatis ratio, quam PAULUS nobis expoſuit epiſtolis ad Corinthios, & Epheſios locis laudatis: ſuo nimirum proprio cujusque membri in immenſo eccleſiæ corpore uſu a minimo uſque ad ſummum: præcipue autem capitis ſeu præſidentium recta diſpoſitione, ac omnium organorum conſenſu, & ad rationis nutum obſequio: rationis autem, & animæ inſtar præſides ſunt; unde PAULUS, quo loco corporis eccleſiaſtici exhibet adumbrationem, ſemper

Neceſſitas communionis cum epiſcopis.

ad ministeria ecclesiastica, uti audivimus, sermonem devolvit, quæ varia sint unius ejusdemque Spiritus munera: quo ipso totam corporis ecclesiastici unitatem designat. In hunc sensum PAULUM
a. interpretatus est EPIPHANIUS (*a*), necessitatem enim communionis cum ecclesiis apostolicis demonstrans ad PAULI locum recurrit: *In ecclesia autem*, inquit, *posuit DEUS apostolos, prophetas, doctores, & universam reliquam operationem Spiritus, cujus non sunt participes omnes, qui non concurrunt ad ecclesiam* Ecclesiam autem ibi sumit pro cœtu aliquo, inde ab apostolis successionem episcoporum habente. S. CYPRIANUS necessitatem communionis cum episcopo graviter notat:
b. *Inde*, inquit (*b*), *per temporum & successionum vices episcoporum ordinatio, & ecclesiæ ratio decurrit, ut ecclesia super episcopos constituatur, & omnis actus ecclesiæ per eosdem præpositos gubernetur.* Sed nihil apertius est, quam, quod vir apostolicus IGNATIUS M. toties in suis epistolis inculcat, unitatis in episcopo principium, cui si fuerimus uniti, DEO etiam simus intime conjuncti, consequente nimirum societatem cum capite visibili, unitate cum invisibili ecclesiæ capite Christo. Hæc in singulis suis epistolo-

(*a*) Hær. VII. al. XXVII. (*b*) Epist. 33.

Digitized by Google

piſtolis non ſemel repetit, ut pateat, quam unice neceſſariam duxerit cum epiſcopo cummunionem.

VII. Id autem notabile præprimis eſt, quod epiſtola ad Philadelphenos habet. In ipſa enim ſtatim ſalutatione, *Quam* inquit, *ſaluto in ſanguine JESU Chriſti, quod eſt gaudium ſempiternum & ſtabile: maxime ſi in unum ſint cum epiſcopo, & qui cum eo ſunt presbyteris, & diaconis, deſignatis per ſententiam JESU Chriſti, quos ſecundum propriam voluntatem firmavit in ſtabilitate per ſanctum Spiritum ſuum.* Tum ab ipſo ſermonis ingreſſu ad extollendum inſigne legitimæ progreditur poteſtatis miniſterium a DEO epiſcopis collatum, maxime ad unitatem eccleſiæ conſervandam, ac ſchiſmata excludenda. *Non*, inquit (*a*), *quod apud vos diviſionem invenerim, ſed excollationem* (ἀλλ' ἀποδιυλισμένον, ſeu ἀποδιυλισμόν) *quotquot enim DEI & JESU Chriſti ſunt, hi ſunt cum epiſcopo quotquot autem pœnitentia ducti redierint ad unitatem eccleſiæ, & iſti DEI erunt, ut ſecundum JESUM Chriſtum vivant. Ne erretis, fratres mei, ſi quis ſchiſma facientem ſectatur, regni DEI hæreditatem non conſequitur. Si quis in aliena ſententia ambulat, iſte paſſioni non conſentit. Operam igitur detis, ut*

S. IGNATII inſignis circa hanc rem doctrina.

8.

(a) S. IGN. epiſt. ad Philad. *n.* 3. & 4.

una Eucharistia utamini: una enim est c
ro Domini nostri JESU Christi, & un
calix in unitatem sanguinis ipsius: unu
altare, sicut unus episcopus cum presby
ris & diaconis conservis meis, ut quod f
citis, secundum DEUM faciatis. Post
quam assiduus fuerit in hac re inculca
da, quanta cum contentione id fecer
quomodo etiam auditores attentos re
diderit & solicitos, demum, quo h
auctore inspirante proferret, declar
a. *Clamavi*, inquit (*a*), *cum interessem:*
cutus sum magna voce, voce DEI: episc
po attendite, & presbyteris, & diacon
Quidam autem suspicati sunt, me ut pr
scium divisionis quorundam, hæc dice
Testis autem mihi is est, in quo vinctus su
quod a carne humana non cognoverim, S
Spiritus annunciavit, dicens ista: sine ep
scopo nihil facite. Carnem vestram ut D
templum custodite: unitatem amate: d
sidia fugite: imitatores estote JESU Chr
sti, sicut & ipse Patris ipsius. Ego in
que quod meum erat feci, ut homo comp
situs ad unitatem. Ubi autem divisio e
& ira, ibi DEUS minime habitat.
mnibus igitur pœnitentibus remittit DEU
si resipiscant in unitatem DEI, & episco
consessum. In his igitur perpetuus e
redditque *Jo.* PEARSONIUS ratione
sane congruam eo in opere, quod
(*a*) N. 7. vin-

Digitized by Google

vindicandas S. IGNATIO epiſtolas, elucubraverat, eo loco, quo palmare argumentum adverſariorum diſcutit contra Presbyteranos, qui auctoritate S. IGNATII maxime percelluntur, ut reliqui Proteſtantes omnes legitimam eccleſiaſticam ſubvertentes poteſtatem. *Confluebant*, verba ſunt PEARSONII (*a*), *ad eum in itinere ab eccleſiis Aſiæ & epiſcopi & presbyteri, & diaconi complures ordine & munere, & nomine, & dignitate diſtincti, de ſuarum eccleſiarum ſtatu eum certiorem faciebant: ad illorum eccleſias epiſtolas exarabat, ſub martyris auctoritate, & ſummi in Syria epiſcopi, monita iis dabat. Quod ei maxime neceſſarium videbatur, præcipue inculcabat, ut ab hæreticis & ſchiſmaticis caverent, ne illi latius adhuc ſerperent. Remedium huic malo maxime opportunum indicabat, ut clero ſuo omnes adhærerent, & chriſtianam unitatem colerent, omnesque cleri ordines ſui loci dignitatem obtinerent.* Hæc ſi Proteſtantes ſedulo ſemper perpendiſſent, perpenderentque ex animo, aut nunquam vires accepiſſet innovatio facta, aut cito concideret. Præter *Joan.* PEARSONIUM alii Angli in eandem loquuntur ſententiam, & S. IGNATII auctoritate maxime utuntur. Plura ex eo

(*a*) Vindic. IGNAT. *P. II. c.* 13.

teſtimonia collegit DODWELLUS in ſua ad Exteros de nupero ſchiſmate Anglicano paræneſi, ubi totam ſchiſmatis originem acciſis in Anglia epiſcoporum juribus attribuit: in eo autem aberrat, quod cuilibet epiſcopo plenum eccleſiaſticum attribuat jus, nullo ad caput ſummum reſpectu aut ſubordinatione. Vult autem, ut infra pluribus indicabimus, primo eccleſiæ ſæculo, & aliquid ultra, penes Hieroſolymitanum epiſcopum primatum reſediſſe, ſed illa urbe everſa, legitimisque epiſcopis deficientibus, æqualem principatum jam quemlibet epiſcopum tenere, eſſeque ejusmodi unitatis principium, quo omnes eodem modo & æqualiter immediate capiti inviſibili Chriſto uniantur.

Communionis neceſſitas cum ſede apoſtolica.

VIII. Sed catholica veritas, quamvis collegio epiſcoporum, utpote ſuccedenti collegio apoſtolorum in unitate eccleſiaſtica, nihil non tribuit, illud tamen haud aliter facit, quam incluſa Romanæ eccleſiæ, unde unitas ſacerdotalis deſcendat, communione. In hac ſententia eſſe debent, quicunque verum unitatis eccleſiaſticæ ſenſum tenere cupiunt, quicunque ipſi hujus unitatis violatores audire nolunt. Quis unquam epiſcopalis auctoritatis potior, fortiorque fuit aſſertor ac vindex CYPRIANO? *Sci-*

re,

Digitized by Google

re, inquit (*a*), *debes epiſcopum in eccleſia eſſe, & eccleſiam in epiſcopo, & qui cum epiſcopo non ſint, in eccleſia non eſſe.* Is tamen ſchiſmaticis indignatur, quod auſi fuerint ad PETRI cathedram, atque ad eccleſiam principalem *UNDE UNITAS SACERDOTALIS EXORTA EST, navigare.* Et alibi (*b*): *Ut unitatem*, ait, *manifeſtaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit: hoc utique erant ceteri apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia una monſtretur.* Deinceps Afri ſemper fuerunt acerrimi libertatis ſuæ vindices. Ex Africana tamen eccleſia OPTATUS *Milevitanus* (*c*) PETRI Romæ epiſcopalem cathedram talem agnoſcit, in qua unitas ab omnibus ſervaretur, nec cæteri apoſtoli ſingulas ſibi quisque defenderent, ut jam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram alteram collocaret. Eodem modo ex eadem Africa jam alibi S. AUGUSTINUM loquentem audivimus. Sed non eſt hæc ſola Africanorum vox, IRENÆUS in Gallia ante hos omnes ſcripſit ad hanc eccleſiam propter potiorem principalitatem

a.

b.

c.

(*a*) Epiſt. LXVI.
(*b*) Epiſt. LV.
(*c*) L. II. contra PARMEN.

tem neceſſe eſſe omnem convenire eccleſiam. In Italia epiſtola ſynodica concilii Aquilejenſis agnoſcit, *a Romana eccleſia veneranda communionis jura manare.* PACIANUS in Hiſpania, *ad Petrum*, inquit
a. (*a*), *locutus eſt Dominus, ad unum, ut unitatem fundaret in uno.* Sed nihil opus eſt de hac re teſtimonia accumulare, quæ jam alio loco plena manu dedimus. Hic autem non potuimus omnino ea præterire, cum aliquid dicere neceſſarium fuerit, ut vera unitatis illius ratio eluceſceret, qua corpus eccleſiaſticum quaquaverſum in orbe diſperſum ſibi coaleſcit, ſubordinatione nimirum, & communione eccleſiæ in ſuis paſtoribus, ut quidem unitatis nexus in epiſcopis perficiatur, ſed perfecta ſit in unionis cum Romana ſede conjunctione, DEO ita omnia dirigente, ut hoc epiſcoporum reliquorum vinculum cum Romano Pontifice nunquam penitus rumpatur, *capite nimirum conſtituto*, quod non ſemel HIERONYMUS dicit, *ut ſchiſma evitetur.*

Catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ univerſitas in cõmunione gregis

IX. Hic unitatis nexus fidelis populi cum epiſcopo epiſcoporum inter ſe tum cum ſede apoſtolica catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ perficit univerſitatem, *ubi*,

(*a*) Epiſt. 3.

ubi, inquit IGNATIUS (*a*) ad Smyrnæos, *epiſcopus fuerit, ibi populus ſit, quemadmodum ubi Chriſtus JESUS, ibi catholica eccleſia.* Ad Epheſios autem, *Epiſcopum vero*, inquit, *oportet tanquam Dominum revereri, utpote qui, eodem teſte, loco DEI præſidet.* TERTULLIANUS de præſcriptionibus *c.* 20. *Tot*, inquit, *& tantæ eccleſiæ, una eſt illa ab apoſtolis prima, ex qua omnes, ſic omnes primæ, & omnes apoſtolicæ, dum unam omnes probant unitatem.* Quare etiam tantum ſemper tributum fuit ſucceſſioni epiſcoporum ab apoſtolis, ut jam alibi oſtendi. *Hoc enim*, inquit CYPRIANUS, *vel maxime frater, & laboramus, & laborare debemus, ut unitatem, a Domino & per apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus, obtinere curemus. Nam*, inquit idem, *etſi paſtores multi ſumus, unum tamen gregem paſcimus.* & paſtorum.

X. Unitatem autem hanc atque communionem potiſſimum per litteras illas, quas Communio inter eccleſiarum præſides maxime per formatas litteras.

(*a*) S. IGNAT. ad Smyrn. c. 9. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω. Ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Et cap. VI. ad Epheſios: Τὸν οὖν ἐπίσκοπον δῆλον ὅτι ὡς τὸν κύριον δεῖ προσβλέπειν. Id. ad MAGNES. c. VI. Προσκαθημένῳ τῷ ἐπισκόπῳ εἰς τόπον Θεοῦ.

quas formatas vocant, invicem præſtabant. *Cum in ſacris litteris*, verba ſunt ALEXANDRI *Alexandrini* apud SO-
8. CRATEM (*a*), *ſit unum corpus eccleſiæ catholicæ, nobis traditum & præceptum, ut concordiæ & pacis vinculum firmum teneamus, conſentaneum eſt, ut per litteras colloquamur inter nos.* Has litteras etiam communicatorias vocabant: unde ſæpius in actis conciliorum, & alibi *χοινωνικοὶ* ii vocantur, qui ſibi invicem communicabant, quod per litteras formatas potiſſimum fiebat, quæ certis notis, forma, & characteribus ſcribebantur ad evitandas omnes fraudes. OPTATUS *Milevit.* hanc per litteras communionem totius eccleſiæ mediante Romana eccleſia adverſus Donatiſtas urget: *Cum quo*, (SIRICIO nimirum, qui tunc Romanæ eccleſiæ præerat) *nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis ſocietate concordat.*

Hactenus explicata unione, nec alia, conſtare eccleſiam catholicam.

XI. Atqui hic verus unitatis conceptus & ratio eſt, qua eccleſia chriſtiana inde ab apoſtolis decurrit: quam tuemur tum contra illam, quam paſſim obtrudere conantur Novatores ſolum internam animorum, & fidei, nexu nullo externo totam inter eccleſiam intercedente: tum etiam, quam DODWELLUS &

(*a*) Lib. I. Hiſt. eccl. c. 3.

Digitized by Google

& alii Angli tenent externarum quidem eccleſiarum, ſed particularium, æqualique inter ſe jure fruentium per viſibiles præſides invitibili capiti Chriſto junctarum: poſtremo contra illam JURIÆI unitatem, qua nihil diſcordius, per quam eccleſiam catholicam, & univerſalem in omnes ſectas extendi ſtatuit, quæ in iis omnibus exiſtat, quæ fundamentum religionis chriſtianæ, quod paucis articulis concludit, non ſuſtulerint, etiamſi unitæ externis vinculis non ſint, aut mutuo ſeſe excommunicent. Nos contra agnoſcimus eccleſiam eſſe ſocietatem, externa communione fidei & ſacramentorum ſub paſtoribus inter ſe, & cum capite unitis, inde ab apoſtolis ad nos uſque per univerſum orbem inclareſcentem.

CAP. II.

CAPUT II.

DE REGIMINE SIVE HIERARCHIA ECCLESIASTICA.

§. I.

Eſſe, fuiſſeque ſemper in eccleſia regimen aliquod contra adverſarios oſtenditur.

I.

Adverſarii regimen quodcunque eccleſiæ proprium ſpernunt, & nomine dominat' ſacri exoſum reddunt.

Levi hucuſque brachio eccleſiæ genuinam formam adumbravimus: ſed nunc accuratius ſunt ad examen revocanda ea, quæ eccleſiam conſequuntur jura, quando in externum cœtum coaleſcens conſideratur: hoc enim jam maxime agitur, adverſariis ſeſe prodentibus iniquiſſimis juribus, & auctoritati ejus: nimirum qui omnia ad æqualitatem reducta volunt, ut quantum ad ipſa religionis negotia intima, jus interpretandi, & ſcrutandi ſacras ſcripturas, jus judicium ferendi de fidei controverſiis, & quæ his ſimilia, fœminis etiam & promiſcuo vulgo commune omnibus, & æquale jus tribuant, quod

quod BOEHMERUS (*a*) in jure ſuo Parochiali facit, tantum ut publicum eis docendi munus non etiam adjudicet: quod alias unicum officium paſtoribus eccleſiæ competere vult (*b*): pro genuina eccleſiæ libertate venditans, ſi miniſtri verbi divini doctoris limites non transgrediantur. Quidquid ultra eſt nomine *dominatus ſacri* exoſum reddere geſtit, qui a primis ſæculis ſemper magis ac magis, initio quidem occulte, ſed mox manifeſte, & per vim ſeſe exeruerit, donec tandem in monſtrum illud, ut ipſe calumniatur, monarchiæ Romanæ excreverit. *Hoc modo*, inquit (*c*) ille diſſertatione de ſuprema lege eccleſiaſtica, quam juri ſuo eccleſiaſtico præfixit, *corruptæ ſunt eccleſiæ, & ſalutis ſignificationes, ut ſalus eccleſiæ potiſſimum quæſita fuerit in ſalute, h. e. tranquillitate dominatus eccleſiæ, h. e. dominantis cleri in republica eccleſiaſtica, adeo, ut quidquid ratio ſtatus eccleſiaſtici jubet, pro ſalute eccleſiæ, & ſic pro lege ſuprema in eccleſia Romana habeatur.*

a.

b.

c.

II. Patet adverſarium nihil in eccleſia ferre poſſe, quod ad ejus auctoritatem, dignitatem, ac externum ſplendorem faciat, ne eccleſia in rempublicam degene-

Eccleſiam aliqua directione, & regimine maxime indigere.

(*a*) Sect. I. C. II. §. 42.
(*b*) Ibid. §. 45.
(*c*) §. XVII. p. 13.

generare videatur. Qui vero fieri poſſit, ut ſeſe chriſtianum nomen conſervet, cui ſe totus orbis aggregare debeat, ſine directione, coercitione, legibus, magiſtratus aliqua forma, ac poteſtate? Fides chriſtiana totam hominis immutationem intendit, multa credenda proponit, quorum percipiendorum incapax eſt humanus intellectus: hæc tamen cujusque arbitrio dijudicanda, ſuſcipienda, vel abjicienda relinquantur in tanta geniorum, ingeniorum, morum, vitæ diverſitate? Nec doctoris munus ſufficit ad ſuſtinendam fidem, quando auditoribus contra, quod ſibi videatur amplecti & tenere licet. Si magiſtratui, principi directionem arroget, ſubditus conſcientiæ ſuæ libertatem obtendet: quid ſi princeps ſit alterius ſectæ quam ſubditus, ſubditus alterius mentis, & opinionis? Ut de fide, quæ eſt in religione chriſtiana palmare caput, actum omnino ſit, niſi in ipſa eccleſia auctoritas aliqua ſit, quæ ignorantes veritatem edoceat, errantes ad rectum tramitem reducat, renitentes cogat ſpiritualibus armis, congruis pœnis coerceat? quid mali in ſe habet ordo ac ſubordinatio, ſine qua nulla ſocietas diu conſiſtere valet, quolibet genio ſuo indulgente, quo ſemper perverſa noſtra, & in malum

prona

prona voluntas ac natura inclinat? Quomodo ſatis proſpectum ſit de aptis, ut in officio contineamur, remediis?

III. Divino conſilio Chriſtus plurima ex Judaiſmo ſervavit, quo promtiores ad ſuſcipiendam fidem eſſent, quo etiam minus offendiculi obſtaret. Certe pleræque Sacramentorum materiæ, ablutio, manus impoſitio, olei unctio ex Judaicis ritibus fuerunt. Hinc cenſura, diſciplinaque eccleſiaſtica cum vocibus ligandi, ſolvendi, clavium &c. ordo catechumenorum, ſtatuta precandi tempora, jejunia, ſtationes, feſti dies, ac ſolemnitates, omnes fere ritus, qui in eccleſia obtinuerunt. Quid igitur incongruum fuerit, ſi tanta eccleſiæ auctoritas, & poteſtas in rebus religionem, ac negotia eccleſiaſtica ſpectantibus aſſeratur, quantam Judaicum ſacerdotium, ac ſynedria religioſa exercuiſſe adverſarii agnoſcunt: cum videamus nomina omnium fere miniſtrorum N. T. præſertim ex ſynagogarum muneribus, ac ſynedriorum ſenatu ab ipſo Chriſto & apoſtolis aſſumta, & civitate chriſtiana donata eſſe, ut ex adverſis caſtris multis demonſtravit *Franciſcus* BURMANNUS in ſuis de ſynagogis exercitationibus. Hinc apoſtolorum nomen numerusque ad numerum duodecim tribuum, ſeptuaginta diſcipuli ſecundum

Si in ſynagoga poteſtas aliqua ſacra fuit, multo magis talis eccleſiæ competit.

ſeptuaginta ſeniorum Iſraelis cœtum ab ipſo Chriſto ſunt inſtituti, quos numeros Judæi in aliis ſuis collegiis ſemper conſecrarunt. Presbyterorum, diaconorum, quidni & ſacerdotum, ſummique ſacerdotis ſicuti nomina, ita etiam functiones licet longe eminentiori ratione a Judæis ad eccleſiam eſſe translata recte creduntur. De clericorum, & laicorum diſtinctione, quæ itidem ex Judaiſmo deſcendit, ſuperius dixi; totaque hierarchia eccleſiaſtica fere dignoſcitur ad exemplar Judaicæ efficta. Nec hoc aſſerere aliquid injurioſum DEO, aut religioni chriſtianæ indignum eſt: DEUS enim, qui eccleſiam conſtituit, etiam ſynagogam adornavit, & qui eccleſiam multo præſtantiorem efformavit, utique non minus ſplendoris, auctoritatis, ac jurium eidem conceſſerit, cum præſertim eccleſiam conſtituerit ab omni republica civili abſtractam, nec ulli terreno imperio conjunctam: fecit enim nos Chriſtus DEO noſtro regnum, & ſacerdotium: ut adeo ſibi ipſi proſpicere, & ſuæ incolumitati providere debeat. Hoc nunquam melius patuit, quam primis inſtitutionis ſuæ temporibus, ubi non ſolum derelicta ab omni ſæculari ſocietate & imperio fuit, ſed etiam ad interitum ac exitium quæſita. Contra vero ſyna-

gogæ

gogæ neceſſarius fuit cum regno nexus, ac jura a primo ortu mixta, haud ſecus ac ipſe finis. In hoc argumento, nimirum comparatione ſynagogæ officiorum cum eccleſiaſticis, totus eſt CLEMENS *Romanus* ſua ad Corinthios epiſtola, ex qua proin aliqua dictis noſtris auctoritatem conciliandi gratia transſcribemus. Argumentum enim ipſum CLEMENTIS cum hoc noſtro concordat: ſcribit is ad Corinthios adverſus presbyterium rebelles, ac quosdam ex eo miniſterio dejicientes: nobis cum illis res eſt, qui funditus auctoritatem cleri ſublatam, dejectamque volunt. *Cuncta*, inquit (*a*), *ordine debemus facere, quæ Dominus juſſit peragere, ſtatutis temporibus oblationes & officia perfici, neque temere vel inordinate fieri præcepit, ſed præfinitis temporibus & horis: ubi etiam, & a quibus celebrari vult, ipſe excelſiſſima ſua voluntate definivit, ut pure & ſancte omnia facta in beneplacito accepta eſſent voluntati ejus . . . ſummo quippe ſacerdoti ſua munia tributa ſunt, & ſacerdotibus locus proprius aſſignatus eſt, & levitis ſua miniſteria incumbunt: homo laicus præceptis laicis conſtringitur. Unusquisque veſtrum, fratres, in ſuo ſtatu gratias DEO habeat, in bona conſcientia degens, non transgrediens præſcriptam* n.

(*a*) Epiſt. 1. Cor. n. 40.

ptam muneris ſui regulam in honeſtate. Deinceps iterato ſacras ſacerdotum veteris teſtamenti vices ad miniſtros novi teſtamenti refert, a Chriſto & apoſtolis, ut aperte dicit, conſtitutos. *Prædicantes igitur*, inter alia inquit (*a*), *per regiones, ac urbes, primitias earum Spiritu cum probaſſent, in epiſcopos, & diaconos conſtituerunt: neque hoc nove, a multis enim temporibus de epiſcopis & diaconis ſcriptum fuerat: ſic enim alicubi dicit ſcriptura: Conſtituam epiſcopos eorum in juſtitia, & diaconos eorum in fide.* Poſt pauca ad propoſitum noſtrum perfecte collimans, *Et apoſtoli noſtri*, ait, *cognoverunt per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, quod futura eſſet contentio de nomine epiſcopatus: ob eam ergo cauſam accepta perfecta præcognitione conſtituerunt ſupradictos, & deinceps futuræ ſucceſſionis regulam tradiderunt, ut cum illi decederent, miniſterium eorum ac munus alii probati exciperent.*

a.

Chriſtus & apoſtoli auctores regiminis eccleſiaſtici.

V. Quæ modo ex S. CLEMENTE deſcripſimus, pro miniſterii chriſtiani aſſerenda dignitate quoad eccleſiæ regimen, etiam illius divinam a Chriſto originem demonſtrant, quod negant adverſarii. *Sicut*, inquit Chriſtus, *miſit me Pater, ita & ego mitto vos: euntes in uni-*

(*a*) N. 42.

universum mundum, prædicate evangelium. Ne vero adversarii occlament, hic solum docendi officium commissum: apud MATTHÆUM cum idem illud prædicandi munus demandat, qua sit potestate præditus, quamque consequenter ipsis etiam impertiatur, declarat. *Data est,* inquit (a), *mihi omnis potestas in cælo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Hæc sunt ultima Christi apud MATTHÆUM ad apostolos verba, ac veluti testamentum, quibus primo Christus suam potestatem utique in regnum suum ecclesiam tam militantem, quam regnantem ostendit: secundo eos ad prædicandum mittit non aliter (ut ex collatione textus paulo ante allati constat) quam sicut eum misit Pater: tertio doceri vult fideles servare omnia mandata, quod utique non consilii tantum est aut moniti, sed præcepti & obligationis: quarto se cum illis futurum promittit usque ad consummationem sæculi, quo ostendit auctoritatem non ad apostolorum personas, sed etiam ad eorum successores perpetuo exten- a.

(a) Matth. XXVIII. 18.

dendam esse. Idcirco apostoli non solum ipsi rexerunt ecclesiam, decreta etiam & præcepta statuentes, ut vel ex concilio Hierosolymitano, & ex epistolis eorum constat, sed etiam ecclesias unacum suis præsidibus constituerunt, atque ad regimen formarunt PAULUS in epistolis ad TITUM & TIMOTHEUM. Ad judicium ecclesiæ causas deferri designat idem PAULUS 1. *Cor. V.* 12. Administrationes complures, ac varias a DEO institutas non semel commemorat, ne quis hic confœderatam sponteque susceptam disciplinam obtrudere velit. Sive autem ministeria pleraque, de quibus PAULUS, ordinaria, sive extraordinaria fuerint, nihil refert ad causam, adversarii enim nunquam in ecclesia aliud præter doctorum officium fuisse, nec in ipso Christo admittunt. Ad quid vero tantorum præceptorum moles, tantus ministeriorum apparatus, tanta donorum in diversis diversitas, si ecclesia non ex suo gremio regeretur, si non ipsam se regeret?

Dominatus solum fastuosus in evangelio damnatur.

VI. Non ergo injusti dominatus usurpatio dici debet, quam Christus instituit, apostoli tenuerunt ecclesiastici regiminis formam & auctoritatem. Dum vero PETRUS *κατακυριέυειν τῶ κλήρω* non vult pastores, Græca textus notio manifeste pro-

prodit de tyrannica, & cum faſtu conjuncta dominatione intelligendum eſſe: ſi enim de omni imperii exercitio hæc dixiſſet, non recte fideles etiam diſciplinam confœderaſſent, qua uni præ cæteris regimen delatum fuiſſet. Didicerant apoſtoli a magiſtro Chriſto manſuetudinem & humilitatem, ambitioſum dominatum vel terrenum hujus ſæculi abhorrere. Ob talem dominatum contentio olim inter apoſtolos orta erat (*a*), quis eorum videretur eſſe major eo tempore, quo apoſtoli adhuc communi de Meſſia perſuaſione imbuti erant, eum nimirum terrenum imperium occupaturum, ac in potentem monarcham evaſurum, ſe proinde ſecundos a rege futuros, ac præcipuas imperii ſedes, dignitatesque conſecuturos. Huc illa hiſtoria facit matris filiorum ZEBEDÆI petentis, ut duo filii in regno ejus ſederent unus a dextris, alter a ſiniſtris in regno ſuo. Hunc faſtum ex animis apoſtolorum eripere ſatagit Chriſtus, aſſerens, non ſicut reges gentium eos dominaturos: non autem omnem ordinis ac ſubjectionis rationem damnat, addit enim: *Qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Majores & præceſſores non exclu- a.

(*a*) Luc. XXII. 24. &c.

dit, ſed illis ſuo exemplo humilitatem ſuadet. Certe ornat etiam terrenos reges modeſtia, quin obſit tamen auctoritati: ſed ſi ſubditi imperium ſpernant, poteſtas recte oſtentatur, atque officii propter gradum debiti exactio humilitati nihil detrahit.

Chriſtus, apoſtoli, & apoſtolici viri vindices honoris & obedientiæ præpoſitis debitæ.

VII. Nunquam in eccleſia defuit occaſio præpoſitis ſuam dignitatem contra rebelles ſubditos, jugumque excutientes muniendi. Paſſim apoſtolorum epiſtolæ refertæ ſunt exemplis, ut minime ſatis proviſum fuiſſet eccleſiaſticæ incolumitati, quieti, ac tranquillitati, niſi a Chriſto dati fuiſſent, qui ſua auctoritate effrænes reprimerent. Nihil validius in hunc finem erat quam illa Chriſti comminatio: *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Hoc igitur modo hactenus eccleſia conſervata decurrit, nunquam non in ſuis viſceribus factioſis hominibus vexata, *qui dominationem*, ut verbis JUDÆ utar, *ſpernunt, majeſtatem autem blaſphemant.* Nihil acrius ac vehementius exprimi queat, quam JUDÆ ſermo contra ſeditioſos hujusmodi. PAULO multum negotii fuit ad comprimenda in eccleſia partium ſtudia, ut ex primo ſtatim primæ epiſtolæ ad Corinthios capite reliquisque eluceſcit. JOANNI (ut in tertia ſua epiſtola habet) ipſi apoſtolo inventus

eſt

eſt, qui ſe opponeret. *Scripſiſſem*, inquit (*a*), *forſitan eccleſiæ: ſed is, qui amat primatum gerere in eis, non recipit nos.* An autem ei JOANNES ceſſit? Aut muneris ſui dignitatem non eſt tuitus? Minime: *Propter hoc*, inquit, *ſi venero, commonebo ejus opera, quæ facit &c.* Sub ipſis adhuc apoſtolicis temporibus CLEMENTI *Romano* pro ſua in eccleſia auctoritate ex ſedis præeminentia ſeditio adverſus presbyteros Corinthii orta comprimenda erat, quod ipſe ſtrenue prima epiſtola facit, & ſuam, & presbyterorum dignitatem graviter vindicans, *inſurrexerunt*, inter alia inquit, *inhonorati contra honoratos, inglorii contra glorioſos, inſipientes contra ſapientes, juvenes contra ſeniores.* Jam prius enumeraverat mala, quæ ob hos tumultus eccleſiam eam inceſſerant, quæ antea aberant, dum adhuc erant ſubditi præpoſitis, ut ibi loquitur, & honorem debitum presbyteris tribuentes. Quare nihil prætermittit, ut obſequium & reverentiam erga præpoſitos extorqueat Chriſti nomine præpoſitos: *Dominum JESUM Chriſtum*, inter alia ait, *cujus ſanguis pro nobis datus eſt, veneremur. Præpoſitos noſtros revereamur, ſeniores noſtros honoremus.*

(*a*) 3. Jo. IX.

Quantam eccleſiaſticis præpoſitis obedientiam & ſubjectionem exhibendam eccleſia ſemper cenſuerit.

VIII. S. CLEMENTI conſpirarunt patres chriſtiani primorum illorum feliciſſimorum temporum. S. IGNATIUS CLEMENTI ſuppar paſſim in ſuis epiſtolis in hoc eſt, ut obſequium in omnibus epiſcopo præſtari jubeat, eousque, ut nihil omnino ſine ipſius ſententia a quoquam fieri velit. *Nullus*, ſcribit ad Smyrnenſes, *ſine epiſcopo operetur aliquid eorum, quæ conveniunt ad eccleſiam.* Quem autem locum in eccleſia teneat miniſterium, ibidem declarat. *Omnes*, ait, *epiſcopum ſequimini, ut JESUS Chriſtus Patrem, & presbyterum ut apoſtolos. Diaconos autem revereamini ut DEI mandatum.* Idem ad Magneſianos repetit: *Hortor*, inquit, *ut ſtudeatis in DEI concordia omnia agere epiſcopo præſidente DEI loco, presbyteris loco ſenatus apoſtolorum, diaconis mihi ſuaviſſimis, quibus commiſſum eſt myſterium JESU Chriſti.* Ne vero iſta videatur tantum conſilii cauſa locutus, audi quid ad Smyrnæos ſcribat: *Qui occultans ab epiſcopo aliquid operatur, diabolo præſtat obſequium.* Et ad Magneſios: *Qui ſine epiſcopo, & presbytero, & diacono operatur, non mundus eſt in conſcientia.* Tantum autem abeſt, ut epiſcopos velit abhorrere a ſacra dominatione, quin ipſi epiſcopo POLYCARPO ſuadeat ſuam auctoritatem in omnibus tueri. *Nihil*, ad eum

ſcri-

ſcribit, *ſine ſententia tua fiat, neque tu ſine DEO quid operere, quod autem operaris, ſit bene ſtabile.* Secundo eccleſiæ ſæculo floruit, & glorioſo martyrio Lugduni coronatus obiit S. IRENÆUS Lugdunenſis epiſcopus, eandem obediendi præpoſitis eccleſiaſticis gloriam ubique inculcans, *quapropter*, quodam loco ait (*a*), *eis, qui in eccleſia ſunt, presbyteris obedire oportet, his qui ſucceſſionem habent ac apoſtolis, ſicut oſtendimus.* Alia ejus pro eccleſiaſtica auctoritate teſtimonia collegit doctiſſimus *Renatus* MASSUET noviſſima huius ſancti Patris editione, *Diſſert. III. art.* 4. TERTULLIANUS inter ſecundum & tertium ſæculum aureo præſertim de Præſcriptionibus hæreticorum libro, nihil non eccleſiaſtico præſidio in religionis ac fidei rebus tribuit. CYPRIANUS, qui vixit ſæculo tertio, ac glorioſam pro Chriſto mortem ſuppetiit, ortum omnium hæreſum inobedientiæ contra epiſcopos adſcribit: *Neque enim*, inquit (*b*), *aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod ſacerdoti DEI non obtemperatur, nec unus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus judex vice Chriſti cogitatur.* Ex ſequentibus ſæculis nihil opus eſt documenta in hanc rem colligere.

a.

b.

(*a*) L. IV. adv. hæreſ. c. 43.
(*b*) CYPR. epiſt. 59. edit. nov. 55. p. 177.

ligere : eccleſia enim poſtquam ex diverſiſſimis perſecutionum tenebris in lucem emerſerat, celeberrimis undique conventibus ex epiſcopis collectis, aliisque modis ſuam in rebus ad religionem pertinentibus auctoritatem declaravit: donec poſteriori, ac ſequiori ævo inferni portæ adverſus eccleſiam hunc admoverunt arietem, excidium ſibi parantes ex ruina intenta hierarchiæ. Ut enim S. IGNATIUS ad Trallianos ſcribit, *ſine presbyteris eccleſia electa non eſt, nulla congregatio Sanctorum, nulla collectio piorum.* Et S. CYPRIANUS, *Scire*, inquit (*a*), *debes, epiſcopum in eccleſia eſſe, & eccleſiam in epiſcopo, & ſi qui cum epiſcopo non ſint, in eccleſia non eſſe.* Quantamcunque ſtragem inimici homines eccleſiæ minitati, meditatique ſint, tam ſecura eſt ea ab omnibus inſultibus, quam certa de divinis promiſſionibus, portas inferi non prævalituras adverſus eccleſiam fundatam ſupra firmam petram: *Superædificati enim ſumus ſupra fundamentum apoſtolorum, & prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto JESU.*

II.

§. II.

(*a*) Ep. 66. Ed. nov. 69. p. 265.

§. II.

Varia præſertim heterodoxa ſyſtemata ac ſententiæ de miniſterio eccleſiaſtico.

I.

DEUS, ſunt BURMANNI verba (*a*), *qui non eſt incompoſiti ſtatus auctor, ſed pacis* 1. Cor. XIV. 33. *quemadmodum in mundi ordinatione omnia incomprehenſibili ſapientia interſtinxit, & ordine, numero, pondere, menſura ſingula debitis locis collocavit: ita non minus eccleſiam inſtar exercitus ordinavit, & variis miniſteriis functionibusque inſtruxit, quarum ope non ad ornatum duntaxat compoſita eſt, ſed & neceſſitatibus ſuis conſulit, ſpiritualique ædificationi ſuæ ſufficit.* Poſt hæc verba BURMANNUS PAULI *ad Eph. IV.* 10. 13. locum recenſet de miniſtris novi teſtamenti. Parturiunt montes! quæ non eximia, ac varia quis exſpectet dignitatum, miniſteriorumque genera ad ordinem eccleſiaſticum lectis tam magnificis verbis? Sed mox ſe explicat, factaque miniſtrorum ordinariorum & extraordinariorum diſtinctione, ad ordinarium ac perpetuum eccleſiæ miniſterium ſolos paſtores & doctores refert: deinceps vero ubi ſingillatim de his miniſtris agit,

Novatorum de miniſtris N. T. opinio.

(*a*) De Miniſtr. N. T. extraord. D. I. n. 1.

a. agit (*a*), nec hos duos ipſo ordine diſtinctos credit, aut ſemper etiam functione, eoquod PAULUS una phraſi eos conjunxerit, *paſtores & doctores*, ut particula & ἐξηγητικὴ ſit; licet non neget contingere functionis quandoque diſcrimen aliquod inter paſtores & doctores. Presbyteri nomen commune fuiſſe putat tam doctoribus quam directoribus, nec intereſſe dicit, ſi etiam epiſcopi dicantur, uti hodie apud reformatos Brittannos. *An vero*, inquit (*b*), *doctores fuerint, ita ἰδίως dicti, an presbyteri, vix inquiſitu opus eſt, cum utrique doctores agerent.* Sed non hoc ſemper contigiſſe, ei cum BOEHMERO, aliisque convenit. Fundamentum accipiunt ex illo (*c*) PAULI ad TIMOTHEUM, qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. *Presbyterorum*, inquit in hunc locum BOEHMERUS (*d*) *munus proprium in gubernatione hic conſtituitur, ſeu inſpectione, unde etiam epiſcopi dicti ſunt, ut in vitam & mores ſingulorum inſpicerent . . . quæ inſpectio illorum proprium munus erat, & tum curam pauperum & viduarum, tum inſpectionem in ſingulorum mores, tum etiam directionem*

b.

c.

d.

nego-

(*a*) Diſp. XVII. XVIII.
(*b*) Diſp. XVIII. n. 134.
(*c*) I. Tim. V. 17.
(*d*) Diſſ. VII. in PLIN. & TERT. §. 41.

negotiorum eccleſiaſticorum continebat: atque ob hunc præſidatum duplici honore digni erant, maxime hi, qui ultra officium ſuum ordinarium vacabant ſermoni & doctrinæ. Non ergo contigit ſemper, ut qui erant presbyteri ſeu directores, fuerint etiam doctores. Sed quidquid ſit univerſum horum officium ſecundum BOEHMERUM nullum diverſum ordinem conſtituit, utpote qui cuique fidelium integrum facit docendi munus: quamquam fateatur, poſtquam conſultum apoſtolis & eccleſiæ viſum fuerit, conſtituere, qui præeſſent, hanc inſpectionem presbyteris demandatam, quod non potuerit non eos a reliqua plebe diſtinguere, & ſic ordinem eccleſiaſticum invaluiſſe, ſed, ut alibi declarat (*a*), ſine ulla jurisdictione proprie dicta: qua etiam deſtituti fuerint primitivi epiſcopi, utpote ſimplices paſtores, nec a presbyteris aliter diſtincti, niſi quod in conſeſſu presbyterorum primam ſedem tenerent: addit in horum locum ſucceſſiſſe apud reformatores Superintendentes, qui etiam epiſcopi recte dici poſſint meliori jure, quam catholici, utpote in munere paſtorali per omnia ſimiles primitivis, cum noſtri epiſcopi hæc poſthabeant: quorum Superintendentum jura ſi noſſe cupis

a.

(*a*) BOEHM. Jur. eccl. L. I. T. 31.

pis & officia, adi BOEHMERUM loco cit. videbisque, ſola umbra alicujus auctoritatis in judiciis, aliisque eccleſiaſticis negotiis eos gaudere, utpote apud principem tota conſtituta poteſtate, ſicut civili, ſic etiam eccleſiaſtica.

Novatores qui aliquã reipuclicæ formam & regimen in eccleſia agnoſcunt.

II. Sunt inter Novatores, quibus præter doctorum munus prorſus nullum aliud arridebat, inter quos ERASTUS doctor Baſileenſis & Heidelbergenſis, quem *Theod.* BEZA ſcripto de presbyterio & excomunicatione aggreſſus eſt: ubi contra eundem oſtendit, fuiſſe etiam quosdam eccleſiaſticæ gubernationi præfectos, præter eos, qui verbo & publicis precibus, Sacramentorumq; adminiſtrationi præerant, quorum rurſus alii paſtores, alii doctores ſint nominati. Videtur ergo BEZA eccleſiæ non omnem ſtatus, ac reipublicæ formam detrahere, quin contendit eccleſiam chriſtianam ad formam veteris Iſraeliticæ ex triplici ſtatu eſſe conflatam: cujus caput & monarcha unicus pontifex Chriſtus JESUS: qui ita ſit in cœlo, ut ſuo Spiritu adſit, & præſit cœtibus omnibus ipſius auctoritate conſtitutis: ipſos vero cœtus ariſtocratiam referre, denique univerſam multitudinem, qua conſcia, & ex cujus conſenſu cœtus ipſi ariſtocratici conſtituantur, democratiæ perfectum exemplum præbere.

bere. Hujusmodi variæ regiminis formæ, si tamen hoc nomine sunt dignandæ, passim obtinent apud Novatores, in suis consistoriis senatibus ecclesiasticis, qui præsertim sub directione Superintendentium, Specialium, Generalium, aut Generalissimorum institui solent, aut etiam ex solis presbyteris constant, de quibus plene agit doct.mus PFAFFIUS in suis Originibus Juris ecclesiastici. Longius abludit ab hac ecclesiæ forma BLONDELLUS, ubi de jure plebis in regimine ecclesiæ tractat; quamvis enim omnem moveat lapidem, & plebi ab apostolicis inde temporibus jus in sacra vindicet, hodie tamen consultum non ducit, promiscuum vulgus tractationi negotiorum ecclesiæ interesse, sed selectos solum seniores laicos, quales primis ecclesiæ sæculis extitisse probare nititur: cujusmodi collegia ecclesiastica, quæ totam ecclesiam repræsentent, in nonnullis ecclesiis Protestantibus, nominatim Halæ, atteſtante BOEHMERO (*a*) in observationibus ad *Petrum* de MARCA, sunt: quale etiam directorium in Belgica & Hamburgensi Protestantica ecclesia obtinere PFAFFIUS asseverat, quod nimirum ex presbyteris laicis constet, non exclusis tamen doctoribus. a.

(*a*) Ad L. I. obs. V. §. 9.

Eccleſiaſticum tribunal ſub ethnicis imperatoribus ex confœderata diſciplina ſecundum BOEHMERUM.

III. Ex hoc fonte de jure plebis collegiali in regimine eccleſiaſtico, ſaltem in ſtatu eccleſiæ preſſo & derelicto, cujusmodi primitiva fuit, profluxit commentum illud BOEHMERI de confœderata diſciplina, quam ſub imperatoribus ethnicis obtinuiſſe contendit. *Fuere*, inquit (*a*), *eccleſiæ primitivæ ſocietates, & univerſitates, & ita directione quadam opus habuerunt, quæ certis legibus, & juribus ſtabilienda erat.* Has leges, cum ab ethnicis imperatoribus accipere nequibant, præſertim PAULO Corinthiis id diſſuadente, ne litigia ſua ad judicem ethnicum deferrent, ſitque BOEHMERO eccleſia ſimplex collegium ſine omni principatu, aut ſtatu aliquo eccleſiaſtico, neceſſarium ſaltem fuit, ex mente ejusdem, diſciplinam quandam communi conſilio confœderare, qua præcepta vivendi, & morum ordinarentur. Sicque hanc diſciplinam nihil aliud fuiſſe vult, quam omne pietatis officium firmatum, & ſtabilitum per ſeveritatem quandam caſtigatricem mutua conventione receptam: quæ confœderatio de abſtinendo ab omni crimine eo magis neceſſaria fuerit, quod jus nullum eſſet, ut putat BOEHMERUS, ea puniendi, & tamen nefas eſſet viſum, illa inter illos, qui unice vi-

tæ

(*a*) Diſſ. III. in PLIN. §. 12.

tæ inculpatæ ſtudere deberent, tolerare. Hac confœderatione itaque, ſecundum BOEHMERUM hoc agebatur, ut ſanctiſſime ſibimet invicem promitterent, quod ab omni crimine abſtinere, moresque ad Chriſti doctrinam compoſitos induere vellent, & quia conſociatio talis effectum ſperatum habere vix poſſit, niſi pœna quadam conventionali corroboraretur, inde ſimul hoc factum, ut ab omni communione chriſtianorum & ſacrorum excluderetur, qui fidem falleret, & in leges confœderationis peccaret: hinc jurisdictionem quandam ab eccleſia tunc temporis exercitam fatetur, ſed non per modum imperii, verum ejusmodi ordinis, qui collegiis conveniret. Itaque pertendit, confœderationem ceſſaſſe debuiſſe ſub imperatoribus chriſtianis, cura nempe collegii eccleſiaſtici ad eos delata, quod quia factum non ſit, natam inde totam eccleſiaſtici imperii ſtructuram. Eo devenit BOEHMERUS, ut clerum a partibus regiminis eccleſiaſtici ex jure divino deturbaret: cum enim dominatum ſacrum ab apoſtolis uſurpatum eſſe dicere non auderet, cerneret tamen nunquam non jura hæc eccleſiam obiiſſe, potius pacto & conventioni tribuere voluit, quam ut divinum depoſitum agnoſceret.

Et quosdam Anglos licet ratione nonnihil diverſa.

IV. *Thomas* BRUNO in ſuo de canonibus & conſtitutionibus apoſtolicis judicio ad *can.* 10. *apoſt.* ex iisdem fontibus jam ante BOEHMERUM haud abſimilem confœderatam diſciplinam hauſit, etiam admiſſa quadam coercendi per excommunicationem, excluſionem nimirum a ſacris poteſtate, quamquam illam non dubitat ad ritus potius Gentilium, quam Judæorum revocare. Poſtquam enim varia attuliſſet exempla arcendi a ſacris etiam Gentilibus uſitata, hæc ad Chriſtianiſmum transferens: *Et jam*, inquit, *quod ſecundo loco quæritur, mirari, puto, deſinet quivis, quomodo chriſtiani, præſertim Romæ degentes, & ex Gentiliſmo ad fidem Chriſti converſi, ſubire dignarentur illud onus excommunicationis, ſive ſeparationis a myſteriis, ab excommunicatione Judaica prorſus ita diſparatum, cum longe prius in Gentiliſmo ſubiiſſent idem jugum. Adde quod vix dubitandum ſit, quin chriſtiani tunc temporis, quod eis negatum erat, vel ſaltem non conceſſum, jure publico, nempe cæſareo, ut lege agerent contra delinquentes in ſectam ſuam (ut Cyprianus ſæpe loquitur profeſſionem chriſtianam intelligens) & pœnas a merentibus expoſcerent, illud inter ſe jure privato, nempe chriſtianitatis, in foro, ut loquuntur, conſcientiæ ſupplerent,*

vel

vel pactis mutuis & conventis, vel confœderationibus & juramentis præſtitis ſemetipſos ad diſciplinam ſuam ſartam tectam conſervandam obligantes. Refert in hanc rem præter PLINII & TERTULLIANI etiam CELSI teſtimonium ex ORIGENE criminantis, chriſtianos ob pacta, fœdera, ſtipulationes, & promiſſa mutuo data, quæ CELSUS nomine συνθήκης exprimit, ne fidem chriſtianam fallerent, vel ſi fefelliſſent, ut mutuo pœnas darent, excluſione nimirum a ſacris, atque excommunicatione: quem tamen morem apud apoſtolos, & proximos eorum ſucceſſores, quotquot erant e Judæis ad ſacrorum interdictionem putat ſeſe minime porrexiſſe. Quod forte de ſolemnibus ſtipulationum formulis in baptiſmo fieri conſuetis dici poſſit, minime de inſita poteſtate eccleſiæ legitima ad coercendos, cenſurisque ſtringendos refragarios, & delinquentes. Qualem BINGHAMUS itidem Anglus jurisdictionem in eccleſia agnovit: *Diſciplina*, inquit (*a*), *eccleſiæ in poteſtate conſiſtebat privandi homines omnibus baptiſmi beneficiis, ac privilegiis, dum ſocietate ac communione eccleſiæ ſecludebantur, in qua ſola his privilegiis frui eis licebat: cujusmodi erat conjunctio in precibus publicis, Eu-*

(*a*) In Orig. eccl. L. XVI. c. 2. §. 2.

chariſtiæ receptio, aliique divini cultus actus. Interdum eccleſiam intrare penitus vetabantur, ita, ut ne quidem ſcripturarum lectioni attendere, aut ſermonem eis audire permitteretur, uſquedum quædam reſipiſcentiæ ſigna edidiſſent. Et reliqui omnes refugiebant &c. Addit: *Hucuſque eccleſia in cenſuris ſuis ex naturali jure ſuo ac poteſtate proceſſit, non autem longius.*

Anglorum, ac præcipue DODWELLI regiminis eccleſiaſtici ordo.

V. Miniſterio eccleſiaſtico illiusque gradibus, & ordini, quatenus ad jurisdictionem, & regimen eccleſiaſticum attinet, omnium ſunt nunc æquiſſimi Angli: apud hos enim non ſolum epiſcopi, ac etiam primates ſuum locum poſt reformationem retinent (id quod & in Dania, & Suecia quoque videre eſt) verum etiam hodie regis primatui plerique modicam amplius reverentiam habent, quem ſibi HENRICUS VIII. & nonnulli reges, reginæque uſurparunt. Sed ſingularem conſiderationem DODWELLI ſyſtema regiminis eccleſiaſtici meretur. Inter ipſos apoſtolos is non uniusmodi ordinem facit ac diſcrimen, præſertim ut illi primarii fuerint, qui Chriſto ſanguinis cognatione juncti, ac ejusdem ſtirpis fuerint, cæteris aliunde accerſitis, ut numerum duodenarium tribuum Iſraelis æquarent. Ex his JACOBUM Hieroſolymitanum epiſcopum locum ſummi pontificis

parem

parem pontificii templi Hieroſol. habuiſſe, omnibus juxta ſynagogæ formam inſtitutis: ſicque a chriſtiana eccleſia Hieroſolymitana tanquam principio unitatis, & capite reliquas omnes eccleſias & miniſtros dependiſſe: ab hac eccleſia veluti ex equo Trojano progreſſos miniſtros itinerarios prædicaſſe, & eccleſias ordinaſſe, conſtitutis epiſcopis, aliisque eccleſiæ miniſtris, nec aliis, quam hujus eccleſiæ emiſſariis (quorum in cenſu fuerint non ſolum apoſtoli, ſed etiam evangeliſtæ, omnesque certæ eccleſiæ non affixi) fas fuiſſe quidquam in eccleſia ordinare, pœnas aut cenſuras infligere, niſi hujus eccleſiæ nomine, & auctoritate apoſtolorum Chriſto ſanguine junctorum, itinerariorumque eccleſiæ hujus, qualis poſtremus JOANNES obierit Epheſi, qui poſt cædem SIMEONIS, & ſtirpis Davidicæ, & Dominicæ ſuperſtitum apoſtolorum, jure ſuo πρωτοκαθεδρος extiterit, unde etiam præſidatus inſigne petalum habuerit. Poſtquam autem hic primatus Hieroſolymitanus extinctus ſit, nec ſuperfuerint amplius ex Chriſti Domini cognatis, aut itinerariis hujus eccleſiæ, æqua epiſcoporum evaſiſſe jura, ac quidem paria epiſcopo Hieroſolymitano, ut nemini ratione ſui miniſterii obnoxii ſint, niſi ipſi Chriſto

Domino: deſcendiſſe autem uſque ad TRAJANI tempora, *Simeonis*que CLEOPÆ martyrium, illud eccleſiæ Hieroſolymitanæ jus. Qui hoc DODWELLI hominis doctiſſimi acutiſſimique ſyſtema plane paradoxum ex aſſe noſſe cupit, legat præſertim ejus Paræneſin ad exteros de nupero ſchiſmate Anglicano; mirabitur ingenium, & eruditionem, ſed ridebit hominis confidentiam, dolebit autem mortalium ſtudia, & perverſam mentem, qui ſi ſe ſemel errori pertinaciter dederint, in omnia potius abeant, quam in rectum tramitem revertantur.

Leonardi FROERREISEN Proteſtantis epicriſis de miſero ſtatu politiæ eccleſiaſticæ apud ſuos.

VI. Infinitus forem ſi ſingula, quæ quotidie excogitantur ſtatus eccleſiaſtici recenſere vellem ſyſtemata a Proteſtantibus. Solum hic domeſticum teſtem adducam, quam male univerſim eccleſiaſtico ſtatui ſit conſultum. Habuit haud ita pridem in conſeſſu academico orationem Argentorati conventus eccleſiaſtici præſes, & paſtor primarius, cum rectoratum univerſitatis tertia vice capeſſeret *Jo. Leonardus* FROBREISEN de miſero eccleſiæ Auguſtanæ confeſſioni addictæ permultis in locis ſtatu. Non ibi tractandum ſibi ſumit de ſtatu ejus interno, ſed de miſera conditione ratione formæ, regiminis, & ſtatus externi, qui certe ex illius ſententia in multis locis

cis miſerior eſſe non poſſet. *Etenim*, inquit, *vix umbra ejus viſionis eccleſiaſticæ in ea apparet, quam Paulus requirit quarta ep. ad Eph.* Non dubitat cel. auctor ſermonem PAULO fuiſſe de eccleſia viſibili, & conſequenter de unione & mutuo auxilio viſibili. *Loquitur enim*, inquit, *de eccleſia, in qua doctores viſibiles a ſe invicem viſibiliter diſcernibiles conſpici & demonſtrari potuerunt, quorum nempe alii tum fuere apoſtoli, alii evangeliſtæ, alii paſtores, alii didaſcali ſive doctores. Requirit hinc Paulus evidenter ad formam eccleſiæ viſibilis neceſſario unionem viſibilem, atque mutuum auxilium membrorum viſibile, quum ad corpus humanum commiſſura oſſium, cujus beneficio unum membrum alteri auxilium ferre poteſt, æque neceſſario requiratur, ac circulatio ſanguinis, & ſanus nutriensque cibus ac potus, ſola enim concordia interna doctrinæ, & uſus verbi atque Sacramentorum in eccleſia nihil eſt, quam reſpectu corporis humani uſus ciborum & potus, atque circulatio ſanguinis.* Talis ergo unionis externæ atque viſibilis, & mutui auxilii, quod eccleſiæ particulares ſibi invicem ad inſtar membrorum corporis ferre deberent, quoniam ex confeſſione clar. FROEREISEN, in eccleſia Auguſtanæ confeſſioni addicta vix umbra hodie apparet, pa-

tet in ea collective ſumta vix umbram formæ eccleſiaſticæ viſibilis, quod PAULUS requirit, obſervari. Cauſam triſtis hujus effectus hanc ponit: Quod reformatores eccleſiæ tantum de reſtituenda doctrinarum puritate, & legitima Sacramentorum adminiſtratione fuerint ſolliciti, prudentem autem regiminis eccleſiaſtici ordinationem ad conſervandam unionem externam abſolute neceſſariam, reſpectu eccleſiarum particularium, imprimis minorum, prorſus neglexerint. (Dicere potuiſſet, abjecerint, & conculcarint.) E re autem, atque faciendum omnino fuiſſe dicit, ut cum Auguſtana confeſſione ſeu declaratione & norma eccleſiaſtica doctrinali, ſyllogen quoque canonum exhibuiſſent tam eorum quos retinendos, aut noviter introducendos, quam eorum quos abrogandos cenſerent. *Hi enim*, inquit, *per hanc canonum ſyllogen certam quandam juris eccleſiaſtici univerſalis normam obtinuiſſent, qua deſtituti dici non poteſt, quam incredibilibus, & ineffabilibus in munerum ſuorum adminiſtratione premantur difficultatibus.* Atque hinc etiam ex ſententia rectoris iſtius ac conventus eccleſiaſtici præſidis venit, ut alia eccleſia particularis ex Carpzovianis, alia ex Hobbeſio-Thomaſianis, alia ex Titianis,

nis, alia ex Bœhmerianis, alia ex aliis principiis jus ſibi eccleſiaſticum pro lubitu formet: *Magna*, inquit, *cum eccleſiæ noſtræ ignominia.* De Germania autem peculiariter dicit: *Si ſatis fuiſſent providi reformatores, aut hierarchiam epiſcopalem cum Suecis, Danisque retinuiſſent, aut conſiſtorium ſaltem ſupremum & univerſale in gratiam præcipue eccleſiarum particularium minorum erexiſſent, ad cognoſcendas omnes cauſas eccleſiaſticas.* At hoc modo ſolummodo cohærentem ſibi unitamque unius nationis eccleſiam præſtitiſſent, non totum illud corpus Chriſti eccleſiam, quod PAULUS expreſſit connexum & compactum per omnem juncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram uniuscujusque membri. Univerſimque de eccleſia Proteſtantica verum eſt, quod de ſola Germanica ibi dicit paſtor iſte primarius, in relatione eccleſiarum particularium ad ſe invicem reſpectu juris eccleſiaſtici ſimilem evaſiſſe vermi, in partes non tantum magnas & longas, ſed & minimas diſſecto, quarum quælibet ſe movet, quamdiu aliquales vires ſuperſunt, & quarum quælibet ſenſim, ſenſimque vitam, & cum vita facultatem ſe movendi amittit. Comparat etiam exercitui, cui nec deſunt vires, nec bellicæ artes, nec an-

no-

nona, nec arma, nec pugnandi ardor, militanti autem ſub variis ducibus diverſæ dignitatis, diverſa, ſæpius contraria, nonnunquam plane nihil decernentibus, & ſibi invicem non ſubordinatis: legioni, in qua neglecto habitu uniformi non tantum quilibet centurio, ſed & quilibet locumtenens, vexillifer, anteſignanus, & ab excubiis liberatus, ſibi independentiam adſcribit: Urbi, cujus incolis non deeſt quidem cibus & potus, qui autem nullo inter ſe nexu civili uniti ſunt; ita ut quilibet non tantum pater, ſed & quælibet materfamilias gentium ſibi jura adſcribat, & in ſtatu naturali vivat. Præclarus ſcilicet ordo, ac conſociatio corporis eccleſiaſtici! Nec alius eſſe poteſt, ubi hierarchia eccleſiaſtica ſucciſa eſt: aliter enim fieri non poteſt, quin in tot partes ſcindatur eccleſiæ corpus, quot ſunt ſtatus inter ſe divulſi: aut ſi eadem eccleſia diverſis ita ſit conjuncta ſtatibus, eadem quoque inter ſe divelli neceſſe eſt. Hoc non ſolum quoad regimen ipſum locum habet, verum etiam quoad ſumme neceſſariam fidei ac doctrinæ conſenſionem, quæ unitatem eccleſiæ cumprimis conciliat: tum etiam quoad communicationem illam mutuam eccleſiarum inter ſe, quæ unum corpus eccleſiæ conficit: *Quando neque*

hæ,

hæ, loquor cum S. IRENÆO (*a*), *quæ in Germania ſunt fundatæ eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt: Neque hæ, quæ in Iberis ſunt, neque hæ, quæ in Celtis, neque hæ, quæ in oriente, neque hæ, quæ in Lybia, neque hæ, quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ.* Quod tantum abeſt, ut de Proteſtanticis eccleſiis dici poſſit, ut nec minimæ ipſorum eccleſiæ, abjecta hic omni legitima poteſtate, habeant ullum cohærentiæ, & unitatis vinculum ac fundamentum. Cum ſuaſorium illud, quod unice agnoſcunt, miniſterium, hic nihil proficiat, quin quilibet plena libertate gaudeat, ſitque ſibi eccleſia. Niſi ſe poſſe unitatem ſervare cum illis quis exiſtimet, a quibus in fide diſſentit. Quæ res independentium, aut tolerantium illam copiam, aut eorum, qui pauciſſimis articulis fundamentalibus eccleſiæ fidem abſolvunt, peperit. 8.

VII. Poſt hæc ita enarrata nihil obſtaret, quo minus ad commune Catholicorum ſyſtema regiminis, ſeu hierarchiæ eccleſiaſticæ progrederemur, in quo, quod ad rei capita attinet, nulla opinionum diverſitas apparet, niſi quod ſuperiore ſæculo libellus ab *Ed.* RICHERIO editus *de eccleſiaſtica & politica Poteſtate* haud leves in eccleſia Gallicana mo- Aliquorum Gallorum ſyſtema.

(*a*) Contra hæreſ. L. I. c. 13.

motus excitarit, pacemque ac quietem christianam non parum turbarit, quibusdam opinionis novitate attractis, ut fieri solet, aliis acriter contravenientibus. Non is satis declinare videtur confusionem illam, qua politicum cum ecclesiastico conjungitur regimen: *Hoc enim*, inquit, *quasi mutuo obligationis & benevolentiæ vinculo, ecclesiam cum politia seculari colligari voluit Dominus, ne principes & ecclesiastici inter se digladiarentur: quam salutarem distinctionem qui ignorant, dissimulant, aut confundunt in maximos, & periculosissimos scopulos allidunt, atque ecclesiasticos principibus politicis suspectos reddunt, quasi novis rebus studeremus .... Cum enim lex evangelica vitam æternam pro fine, atque animam humanam pro materia & subjecto nativo habeat, tota occupari debet in internis conscientiæ motibus dirigendis, minime vero in manu, aut vi externa cohibenda: ac proinde judicet de mediis necessariis ad beatitudinem conformiter ad causas essentiales spirituales religionis christianæ: hoc est suasive tantum & directive per verbi divini prædicationem, Sacramentorum dispensationem, & si res postulat, per exclusionem ab ecclesiastica communione ope censurarum, id est, armorum spiritualium ecclesiæ.* In eo autem aberrat potissimum RICHERIUS quod non qui-

quidem jurisdictionem, ac claves ecclesiasticas neget, sed eas prius, immediatius, ac essentialius ipsi toti ecclesiasticæ congregationi datas velit, Romano autem Pontifici ac episcopis in executione tantum, ac ministerialiter. In eo etiam libro sic describit ecclesiam, ut videatur nullam primatus Romanæ sedis rationem habuisse, dum ait: *Esse ecclesiam politiam monarchicam ad finem supernaturalem spiritualem institutam, regimine aristocratico omnium optimo & naturæ convenientissimo temperatam, a summo animarum pastore Domino JESU Christo.* Eandem viam incessisse, ac RICHERIUM secutus fuisse DU-PINIUS censeri possit, qui quadam dissertationum suarum ecclesiasticarum contendit potestatem ecclesiasticam esse penes ecclesiam: Romanum autem Pontificem, cæterosque prælatos eam accipere ab ecclesia quoad usum tantummodo. Qua in re decepti videntur hi Galli politicarum rerum publicarum comparatione & exemplo, quæ coaluerunt, ac præsides principesque asciverunt communitatis electione & arbitrio, cum ecclesia eo modo, quo Judaicum regnum a DEO ipso sit constitutum, ab eoque, non a societate magistratus ordinem acceperit.

VIII.

Diverſitas ſententiarum inter catholicos de regimine eccleſiæ facile concilianda.

VIII. Eſt quædam alia inter Ultromontanos ſententiarum de ordine regiminis eccleſiaſtici diverſitas, quorum hi epiſcopo Romano, illi epiſcopis magis favent: unde illa nata quæſtio, quæ a nonnullis ſæculis non ſolum a privatis doctoribus, ſed etiam in conciliis Conſtantiæ, Baſileæ, Piſis agitata eſt, nimirum, an Papa ſit ſuperior concilio? Eam tractare præſentis inſtituti non eſt, obiter tantum de ea annoto: quod ſi de rebus, & dogmatibus fidei agatur, vanam eſſe quæſtionem: eccleſia utique per orbem ſub legitimis paſtoribus diſperſa promiſſam habet divinam uſque ad conſummationem ſæculi aſſiſtentiam: Romanæ ſedi in PETRO promiſſum, ut nunquam deficiat fides ejus: ſi non in ſingularibus perſonis, ac pontificum peculiaribus factis, tamen ſedis illius eſt prærogativa, ut depoſitum fidei ſervatura ſit uſque in illam diem. Divina ergo providentia fiet ſemper, ut in cauſis religionis capita attinentibus nunquam aut caput a reliquis primariis membris, id eſt, epiſcopis, aut hæc a capite diſſentient: quodſi de reliquis negotiis, & cauſis agatur, quis neget variam obtinuiſſe, obtinereque in ratione judiciorum diſciplinam? Nunc epiſcopus Romanus potiſſimum, nunc epiſcopi cauſas tracta-

runt,

runt, modo huic, modo illis potiores partes delatæ, præſertim in rebus eccleſiarum ſingularium: ſemper ea æquitas in Romano pontifice, ac pacis ſtudium in reliquis epiſcopis emicuit, ut utrinque potius quidquam de ſuis juribus decedere paterentur, quam ſchiſmati locum darent. Romana ſedes in hac cauſa ſuæ quemque ſententiæ relinquit, & epiſcopi plurimum Romanæ ſedi deferunt.

§. III.

Quale ſit, & penes quos reſideat regimen, ſeu hierarchia eccleſiaſtica.

I.

Præcipua & ſingularis fuit apoſtolorum ab ipſo Chriſto Domino inſtituta dignitas: unde cum JUDAS ab eorum collegio defeciſſet, non auſi ſunt propria electione ejus ſupplere numerum, ſed ſorte rem DEO commiſerunt. Nomen mutuatum ex ſynagoga, in qua notiſſimi, שלוחים nuncii, ac legati, cui etiam Græci nominis notio ἀποστέλλεσθαι (*a*) convenit: illi ergo plena poteſtate a Chriſto Domino ipſo miſſi ſunt, ad vices ipſius gerendas: quo reſpexit, Apoſtolorum inſtitutio ac munus. 1.

(*a*) 2. Cor. V. 20. Eph. VI. 2.

Digitized by Google

dum apud MATTHÆUM, *qui vos*, in-
a. quit (*a*), *recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui miſit me.* Quando primum miſſi ſunt, ſine præfectura id factum eſt ſub cura Chriſti ad ſolum evangelium annuntiandum: deinceps vero ſumma auctoritate inſtructi ſpiritualis exercendæ poteſtatis, ac jurisdictionis in omnes fideles, eccleſiam ubique terrarum conſtituendi, ordinandi, regendique, per ſacramenta ſpiritualia dona diſtribuendi, peccata remittendi, ſolvendi, ligandique: verbo, veri Chriſti legati
b. erant, *ſicut*, inquit (*b*), *me miſit pater, & ego mitto vos.* Teſtes eſſent Chriſti in carne, αὐτόπται, præſertim ejusdem reſurrectionis: ſic enim a Chriſto ordi-
c. nati ſunt: *Eritis*, inquit (*c*), *mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.* PAULUS qui in carne Chriſtum non viderat, eum in ſpiritu non ſemel vidit, quod etiam quodam loco in teſtimonium reſurrectionis dominicæ adducit: haud ſecus ac illud, quo ſe evangelium non ab homine, ſed ipſo Chriſto didiciſſe per
d. revelationem dicit. (*d*) *Notum enim vobis facio, fratres, evangelium, quod evangeli-*

(*a*) X. 40.
(*b*) Jo. X. 21.
(*c*) Act. I. 8.
(*d*) Gal. I. 11. 12.

gelizatum eſt a me, quia non eſt ſecundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem JESU Chriſti. Hoc PAULO neceſſarium erat, ut verus apoſtolus eſſet, ab ipſo Chriſto didiciſſe evangelium, ſicut & cæteri apoſtoli, partim per familiarem ſermonem, partim per Spiritus S. revelationem, de eo enim Chriſtus apoſtolis prædixerat: *Ille vos docebit omnia, quæcunque dixero vobis:* unde eorum irrefragabilis & infallibilis erat auctoritas ſignorum etiam dono firmata, ac ſociata. Sic inſtructi poteſtate, qua nulla major in terris, quæque omnes functiones ſacras dignitate & eminentia ſua complectebatur, a Chriſto in orbem terrarum miſſi ſunt. *Euntes*, inquit (*a*), *in univerſum mundum, prædicate evangelium omni creaturæ.* Neque tamen, ut quidam heterodoxi perſuadere volunt, ipſum apoſtoli munus hoc requirebat, ut nullibi locorum figere ſedem potuerint, ſed perpetuo orbem peragrare, ac veluti vagari. Certe enim JACOBUS apoſtolus ex primariis erat, & tamen Hieroſolymitanam eccleſiam epiſcopus rexit. JOANNES Chriſto ſingulariter dilectus teſtibus TERTULLIANO (*b*) & HIERONYMO (*c*) Epheſi

a.

b. c.

per-

G 2

(*a*) Marc. XVI. 15.
(*b*) TERT. de præſcript. c. 36.
(*c*) HIERON. de ſcript. eccl. & alibi.

perſeverans Aſiæ fundavit, rexitque eccleſias. De PETRI ſede Romæ conſpirat omnis antiquitas, ut adeo illis tribus apoſtolis, qui Chriſto, dum viveret, intimius conjuncti erant, prout paſſim docent evangelia, fuerint ſingulares ſedes, quas rexerint, quod eorum auctoritati in univerſum orbem nihil detrahit, ſed iſta illam includit, ut continens contentum.

Minores apoſtoli, evangeliſtæ, LXX. diſcipuli &c.

II. Præter hos apoſtolos, in quos notæ apoſtolatus proprie ac ſingulariter quadrant; fuerunt alii eodem nomine, inæquali tamen prærogativa, nimirum diſcipuli reliqui Chriſti, & apoſtolorum, ut LXX. ab ipſo Chriſto electi, evangeliſtæ, & reliquus adminiſtrationum ordo: qui a primariis apoſtolis dependebant, nec æquali pollebant poteſtate, unde in illis dona diſtributa erant pro menſura & gratia Spiritus ſancti, qui dividit ſingulis prout vult, cum in apoſtolis primariis omnia ſumma fuerint.

Epiſcopi apoſtolis in regimine eccleſiæ ſuccedunt.

III. Hæc apoſtolicorum temporum fuit ratio, ubi eccleſia ſuperædificata eſt ſuper fundamentum apoſtolorum. Non eſt dubium, quin plura illis temporibus fuerint extraordinaria: nimirum diſtributiones donorum ſingulares: ea licet poſt jactum fundamentum non penitus ceſſarint, non adeo tamen frequentia fue-

fuerunt: ipſum vero miniſterium ſacrum ſicuti eccleſia in poſteros eſt propagatum, quatenus neceſſarium fuit ad eccleſiæ regimen: qui vero apoſtolorum officia deinceps in eccleſia ſuſtineant, clariſſime illos nobis THEODORETUS poſt auctorem comment. ad epiſtolas PAULI deſignavit. *Eos*, inquit (*a*), *qui poſterioribus ævis epiſcopi dicuntur, illos tunc apoſtolos vocabant: procedente vero tempore apoſtolatus nomen veris apoſtolis reliquerunt, epiſcopatus vero appellationem illis, qui olim apoſtoli dicebantur, impoſuerunt. Sic Philippenſium Epaphroditus, Cretenſium Titus, Aſianorum Timotheus apoſtoli erant.* Non apoſtoli indidiſſent iſtis nomen ſine re, aut ipſi etiam hi apoſtolici viri ab apoſtolis inſtituti tale nomen ſibi aſſumere auſi fuiſſent, ſi non revera epiſcopi in locum apoſtolorum ſucceſſiſſent, quod tota antiquitas agnovit. PACIANUS eodem prorſus modo rem ediſſerit, ut THEODORETUS. *Denique*, ait (*b*), *& epiſcopi apoſtoli nominantur, ſicut de Epaphrodito Paulus ediſſerit &c.* Poſtea minime mirari nos hoc debere dicit, ſi apoſtoli epiſcopis nomen ſuum dederint, cum Chriſtus ſuo etiam inſignierit. *DEUS*, inquit, a. b.

(*a*) THEOD. in 1. Tim. III. 1.
(*b*) PACIAN. Epiſt. I.

a. (*a*), *jus illud nobis, ut apoſtolorum cathedram tenentibus non negabit, qui epiſcopis etiam unici ſui nomen indulſit.* Quis talia talem epiſcopum de ſe collegisque unquam dicturum fuiſſe ſibi perſuadeat, ſi res non omnino explorata, & ab omnibus credita fuiſſet? Quis ſanctiſſimum
b. CYPRIANUM ſeſe elaturum putet (*b*), ut ad CORNELIUM ſcriberet: *Hoc vel maxime, frater, & laboramus, & laborare debemus, ut unitatem a Domino, & per apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus, obtinere curemus.* Alibi nomina epiſcopi & apoſtoli pro ſynonimis habet.
c. Et iterum (*c*), *Chriſtus*, inquit, *dicit ad apoſtolos, ac per hos ad omnes præpoſitos, qui apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt, qui vos audit, me audit.* Et in conſeſſu Carthaginenſis concilii epiſcopos alloquitur: *Apoſtolis nos ſucceſſimus, eadem poteſtate eccleſiam Domini gubernantes.* Sed non eſt opus plura cumulare teſtimonia tum CYPRIANI, cum aliorum Patrum: peregrinus in eorum lectione ſit, qui non paſſim apud illos legerit, epiſcopos apoſtolos, aut apoſtolicos ab illis dici.

Cum legitima poteſtate.

IV. Etiam ipſe apoſtolatus jam *Act. I.* 20. vocatur ἐπισκοπὴ. Hanc primum apoſtoli aliquamdiu ſoli exercuerunt.

Cum

(*a*) S. CYRR. Ep. X. L. 2.
(*b*) L. III. c. 9.
(*c*) L. IV. Ep. 9.

Digitized by Google

Cum autem accreſceret fidelium numerus, longe lateque propagaretur eccleſia, atque ipſi hinc diſceſſuri erant, ne ipſis defunctis eccleſia ea auctoritate deſtitueretur, ea fuit aliis conferenda, quos ſingulis eccleſiis præfecerunt, ut ordinationes, aliaque quæ ad eccleſiam pertinebant, adminiſtrarent, cujusmodi certe munus, & legitimam poteſtatem TITO ac TIMOTHEO dediſſe epiſtolæ ad eos datæ declarant, & agnovit omnis retro antiquitas. PAULUS vero hoc charactere ornatum tanquam ſocium & collegam *Philip I.* 1. in fronte epiſtolæ nominat: PAULUS & TIMOTHEUS: addit, *cum epiſcopis, & diaconis:* eoquod tunc nomen epiſcopi, & presbyteri promiſcue uſurparetur, etiam ſecundo ordini commune, ut diximus. Dum primus proxime locum apoſtolorum ſuſtinebat, qui tales ſibi ſupremos ſucceſſores ſubſtituerant, quibus tota poteſtatis moles incumberet: cujusmodi ſub ipſis adhuc apoſtolicis temporibus in eccleſiis ubique terrarum ſe produnt: quales erant LINUS, CLEMENS Romæ, EVODIUS, & IGNATIUS Antiochiæ, POLYCARPUS Smyrnæ, ANNIANUS Alexandriæ, & alii complures, quos magno numero recenſenti, ſi auctori conſtit. apoſt. (*a*) fidem detrectare lubeat, totius

(*a*) Lib. VII. c. 46.

hiſtoriæ chriſtianæ documentis, omnibusque antiquitatis monumentis negare certe non licet. Nec fieri potuiſſet, ut ipſis adhuc apoſtolis ſuperſtitibus, vel proxime poſt eorum mortem, omnibus in eccleſiis exſors ejusmodi poteſtas ab uno aliquo uſurparetur, niſi hoc auctoribus ipſis apoſtolis factum fuiſſet. Certe nemo ſibi in animum inducat, eos, qui ſpiritu apoſtolico imbuti, ac toti religioni, cultuique DEI addicti, quique ſemper doctrinam, & ritus a Chriſto inſtitutos ſub ſanguine conſignare erant parati, ullam ſibi auctoritatem ambiiſſe, quam nec a Chriſto, nec ab apoſtolis traditam accepiſſent. Ut nunc demum reperti ſunt, qui ſupremam epiſcoporum poteſtatem abjecerunt, audentque etiam abuti S. IGNATII auctoritate, quo nullus auctoritatis epiſcopalis major fuit defenſor, ipſe epiſcopus: qui Spiritu Chriſti, & evangelii plenus in ſuo epiſcopatu auctoritatem Chriſti ſuſcipiebat: nec dubitat martyrio proximus Romanis eccleſiam ſuam Syriæ commendare, dum ipſe abeſſet, DEO paſtore utentem. *Quæ*, inquit, *pro me, DEO paſtore utitur, ſolus ipſam JESUS Chriſtus vice epiſcopi reget & veſtra charitas.* Eam ipſe ſedem acceperat ab eo, qui PETRI ſucceſſor fuit, & in ea conſenuerat: ut cæci ſint,

qui

qui quam ipſe vocat ad Magneſianos νεωτερικὴν τάξιν contra mentem ſcriptoris, contextum totius orationis ad novitatem epiſcopatus, non epiſcopi juventutem traducunt. *Neque enim*, inquit *Jo.* PEARSONIUS, (*a*) ipſe IGNATIUS, *neque ſanus quisquam ſub illius perſona de novitate epiſcopatus diſſeruiſſet, in quo ipſe jam conſenuerat. Quomodo ille epiſcopatum novellam inſtitutionem eſſe diceret, & quidem tot annis, ut illi volunt, poſt omnium apoſtolorum mortem introductam, qui ordinis epiſcopalis inſtitutionem ſemper DEO & Chriſto tanquam auctoribus tribuit &c.* Videndus eſt eo loco, totoque opere, quo & IGNATIUM, & ab eo ſummopere commendatam legitimam epiſcoporum poteſtatem erudite vindicat, contra eos, quos communi Proteſtantium nomine ſocios habet conculcatæ legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis in ſucceſſoribus apoſtolorum ſemper conſervatæ cum ipſa ſucceſſione.

V. Sunt, qui quamvis negare non audeant epiſcopos ſucceſſores apoſtolorum dictos fuiſſe, hoc ſecundo aſſerunt demum ſæculo fieri cœptum, quando primum epiſcopi, ut ipſis videtur, a presbyteris diſtincti ſint, quæ eſt famoſiſſima quæſtio inter ipſos etiam Novatores, quo-

Epiſcopi munus ab apoſtolis inſtitutum.

(*a*) Vindic. IGNAT. præf. ad lect.

quorum alii distinctionem hanc respuunt, alii agnoscunt, Angli præsertim, qui multa erudita opera ad eam comprobandam edunt. In eam etiam rem in præfatione Ordinalis sui hæc habent: *Evidens est omnibus diligenter legentibus sac. scripturam, & veteres scriptores, ab apostolorum tempore hos tres ordines ministrorum in ecclesia Christi fuisse, episcopos, presbyteros, & diaconos.* Tota hic difficultas in vocum ambiguitate latet, qua non statim cuique ordini nomen suum determinate fuit adaptatum, atque peculiare factum. *Quod igitur dicebam*, in-
2. quit S. CHRYSOSTOMUS (*a*), *& presbyteri antiquitus vocabantur episcopi, & episcopi presbyteri, & diaconi Christi.* Cum CHRYSOSTOMO faciunt alii complures sancti Patres, ac antiqui doctores, HIERONYMUS, THEODORETUS, AMBROSIASTER, PELAGIUS, SEDULIUS, PRIMASIUS, THEOPHYLACTUS, OECUMENIUS. Sic certe non semel apostoli διάκονοι καινῆς διαθήκης, Θεοῦ, Χριστοῦ, τῆς ἐκκλησίας, τοῦ εὐαγγελίου vocantur, *ministri novi testamenti, DEI, Christi, ecclesiæ, evangelii.* Diaconi vero proprie sic dicti instituuntur, ut ipsi apostoli τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου, ministerio verbi possent instare. Ab initio etiam, quando in urbibus numerus fide-

(*a*) Hom. I. ad Philip. 1.

Digitized by Google

fidelium nondum accreſcebat, haud abſonum eſt, apoſtolos epiſcopum tantum cum diaconis conſtituiſſe, qui ſufficerent ad omnia implenda munia, ut presbyteris opus non eſſet, qui partem in ſe curæ ſuſciperent, nec tanta fidelium eſſet multitudo, quam ut inſtructiones & Sacramenta ab epiſcopo ſolo poſſent accipere. Neque etiam ſtatim apoſtoli omnia ſimul ac ſemel ordinabant. Quamvis ſaltem, antequam ex hac vita migrarent, omnia conſtituerint, quæ ad externam eccleſiæ formam & politiam, legitimamque poteſtatem eccleſiaſticam exercendam pertinebant. Sic autem in alios ſummam illam, qua ipſi inſtructi a Chriſto erant, diſtribuebant, prout eam acceperant. Licet vero in collegio omnem æqualem accepiſſent, ſinguli tamen ſummam acceperant, & ita etiam in ſuos ſucceſſores derivabant: in ſingulares perſonas ſingulas eccleſias diſtribuendo, quas ſumma moderarentur poteſtate. Nullibi leguntur apoſtoli τὴν ἐπισκοπὴν atque regendi eccleſiam ſupremam auctoritatem æqualiter toti collegio presbyterorum, ſeu cœtui ſeniorum demandaſſe. PAULUS TITUM & TIMOTHEUM hunc in Aſia, illum in Creta conſtituit. Neque ulla oſtendi poteſt eccleſia ab apoſtolis fundata, quæ non

a ſingulari aliqua perſona adminiſtrata fuerit, qui inter omnes alios in eadem eccleſia conſtitutos & ordinatos poteſtatem eminentem ac ſummam ἐπισκοπὴν commiſſam acceperit. Sic JACOBUM Hieroſolymis, EPAPHRODITUM Philippis, POLYCARPUM Smyrnæ, Athenis DIONYSIUM, ANTIPAM Pergami, CRESCENTEM in Galatia, EVODIUM Antiochiæ, ANNIANUM poſt MARCUM Alexandriæ conſtitutum legimus. Cum autem apoſtoli in eccleſia ordinanda divinitus inſpirati fuerint, nihilque egiſſe credendi ſint, niſi quod a Chriſto traditum acceperint, dubitandum non eſt, quin ad divinam inſtitutionem hæc diſtinctio referatur. Quare etiam antiquiſſimi quique patres hic vel ex ordinibus angelicis exemplum, vel ex veteri lege figuram ac formam repetierunt. *Nam & hic quoque*, inquit CLEMENS Alex. (*a*) *in eccleſia progreſſiones epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum imitationes ſunt, ut arbitror, angelicæ gloriæ.* Alterum formæ genus ipſe CLEMENS Romanus, qui diu cum apoſtolis converſatus fuit, & ab ipſis etiam miniſterium hoc acceperat, ex veteri teſtamento uſurpat, ſummum ſacerdotem, ſacerdos, ac levitas diſtin-

(*a*) Lib. VI. Strom.

distinguens. TERTULLIANO etiam episcopus idem est ac summus sacerdos. Alii vero omnes illorum temporum scriptores hos distinguunt ordines, eminentemque semper locum episcopo attribuunt. Nec dici potest presbyteros forte tunc non fuisse plures in ejusmodi ecclesiis. Quis hoc de maxima urbium Roma credat, quod unus potuerit instructioni omnium, atque administrationi Sacramentorum servire? Idem de maximis urbibus Antiochia, Alexandria &c. dicendum: de quibus habetur, ut & de aliis ecclesiis tam sæpe urgetur successio episcoporum inde ab apostolicis temporibus, singularium nempe personarum: & aliunde constat notissimis documentis. Quin noscuntur etiam tunc jam fuisse, qui prius presbyteri tantum, postea ad episcopatus apicem sint evecti. Sic de HERACLA Alexandrino testatur ORIGENES: atque ex EUSEBIO constat, IRENÆUM postea episcopum sub POTHINO adhuc presbyterum ecclesiæ Lugdunensis legatione perfunctum ad Romanum Pontificem. POLYCARPUS qui ab ipsis apostolis est constitutus episcopus, suæ in epistolæ fronte declarat, se presbyterium sua in ecclesia sub se habuisse: *Polycarpus, & qui cum eo sunt presbyteri, ecclesiæ DEI*

quæ

quæ est Philippis. Neque usque ad AERIUM ullus fuit, qui hoc discrimen non agnoverit: quod notarunt, qui mox ut ille ortus fuit, atque novam hanc hæresin invexit, statim eum repressérunt, ut nullas potuerit tunc radices agere, fueritque statim in ipsa radice suffocata.

Distinctũ a presbyteris.

VI. Solent quidem nobis ex antiquis, qui etiam circa AERII tempora vixerunt, eos præsertim objicere, quos superius citavimus, existimasse apostolicis temporibus nomina ministeriorum adhuc nondum fuisse distincta satis. At illi ad unum omnes nihilominus rem ipsam & ordines distinctos fuisse nullatenus dubitarunt, quod nimirum in singulis ecclesiis unus suprema potestate præpolleret. Quod a nostris, atque etiam ea parte Protestantium, qui hic nobiscum faciunt, sæpissime est demonstratum. Maxime autem in hac re de HIERONYMO disceptatur, quem Presbyterani a suis partibus stetisse putant, Pontificii autem satis vindicarunt, ut non necesse sit in hoc operam meam desudare. Quod vero ad rem præsentem propius spectat, HIERONYMUS tam episcoporum, quam presbyterorum munus ad primam originem revocat, illos apostolorum, hos apostolicorum virorum

rum honorem habere dicit: *Epiſcopi*, inquit (*a*), *& presbyteri habeant in exemplum apoſtolos, & apoſtolicos viros, quorum honorem poſſidentes habere nitantur & meritum.* Is etiam ea ipſa in epiſtola ad EVAGRIUM, cujus auctoritate adverſarii nituntur, quamque tam ſæpe ſolent objicere, ex veteris legis forma & typo hanc nobis diſtinctionem apertiſſime declarat, atque ſe ea eſſe in ſententia demonſtrat, apoſtolos divinitus inſpiratos idem in eccleſia chriſtiana regimen inſtituiſſe, quod in templo Judaico fuerat, eandem eſſe diſtinctionem inter epiſcopos, presbyteros, & diaconos, quæ intet AARONEM ſive pontificem, ſacerdotes, & Levitas. *Et ut ſciamus*, inquit l. c. *traditiones apoſtolicas ſumtas de veteri teſtamento, quod Aaron & filii ejus, & Levitæ in templo fuerunt, hoc ſibi epiſcopi & presbyteri, & diaconi vindicent in eccleſia.* Ergo in mente ſancti Patris apoſtolica hæc eſt traditio. In eo autem S. HIERONYMO, aliisque facile adſtipulamur, primo ſæculo presbyterorum & epiſcoporum nomen promiſcue ſumtum eſſe: ſed hoc tunc accidit, quando, ut ſuperius vidimus, epiſcopi adhuc apoſtolorum nomine veniebant, cum tamen adhuc viventibus apoſtolis non adeo frequen- 2.

(*a*) Epiſt. ad PAULIN. de Inſt. mon.

quenter exercuerit ſeſe illa poteſtas epiſcopalis in presbyteris ut in ipſis apoſtolis, quorum futuri erant immediati ſucceſſores. Ipſis autem fato functis ex reverentia ſtudioſe nomine apoſtolorum abſtinuiſſe videntur, utque etiam S. AMBROSIUS notavit, potius etiam ἄγγελοι dicti primum, quod a voce apoſtolos perinde diſtat, quam Latine Miſſus, & Nuncius. Recte ex ipſa hac notione patet *apoſtoli* nomen ceſſaſſe apud eos, qui ſingularibus eccleſiis admoti adhærentesque munus apoſtolicum prædicandi evangelium per orbem non aſſumſerunt.

Ab ipſa primæva inſtitutione, non ambitione.

VII. Quam primum autem πρωτοκαθέδροις epiſcopi nomen adhæſit, & proprium factum eſt, presbyteris ſuum relictum eſt. Unde S. IGNATII tempore hæc nominum diſtinctio pervulgata erat, ut paſſim ex ipſius epiſtolis conſtat, in quibus non nomina ſolum, ſed ordo & dignitas diſtinctiſſima ſemper habentur. Quod ſi autem, ut volunt, hæc diſtinctio a φιλοπρώτοις inducta eſt ambitione epiſcoporum, qua, quæſo, ratione tam brevi tempore in omnibus omnino eccleſiis obtinere potuit, ut adulto ſæculo ſecundo nulla inter eccleſias tanto locorum intervallo diſterminatas, ſibique invicem vix nomine cognitas, reperiri potuerit, quæ

non

non ab uno aliquo ſingulari epiſcopo adminiſtrata fuerit, omnibus in unam eccleſiæ formam conſpirantibus: quod fieri non potuiſſet, niſi unam regiminis formam ab apoſtolis accepiſſent; minime vero epiſcopi ipſi ſibi in eccleſia quisque ſua contra Domini præceptum, & apoſtolorum inſtitutionem ſeſe in principes erexerint, ambitione elati. An vero omnes omnino primis naſcentis eccleſiæ temporibus eccleſias & eccleſiarum paſtores veneno hoc ſuperbiæ turgidos fuiſſe nobis perſuadere poſſimus? An omnia presbyterorum collegia ubique uno eodemque tempore juri ſuo ceſſiſſent, & ſe ſua poſſeſſione æqualis dignitatis ſpoliari ſiviſſent? Ut epiſcopalis ſupra presbyteros auctoritas per mille quingentos annos præter unum AERIUM, paucosque gregales ſæculo quarto exeunte iterum extinctos, nullo contradicente quiete obtinuerit: nec repertus ſit presbyter, qui ſe æqualem aſſerere auſus fuerit; aut impatiens ſubjectionis & obedientiæ epiſcopis præſtandæ fuerit: cum illi quo propius accederent apoſtolicis temporibus, perſpectius longe habere debuerint, quid ab apoſtolis inſtitutum fuerit, quam novelli iſti contra legitimam poteſtatem rebelles, auctores omni antiquitati ignotæ ἰσοτιμίας,

μίας, seu æqualis presbyterii potes
quam certe sanctus & religiosus p
rivæ ecclesiæ clerus violari & inf
nunquam permisisset. Ut si sine sp
li ordine, ac dignitate, unus inte
quales primam sedem tantum tenu
tam singulares prærogativæ episc
tanta subjectio reliqui ordinis esse
potuisset: ut presbyterio etiam r
gante semper episcopi communio
nenda sit etiam majore presbyterii
alio declinante. Ut nihil ἀνευ γνώ
sine mente ac sententia episcopi,
GNATIUS, & concilium Laodicæ
statuit, fiat. Ordinandi potestas ita
scopo propria sit, ut etiam irrita a
scatur ab alio susceptа. Ut in omn
presbyteri episcopi rationibus ob
essent. Hæc documentis non egen
plius post tantam lucem, in quam
jam sunt posita.

Episcopo in regimine ecclesiæ reliquo ordine subordinato.

VIII. Hic ergo est insignis ille v
tatis ordo in unaquaque ecclesia,
illius mira pulchritudo & perfectio
surgit, ut omnes gradus episcopo
obnoxii sive presbyterorum, sive d
norum, sive aliorum minorum ordi
Is etenim est, ut habet canon XXX
apostolorum, *cui fidelis populus De*
creditus est: quatenus nimirum, si u
commissa cura, unitas, & pax in ecc
co

conſervetur, ac ſchiſmata, quæ inter æquales ob diverſa hominum ſtudia diu non abſunt, evitentur. Hoc modo S. HIERONYMUS, aliique unum de presbyteris electum ſuperpoſitum cæteris volunt, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, ut ſchiſmatum ſemina tollerentur. Nimirum divinæ providentiæ, ut ſchiſmatibus & factionibus janua præcluderetur, non humanæ inventioni adſcribendum hoc conſilium: quamvis homines hanc DEI voluntatem impleverint, præfectis ubique eccleſiarum epiſcopis, quomodo aliquando HIERONYMUS id humanæ conſuetudini magis, quam dominicæ diſpoſitioni tribuere videtur; non utique ut hanc excludat, ſed ut ſingularem honoris externam conteſtationem hominum mori tribuat. Singularia ſunt, quæ de epiſcopi præeminentia dicuntur ab auctore apocrypho quidem, vereri tamen, conſtitutionum nimirum apoſtolicarum. *Hic princeps* (epiſcopus) *& dux veſter: hic rex, & præfectus: hic poſt DEUM terrenus DEUS, qui honore veſtro frui debet: de his enim & ſimilibus ajebat DEUS:* Ego dixi dii eſtis, & filii Excelſi omnes, *&:* Diis populi tui non detrahes. *Epiſcopus igitur vobis præſideat, ut dignitate DEI cohoneſtatus, qua clerum ſub poteſtate ſua tenet,*

& toti populo præeſt. Quod tamen non obeſt, quo minus ſubordinati clerici nomine & commiſſione epiſcopi & ipſi præſint ſecundum IGNATIUM: *Presbyteri ſubjecti eſtote epiſcopo, diaconi epiſcopo, & presbyteris, populus diaconis.* Sic omnibus inter ſe ordinatis ordo & pax erit. Non ergo nullæ ſunt presbyterorum, aut etiam diaconorum, quos legimus eccleſias aliquando rexiſſe, in regimine eccleſiaſtico partes, ſed eas epiſcopo propter ordinationem debent, & propter ordinem eidem ſubjiciuntur, ut nimirum ſecundum CYPRIANI ſententiam (*a*), *eccleſia ſuper epiſcopos conſtituatur, & omnis actus eccleſiæ per eosdem præpoſitos gubernetur.*

a.

In epiſcoporũ collegio reſidet poteſtas collegii apoſtolici tanquam ſucceſſoribus.

IX. Sic tota eccleſiæ moles per orbem diſperſæ ſicuti in apoſtolis eſt fundata, ita deinceps in collegio epiſcoporum vergit, quod ſuccedit collegio apoſtolorum. Non hoc dicimus de ſingularibus apoſtolorum prærogativis, e. g. poteſtate condendi ſcripturas canonicas, immediata illis affulgente inſpiratione Spiritus ſancti, qua tanquam organa viva illius fuerunt, quos afflaret, & per quos loqueretur, & quæ ſunt alia ſingulis apoſtolis ſingulariter indulta chariſmata. Qua in re illud etiam notandum, quemlibet

(*a*) Epiſt. 27. N. Ed.

Digitized by Google

libet episcopum non irrestrictam jurisdictionem accipere ut apostoli, ita ut episcopus Ephesinus v. g. JOANNI succedens eadem latitudine potestatis gavisus sit, qua JOANNES: apostoli enim fundando ecclesias easdem certis limitibus constrinxerunt, quamvis initio non adeo scrupulose distributis. Sed tamen ex hac divisione alia ecclesia Antiochena, alia Alexandria, & sic de cæteris, fuit dicta: vocatur autem ecclesia Antiochena ab urbe cognomine, sicuti Alexandrina, aliæque sumta denominatione a loco particulari, secus ac universa christiana, quæ communi nomine catholica καθ' ὅλον per totum mundum diffusa est. Apostolis dictum est, *ite in universum mundum*: postea vero cuique episcopo fines diœceseos præscriptæ sunt, ita ut apostolis distributive dictum sit, quod ad episcopos pertinet divisive. Pro cujusque portione ergo omnia apostolis in eorum missione data ad episcopos pervenerunt: (a) *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis &c. dic ecclesiæ, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata in cælo &c.* Hæc omnia quotidie exercentur in ecclesia: sed apostolorum 2.

(a) Matth. XVIII.

quivis potuit potentia expedita in univerſum orbem abire, & nullius loci limites ulli ſunt præſcripti: ſecus ſe res habet cum epiſcopis, ad certum locum eorum poteſtate reſtricta, quod tamen naturam ipſam poteſtatis intenſive non diminuit, ſed extenſive ſolum: ſicuti, licet apoſtoli ſinguli univerſum mundum non peragrarint, nihil hoc amplitudini apoſtolicæ poteſtatis detrahit; eodem modo, etſi non quilibet epiſcoporum in univerſum mundum extenſive poteſtatem exercet, facit tamen in ſuo diſtrictu. Nimirum fuit primo neceſſarium, ut apoſtoli ſine loci determinatione mitterentur: tum quia Chriſti eccleſia nondum conſtituta per orbem & plantata, ſed plantanda erat; cum etiam quod ordo prædicationis hoc requireret: nimirum diſcurrentibus undique apoſtolis, ſeſeque juvantibus facilius fuit ſementem eccleſiæ undique ſpargere. Sicuti non raro ſequentibus temporibus accidit, quando v. g. AUGUSTINUS in Angliam, BONIFACIUS in Germaniam miſſi ſunt. Et poteſt eccleſia, ſi e re ſit, conſtituere tales, qui nullis locis addicti lucrentur fidelem populum: quod nequiret, ſi in ea non reſideret apoſtolica poteſtas, ſed cum apoſtolis exſpiraſſet: cum tamen legamus jam in concilio Cpolitano

hujus

hujus rei ordinem quendam esse constitutum, ut Alexandrinus episcopus Æthiopiæ consuleret, Antiochenus Indiis, & Cæsarienſis majori Armeniæ prospiceret. In toto autem collegio episcoporum amplitudo apostolicæ potestatis plenarie residet; revera enim collegium episcoporum sive uno loco in concilio congregatum, sive dispersum quidem, sed conspiratione unanimi sæpius apostolicam potestatem exercuit, condendo canones, præscribendo fidei formulas, dispensando apostolicas leges: & quotidie exercet hanc potestatem gubernando ecclesiam universam. Quare licet cujuslibet episcopi præcisim a corpore, & collegio spectati judicium nihil valeat, & errori sit obnoxium, id tamen secus se habet, si spectetur habito ad totum collegium respectu. Res exemplo patet, quando congregati episcopi in concilio sententias dicunt, quivis est judex, & decisoriam cum aliis sententiam dicit, judicium tamen & decretum non cujuslibet divisim robur habet, sed totus conventus, id est collegium episcoporum judicium legitimum facit.

Sicuti in successoribus Petri singularis potestas Petri.

X. Quemadmodum autem potestas collegio apostolorum concessa in succedens collegium episcoporum, ut hactenus explicavimus, dimanavit; ita potestas

PETRO singulariter data in illius successores est translata. Et quando de collegio apostolorum loquimur, hujus collegii apicem PETRUM non excludimus: pertinet enim etiam PETRUS ad collegium apostolorum, & quidem cum singulari sua prærogativa capitis: quod enim scriptura uno loco concedit, altero non revocat, & si potestas apostolis data in ecclesia remansit, etiam potestas PETRO data remanserit necesse est, utique quælibet in successoribus. PETRO dictum
8. est (*a*): *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Datum ergo singulariter, quodcunque datum est. Apostolis dictum: *Euntes in universum mundum, prædicate evangelium omni creaturæ: quorum remiseritis &c.* Cum utrumque in commodum ecclesiæ datum sit perenniter duraturæ, utrumque in posteros derivatum fuit; id quod PETRO datum singulariter in successores PETRI: quod apostolis communiter, non excluso PETRO, in successores communiter, id est collegium episcoporum pervenit. PETRI autem singularem fuisse prærgativam vel illa triplex Christi inter-

(*a*) Matth. XVI.

interrogatio prodit: *Simon Petre diligis me plus his?* nimirum Christus ob singulare donum, singularem etiam ab eo requirit amorem, ob potestatis præstantiam, amoris exuperantiam. Sed tamen nec PETRI prærogativa facit, ut solus ecclesiam regat, eadem enim potestate collegium apostolicum ornatum fuerat, parque PETRI cum collegio apostolico jus, & capitis prærogativa requirit, ut collegium sine capitis consortio potestate non utatur, sed unitas & concordia utrinque colatur. Totam hanc rem S. CYPRIANUS expressit: *Loquitur*, inquit, *Dominus ad Petrum*: Ego dico tibi &c. *& idem post resurrectionem suam*, pasce oves meas; *& quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat*: Sicut me misit Pater &c. *tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit: hoc erant utique & cæteri apostoli, quod fuit Petrus pari consortio præditi & honoris, & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur.* In hanc sententiam loqui videas reliquos SS. Patres, nominatim OPTATUM *Milevitanum*, HIERONYMUM, AUGUSTINUM, INNOCENTIUM I. LEONEM M. &c. Inter hos LEO (*a*): *Connexio totius cor-*

8. *poris*, inquit (*a*), *unam ſocietatem, unam pulchritudinem facit, & hæc quidem connexio totius corporis unanimitatem requirit, ſed præcipue exigit concordiam ſacerdotum, quibus etſi dignitas non ſit communis, eſt tamen ordo generalis: quoniam & inter beatiſſimos apoſtolos in ſimilitudine honoris, fuit quædam diſcretio poteſtatis.* Atqui hic explicandi modus controverſias tam cum hæreticis, quam inter ipſos Catholicos de ſubordinatione regiminis eccleſiaſtici multo melius expedire videtur, quam vulgatus hactenus. A me autem plenius ediſſeretur de communione poteſtatis eccleſiaſticæ inter ſummos eccleſiæ paſtores.

Jura metropolitica unde? & regimen eccleſiæ quale?

XI. Hujus ſingularis primatus PETRI putat *Ludov.* THOMASINUS non uno loco primi libri ſui de diſciplina eccleſiaſtica circa beneficia, jura, patriarchalia, metropolitica &c. eſſe veluti profluvia. Sed res non caret difficultate, niſi velimus omnes patriarchas, & primates vicarios Romanæ ſedis appellare, quam vicariam vicem pro lubitu poſſit in alios transferre. Quare agnoſcendæ mihi videntur in patriarchis & metropolitanis reliquiæ apoſtolicæ poteſtatis non uni eccleſiæ adſtrictæ. Præſertim cum olim hoc jure gaviſæ ſint illæ civitates, quæ apoſtolos aut

(*a*) Epiſt. 84.

Digitized by Google

aut præſules habuere, aut ab illis ſunt fundatæ, & nos ſuperius jam ab apoſtolis repetierimus patriarchatuum ac metropoleon originem, non a ſolo PETRO. Cum enim apoſtoli in eccleſia propaganda tantam provinciarum, & metropoleon rationem habuerint, ſi non præcepto, exemplo tamen metropolitanis & primatibus inſtituendis occaſionem dederunt. Eæ etiam eccleſiæ, quas apoſtoli ipſi fundarunt, tenueruntque, aut erant primariarum ejusmodi civitatum, aut hinc auctoritatem conſervabant. TERTULLIANUS ad traditonem apoſtolicam provocans, indeque præſcriptionem veritatis ex auctoritate ſucceſſionis apoſtolicæ repetens, tales principes urbes deſignat omnes. *Percurre*, inquit, *eccleſias apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ litteræ eorum recitantur, ſonantes vocem, & repræſentantes faciem uniuscujusque. Proxime eſt tibi Achaja: habes Corinthum: ſi non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes: ſi potes in Aſiam tendere, habes Epheſum: ſi autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præſto eſt.* Ubi vides eccleſias ab apoſtolis fundatas auctoritate præpolluiſſe, eas autem fuiſſe primarias urbes

omnes:

omnes: ita ut eccleſia Hieroſolymitana, cum ſorte ſua excidit, etiam Cæſarienſi ſubjecta fuerit. Tribus quidem prioribus æræ chriſtianæ ſæculis primæ cathedræ, ac primi epiſcopi vocabantur, qui his urbibus præerant, antequam nomen metropolitani inoleverit; jure tamen eodem ſemper gaviſi ſunt: unde a Nicæna ſynodo, quæ hæc jura firmavit, vocantur τὰ ἀρχαῖα ἔθη, *mores antiqui.* Conſtatque ex monumentis vetuſtiſſimis eccleſiæ, etiam primis eccleſiæ ſæculis epiſcopos cujusque gentis alicui inter ſe primo ſubjectos fuiſſe, qui metropoli præerat. Alia enim Africæ conſuetudo non erat tam antiqua; ubi tamen etiam Carthago metropolis eminebat, ibique ſynodi confluebant in cauſa rebaptizationis: uti Palæſtinis ſynodis Cæſarienſis non Hieroſolymitanus epiſcopus præſidebat. Ex Eusebio conſtat, quæ in cauſa paſchatis habitæ fuerunt ſynodi, quæque in ea cauſa alias geſta ſunt auctoritate & præſidatu metropolitanarum urbium & epiſcoporum fuiſſe transacta: Epheſini in Aſia, Cæſarienſis in Palæſtina, Heraclæenſis in Ponto, Lugdunenſis in Gallia, demum Romani Pontificis, ad quem tota cauſa pro primatu ſuo revocata eſt, & illius auctoritate transacta, non dominatu abſoluto, ſed com-

communione poteſtatis inter ſummos eccleſiæ præſules pontificem & epiſcopos. Atque ex hactenus dictis, quæ ſit forma regiminis eccleſiaſtici, reipublicæque chriſtianæ pronum eſt colligere, nimirum monarchico-ariſtocraticum, miro ordine graduum ſibi conſentiens, & ad unitatem conſpirans.

XII. Sic ergo omnis poteſtas eccleſiæ & regimen proprio habetur in ipſa eccleſia magiſtratu & ordine, qui a Chriſto ſupremo capite, rege, ſacerdote, & legislatore primum in apoſtolis eſt conſtitutus, atque, veluti in ſynagoga, apud ſacerdotes reſidet: Qui apoſtoli, quemadmodum poteſtatem a Chriſto ſigno externo acceperant (*a*): *Inſufflavit & dixit: accipite Spiritum ſanctum*: ſic etiam ipſi, quos ad regimen eccleſiæ, & ſacerdotium crearant, Sacramento impoſitionis manuum ordinabant, uti PAULUS TIMOTHEUM conſecraſſe legitur. Hunc morem deinceps eccleſia retinens, miniſterium hactenus in eccleſia propagavit, ut ſic per perpetuam ſucceſſionem veluti traducem inde a Chriſto poteſtas eccleſiaſtica integra ſit ſervata, *totum ad nos*, ut inquit PACIANUS, *ex apoſtolorum forma & poteſtate deductum*. Non ergo ab eccleſiaſtico corpore acceperunt præſu-

Concluſio regimen eccleſiæ reſidere penes eos, qui inde ab apoſtolis ordinati ſunt ex gremio ſacerdotes.

(*a*) Matth. XXVIII. 22.

ſules poteſtatem, nec ab extraneo judice, & ſuperiore eccleſia regitur. Quod utinam plures accuratius perpenderent, diſcerent ab HIERONYMO reverentiam & ſubmiſſionem eccleſiaſtico ordini præ-
a. ſtare: *Abſit*, inquit ille (*a*), *ut de clericis quidquam ſiniſtrum loquar, qui apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos chriſtiani ſumus, qui claves regni cælorum habentes, quodammodo ante diem judicii judicant.* S. CLEMENS in prima ſua epiſtola hanc ipſam inde ab apoſtolis perpetuo ſibi ſuccedentem paſtorum ſeriem in hunc finem conſtitutam declarat, ut eo promtius eis obſequium exhiberetur. *Et apoſtoli noſtri,*
b. inquit (*b*), *cognoverunt per Dominum noſtram JESUM Chriſtum, quod futura eſſet de epiſcopatus nomine contentio: ob eam ergo cauſam accepta perfecta præcognitione conſtituerunt ſupradictos, & deinceps futuræ ſucceſſionis regulam tradiderunt: ut cum illi decederent, miniſterium eorum, ac munus alii virii probati acciperent. Conſtitutos itaque ab illis, vel deinceps ab aliis viris eximiis, conſentiente ac approbante univerſa eccleſia, qui inculpate ovili Chriſti miniſtraverunt cum humilitate, quiete, nec illiberaliter: quique longo tempore ab omnibus teſtimonium præclarum reportarunt, hos putamus officio injuſte dejici.* CAP. III.

(*a*) Ep. ad HELIOD. (*b*) Ep. I. n. 44.

CAPUT III.

DE JURISDICTIONE ET AUCTORITATE MAGISTERII ECCLESIASTICI.

§. I.

De jurisdictione eccleſiaſtica, & poteſtate coercendi, pœnisque cogendi.

I.

Illud ergo firmiſſime tenendum eſt penes præſidatum eccleſiaſticum auctoritatis ſummam a Chriſto repoſitam: *Omnis*, inquit CYPRIANUS (*a*), *poteſtas & gratia in eccleſia conſtituta eſt, ubi præſident majores natu, qui & baptizandi, & manum imponendi, & ordinandi poſſident poteſtatem.* Quare audiendi non ſunt adverſarii, imprimis BOEHMERUS, qui unicum fere presbyterii, quod cum epiſcopali munere confundit, officium in cura pauperum, ac hoſpitum fuiſſe autumat, unde etiam diaconorum inſtitutionem in actis relatam eandem eſſe putat cum presbyterio: qui

Summa ordinis eccleſiaſtici auctoritas. 2.

(*a*) Ep. 75.

qui deinde in ſermone & doctrina elaborent, ſecundum PAULUM 1. *Tim. V.* 17. duplici honore digni ſint: ad quæ duo demum redeat tota miniſterii ratio. Nulli dubitamus curam egenorum, & hoſpitalitatis a presbyterio, & epiſcopo ſuſceptam fuiſſe, utpote quam etiam ipſi apoſtoli geſſerint. Sed epiſcopis ſucceſſoribus apoſtolorum idem, quod apoſtolis, mente hæſit, non eſſe congruum derelinquere verbum DEI, & miniſtrare menſis. Tantum ergo curæ pauperum dederunt, quantum id permiſerant aliæ eccleſiaſticæ curæ: quod ſi ſimul utrique muneri pares non erant, exemplo apoſtolorum diaconis, ac œconomis poſtea id officii relinquebant, ut nos antiqua monumenta docent. Quidquid ergo ad eccleſiæ ordinem quoquo modo pertinet, hoc pleno jure epiſcopi ſemper conſtituerunt, auctoritate ſibi ab apoſtolis reſignata, quorum proprium facit IGNATIUS διατάσσειν leges & præcepta dare, jubetque epiſcopo parere, & obſequentem eſſe veluti apoſtolorum præceptis: præſertim in epiſt. ad Trallianos vult nos eſſe ſubjectos epiſcopo ὡς τῇ ἐντολῇ, ſicut *legi*, aut *præcepto*, quod ſingularem emphaſin habet ad auctoritatem, qua præcepta det epiſcopus, extollendam. Idem illud presbyterio obſequium

quium haberi vult: quare Magnesios monet ut episcopo subsint tanquam gratiæ DEI, presbyterio ut legi JESU Christi. Quid efficacius esse queat ad summam ordini ecclesiastico conciliandam auctoritatem. Quod autem alibi sæpius præpositos ut DEI instar habendos, ac eis summam obedientiam præstandam affirmat, id ei cum omnibus christianis convenit, qui a magistro Christo edocti eos loco DEI præesse norunt, cum is dicat: *Qui vos audit, me audit. Et sicut me misit Pater, ita ego mitto vos.* Unde idem IGNATIUS cum semel hoc præpositis, ut ipsi Christo, exhibendum obsequium commendasset, addit: *Quid enim est aliud episcopus quam is, qui omni principatu & imperio superior est!*

II. Unde tam antiqua, quam nova docet praxis judicia ecclesiastica semper magno in vigore fuisse: *Nam*, ut inquit TERTULLIANUS (a), *& judicatur cum magno pondere, ut apud certos de DEI conspectu, summumque futuri judicii præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis, & conventus, & omnis sancti commercii relegetur.* Erant ergo & judicia apud consessum ecclesiasticum, erant etiam pœnæ, quibus ad officium revo-

Judicia ecclesiastica a sæcularibus distincta.

(a) Apol. c. 39.

revocarentur delinquentes. Neque unquam majeſtas judiciorum eccleſiaſticorum magis enituit, quam primis temporibus, quibus internum externumque coercendi forum adhuc conjunctum fuit, quod per plura ſæcula ſub chriſtianis etiam temporibus obtinuit. Illud vero ſingulare fuit proximis poſt Chriſtum ſæculis ſub imperatoribus ethnicis, ut nulla judiciorum diſtinctio facta fuerit ſive ſæcularia, ſive ſpiritualia attinuerint; ſub chriſtianis autem deinde principibus profana judicia ad eos relata ſint: quamvis ipſimet imperatores magnam eccleſiaſticis præpoſitis auctoritatem in quibuscunque profanis etiam litibus dirimendis tribuerint. Eccleſiaſtica autem negotia pleno ſemper jure apud judices eccleſiaſticos ſteterunt, nec alii quam uſurpatores alieni fori eis ſe immiſcuerunt, niſi defenſionis cauſa, atque ad ea ſarta conſervanda. Hæc omnia infinitis antiquitatis monumentis demonſtrare pronum eſt. In primis ſub ethnicis imperatoribus quascunque controverſias inter chriſtianos ab eccleſia eſſe dijudicatas expreſſa eſt S. PAULI auctoritas. *Audet aliquis*, ſcribit is ad Corinthios I. c. 6. *veſtrum habens negotium adverſus alterum judicari apud iniquos, & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſancti de hoc mun-*

mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam angelos judicabimus, quanto magis sæcularia. Tantopere autem eos alienos a judicibus ethnicis vult esse, ut potius ad homines contemtibiles, fideles tamen, hæc judicia referre jubeat. *Sæcularia*, inquit, *igitur judicia si habueritis, contemtibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad judicandum.* Constitutiones apostolicæ CLEMENTI inscriptæ hunc passim inculcant morem. Atque Ivo & GRATIANUS locum epistolæ CLEMENTIS afferunt, ubi quæcunque negotia, non apud sæculi judices, sed apud presbyteros ecclesiæ dirimi & judicari præcipitur. Ipse VITRINGA *sapientem* quem vult judicem apostolus doctorem interpretatur interpretem verbi divini. CYPRIANUS (*a*) ex loco PAULI paulo ante allato eandem legem agnoscit. Sub imperatoribus christianis concessione principum frequentissime episcopi lites etiam mundanas inter fideles derimebant. CONSTANTINI in hanc rem habetur edictum. (*b*) Nimirum, visum est apud ecclesiam multo accuratius reorum examen instituri, & confessionem facilius obtineri: *Multa enim*, inquit, *quæ in judicio captiosæ præscriptionis vincula non patiuntur, investigat, & promit sacrosanctæ religionis auctoritas.* Quodsi de-

a.

b.

(*a*) Lib. 3. testimon. (*b*) In fine codicis Theodos.

inde aliis imperatoribus visum fuit, res quaslibet apud competentem judicem agitari, semper tamen circa religionem causas ecclesiastico judicio subjectas esse agnoverunt, non suo privilegio subjecerunt. *Constat*, sunt verba VALENTINI III. (*a*), *episcopos & presbyteros forum legibus non habere: nec de aliis causis, secundum Arcadii & Honorii rescripta, quæ Theodosii corpus ostendit, præter religionem posse cognoscere.* Quæ autem ARCADII & HONORII fuerit mens ex eorum lege constat, quæ sic habet (*b*): *Quoties de religione agitur, episcopos convenit agitare.* JUSTINIANUS imperator etiam expressis verbis sæcularibus judicibus cognitionem causarum ecclesiasticarum interdicit: *Si vero*, inquit (*c*), *ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione ecclesiastica, & mulcta, DEO amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis provinciæ judicibus: neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles judices, cum oporteat talia ecclesiastice examinari, & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam mulctam, secundum sacras & divinas regulas, quas etiam sequi nostræ non dedignantur regulæ.* Tanta ergo fuit judiciorum ecclesiasticorum apud

a. b. c.

(*a*) Nov. VALENT. de episc. Jud.
(*b*) L. I. C. THEOD. de Relig.
(*c*) Nov. 89.

Digitized by Google

apud imperatores auctoritas, ut ſuas etiam leges, imo ſeipſos eisdem ſubderent. Ideo VALENTINIANUS ad epiſcopos Mediolanenſi eccleſiæ præſulem electuros: *Hominem*, inquit (*a*), *ita inſtructum in ſede & gradu epiſcopali jam collocate, ut & nos, a quibus hoc gubernatur imperium, ei vere & ex animo capita inclinemus, & illius reprehenſionem (nam, cum ſimus homines, errore labi neceſſe eſt) velut medicinam animorum cupide amplexemur.* Nota ſunt etiam illa CONSTANTINI: *DEUS vos inſtituit ſacerdotes, & vobis poteſtatem dedit de nobis quoque judicandi, & ideo nos a vobis recte judicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus judicari &c.* 4.

III. Peſſime hæc habent adverſarios noſtros, qui duce & anteſignano MARSILIO *Patavino* libenter omnem jurisdictionem eccleſiæ detractam vellent, omnique coercendi remedio, ac vi coactiva deſtitutam. Inter quos noſtro ævo *Caſpar* ZIEGLER librum commentarium de epiſcopis, & eorum juribus conſcripſit, in quo contendit, eccleſiam, qua talem, ex intentione DEI, & jure divino non habere jurisdictionem & imperium: Chriſtum & apoſtolos nullam unquam judiciariam poteſtatem exercuiſ- Adverſariorum opinio eccleſiam coercendi poteſtate deſtitui rejicitur.

(*a*) Apud THEODOR. hiſt. eccl. L. IV. c. 5.

se, & omni jurisdictione coercente prorsus abstinuisse: illud autem ex sequioris ecclesiæ instituto esse, quod episcopi potestatem cogendi, & coercendi sumserint, eamque ex civili potestate decerpserint, ac sua deinceps vera ecclesiastica judicia exercuerint, CONSTANTINO præsertim juris dicundi potestatem eis faciente. Sed nulli iniquiores sunt jurisdictioni ecclesiasticæ illis, qui nùper juris præsertim publici instituta tractare susceperunt: illi omnem coercendi vim principi adscriptam vellent sive sacram sive profanam. Inter quos *Hugo* GROTIUS: *Naturaliter*, inquit (*a*), *sacerdotibus nulla jurisdictio, hoc est, judicium nullum coactivum seu imperativum competit.* Hinc ergo ex consilio pastorum, consensuque ecclesiæ ortam credit judiciorum ecclesiasticorum normam, quæ quamdiu imperiali auctoritate destituta fuerint, non modo cogendi nullam vim habuisse, sed extra consensum obligasse neminem, nisi forte ex naturali lege, quæ offendicula vitari jubet. Sed tandem imperatoribus christianismum amplexis, jurisdictionis aliquam partem pastoribus ut officio publico fungentibus datam esse. PUFFENDORFFIUS, præsertim libro de habitu religionis christianæ ad vitam civilem, maxi-

(*a*) De Imperio summ. Pott. circa sacra, c. 9.

maxime indignatur ſacrorum illi apud nos regnō, in quo Chriſtus voluerit introducere poteſtatem quampiam ſacram, quæ ſufficiens ſit conſtituendo certo ſtatui a vulgaribus civitatibus ſeparato, cui divinitus commiſſa ſint imperandi arbitria: nec Chriſtum aliud niſi doctoris nomen aſſumſiſſe vult, homines non vi & imperio, ſed doctrina & amore attraxiſſe, jus dicere recuſaſſe, tributa ſolviſſe, regium honorem declinaſſe, politico tribunali ſe ſubdidiſſe: apoſtolos etiam non ut principes, ſed ut præcones verbi ſe gerentes nullum ſtatus aut imperii veſtigium reliquiſſe. Hæc paſſim ingeminat PUFFENDORFFIUS libro de habitu religionis ad ſtatum civilem. Sic poſt eum loqui audias THOMASIOS, VITRIARIOS, HEINECCIOS, PFAFFIOS, BOEHMERUM, qui paſſim in judicia eccleſiaſtica debachatur, omnemque jurisdictionem eccleſiaſticam damnat, eam, veſtigiis *H.* GROTII inhærens, ortam ex pactis & conventionibus primorum chriſtianorum, nimirum ex diſciplina confœderata dictitans. *Tot jura*, ait quodam loco, (*a*) *eccleſiaſtica, moresque varii ex hac diſciplina confœderata prodierunt, ut vere aſſerere poſſim, totam regiminis eccleſiaſtici rationem antiquam pri-* a.

I 4 *ma-*

(*a*) BOEHM. Differt. III. in PLIN. (XII.) §. 62.

mario inde evolvendam esse: orta inde judicia ipsa ecclesiastica, in quibus prævaluit adeo auctoritas episcopis indulta, ut hæc in jurisdictionem quandam degeneraverit. Paulo post discrimen judiciorum primis temporibus, & eorum, quæ deinceps episcopi usurparint, describit: *Episcopi sibi proprio jure nullam jurisdictionem tribuerunt, absolutum imperium nullibi affectabant, plebem fraternitatis jure sibi copulatam non subjectionis lege constrictam scientes... at tandem ministerium in imperium, directorium cum auctoritate quadam conjunctum in jurisdictionem mutatum est, unde illa metamorphosis stupenda prorupit, quæ ecclesiæ formam reipublicæ indidit.* Sed istæc omnia quam sint ex proprio ingenio conficta, vel ex superioribus patet, ac deinceps eluceſcet; totaque historia ecclesiastica docet, quo magis ad originem ecclesiæ accedunt tempora, eo majori auctoritate & frequentia ecclesiastica judicia instructa fuisse. *Principes populi, & presbyteri plebis*, inquit ORIGENES: *debent omni hora populum judicare, semper & sine intermissione sedere in judicio, dirimere lites, reconciliare dissidentes, in gratiam revocare discordes.* Et quoniam leviticis sacerdotibus talis adfuit potestas, cur ministerio christiano, quod levitico tantum superius est, quantum novum testa-

teſtamentum vetus ſuperat, minus tribuamus auctoritatis? Cum non minus Chriſtus in evangelio, quam MOYSES in Pentateucho hanc tribuerit facultatem, ac judiciorum eccleſiaſticorum forum inſtituerit, quibus refragari piaculum ſit. *Si*, ait Chriſtus (*a*), *eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.* a. Scio quantas argutias adverſarii excogitarint, ut nobis hujus loci auctoritatem extorqueant, ſed ab ipſis ſuis ſociis ſatis ſunt refutati: & a mox ſequentibus Chriſti verbis convincuntur, quid nomine eccleſiæ Chriſtus ibi velit, & qua poteſtate inſtruxerit miniſterium: ſtatim enim ſequitur (*b*): *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* b. DEO ergo judicium eccleſiæ ratum habetur, Novatoribus non habetur. *Quod ſi ita res eſt*, jure utor verbis S. CYPRIANI, quæ ille de ſimilibus hominibus pronunciavit, rebellibus, & ſchiſmaticis (*c*), *ut nequiſſimorum timeatur audacia, & quod mali jure, atque æquitate non poſſunt, temeritate ac deſperatione perficiant, actum eſt de epiſcopatus vigore, & de eccleſiæ gubernandæ ſublimi ac divina poteſtate, nec* c.

(*a*) Matth. XVIII. 17. (*b*) *v.* 18.
(*c*) Ep. 55. ad CORNEL.

christiani ultra aut durare, aut esse jam possumus. Adi eo loco S. CYPRIANUM, & discès quantum deferre judicio episcopi debeas: inter alia audies ea Deuteronomii 17. usurpantem verba: *Homo quæcunque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem & judicem, quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille.*

Excomunicationis pœna in ecclesia christiana.

IV. Agnoscenda igitur in ecclesia potestas cogendi, coercendique refragarios, ac disciplina castigatrix, quæ homines a malo deterreat: hic enim illius finis est, ut tota sit in bonum, in medicinam delinquentis; *Si enim*, verba sunt a. CYPRIANI (*a*), *DEUS, quem diligit, corripit, si ad hoc corrigit, ut emendet, fratres quoque & maxime sacerdotes non oderunt, sed diligunt eos, quos corripiunt, ut emendent, quando & DEUS per Hieremiam ante prædixerit, & tempora nostra significarit dicens:* Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina. De hac disciplina in impios & sceleratos PAULUS ad b. Corinthios præcipit (*b*), *tradere hujusmodi Sathanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri JESU Christi.* Audiebatur inter Corinthios fornicatio, & quidem talis, qualis nec inter gentes, ita, ut uxorem

(*a*) De habitu virginum ab init.
(*b*) 1. Cor. V.

xorem patris ſui aliquis habuerit: corripit, arguitque Corinthios, quod non magis luctum habuerint, *ut tollatur*, inquit, *e medio veſtrum, qui hoc opus fecit.* Audi jam judicem apoſtolum: *Ego*, inquit, *quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu jam judicavi ut præſens eum qui ſic operatus eſt: In nomine Domini noſtri JESU Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute Domini noſtri JESU Chriſti tradere hujusmodi ſathanæ &c.* Alibi idem PAULUS Corinthiis virgam minitatur, ac pœnas. PETRUS de ANANIA & SAPHIRA, PAULUS de ELYMA, HYMENÆO & ALEXANDRO etiam corporales ſumſerunt vindictas. Sed ajunt adverſarii ERASTUS, *Hugo* GROTIUS, alii, hæc extraordinaria in apoſtolis fuiſſe, atque eo tempore neceſſaria, quo eccleſiæ fidelibus magiſtratibus deſtitutæ fuerint, idcirco eos precibus a Domino tales vindictas mortis, cæcitatis, obſeſſionis dæmonum impetraſſe. Non negamus corporalem pœnam eo tempore dono miraculorum, quo apoſtoli gaviſi ſunt, adſcribendam; ſed qui deinceps in eccleſia perſeveraſſe excommunicandi cenſuram neget, næ is peregrinus in eccleſiaſticis antiquitatibus, næ is chriſtianiſmi indolem ignorat? *Iſtam tollendi e medio quempiam poteſtatem* (liceat mihi uti verbis *Theodori*

a. BEZÆ (*a*), qui unus ex ſummis reformatoribus habetur) *quo jure ſenioribus, id eſt ſingularum eccleſiarum gubernatoribus ereptam ſolis apoſtolis datam dixerimus? quod enim dicit Paulus, jam pridem a Corinthiis factum oportuiſſe, ſublatum nimirum iſtum videlicet e medio Corinthiacæ eccleſiæ . . . niſi fuiſſet ordinariæ Corinthiaci presbyterii poteſtatis, cur tam graviter cum illis expoſtulaſſet Paulus? . . . Sed & illud, utinam exſcindantur, ad Galatas quorſum optaſſet fieri a Galatis apoſtolus, ſi hæc excisio, quomodocunque illam accipiamus, non erat in illorum poteſtate?*

Effectus excommunicandi & reconciliandi non ſolum reſpectu eccleſiæ, ſed etiam DEI.

V. Sunt ergo alii, qui uſum excommunicationis in eccleſia non negant, ſed verum ejus effectum inficiantur. Sic BOEHMERUS, haud dubie ex SELDENO de ſynedriis, quoniam excommunicationem confœderationi ſolum diſciplinæ tribuit, conſequenter non alium inde effectum elicit, quam a ſocietate eccleſiaſtica ſejunctionem, haud ſecus ac receptioni per exomologeſin & pœnitentiam, ſolius injuriæ DEO factæ condonationem. *Inde*, inquit (*b*), *eccleſiæ ex pacto jus ejiciendi datum erat, & ejectos recipiendi, prævia remiſſione delicti in eccleſiam commiſſi: hæc abſolutio, hæc remiſſio non fie-*

b.

(*a*) De presbyteris & excommunicatione.
(*b*) Diſſert. III. ad PLIN. §. 49.

Digitized by Google

fiebat intuitu DEI, ſed a læſis intuitu læſionis, & injuriæ acceptæ, quæ declarabatur per manuum impoſitionem, tanquam judicium quoddam evidentiſſimum peccatorem cum eccleſia rediiſſe in gratiam. Sed hæc evidentiſſime falſitatis arguit jus clavium, quo Chriſtus id eccleſiæ conceſſit, ut ſit ratum in cœlo, quod fieret in terra, eo ipſo in loco, ubi excommunicationis forma a Chriſto eſt præſcripta. *Illud*, inquit S. AUGUSTINUS (*a*), *quod ait*, ſi nec 2.
eccleſiam audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, *gravius eſt, quam ſi gladio feriretur, ſi flammis abſumeretur, ſi feris ſubrigeretur: nam ibi quoque ſubjunxit:* Amen dico vobis, quæ ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. Idem expreſſius adhuc Chriſtus declaravit, ubi remittendi, retinendique peccata poteſtatem dedit.

VI. Hoc ergo eſt, quod eccleſia catholica ſemper tenuit, docuitque, in eccleſia jus clavium ejusmodi eſſe, quod ſicut in terra, ita in cœlis eccleſiaſticum judicium vigorem ſuum habeat. Hanc veritatem contra Novatianos & Montaniſtas eccleſia ſtrenue defendit: nec eſt cur BOEHMERUS TERTULLIANUM tueatur, eum in eo non erraſſe, quod nullum verum remittendi peccata, aut reti- Jus clavium divina auctoritate penes ſacerdotes.

(*a*) Lib. I. contra adverſ. leg. & proph. c. 17.

retinendi in eccleſia agnoverit jus, ſed ſolummodo, quod in eccleſiam mœchos &c. recipiendos non putaverit. Equidem verum eſt, & ſæpiſſime a SS. Patribus aſſertum, unius DEI eſſe, ſi ſummam poteſtatem ſpectes, ligare, ſolvere, remittere, retinere peccata, aperire, claudere cœlum, ſed iis quorum miniſterio ad hæc exequenda ſuo mandato ac indultu utitur DEUS, tribuitur hoc jus tamquam miniſtris divini Numinis. *Homines*, verba ſunt S. AMBROSII (*a*), *in remiſſionem peccatorum miniſterium ſuum exhibent, non jus alicujus poteſtatis* (quæ nimirum ſibi propria ſit) *exercent: nec in ſuo, ſed Patris, & Filii, & Spiritus S. nomine peccata dimittunt.* Non negat S. Pater eccleſiam non remittere peccata, ſed non ſuo nomine remittere. Hæc eſt illa inſignis poteſtas, quam alibi ſolis ſacerdotibus permiſſam eſſe dicit: *Hoc vinculum ſacerdotum*, ſecundum S. CHRYSOSTOMUM, *ipſam animam perſtringit.* Atqui hæc eſt illa coercendi, cogendique, pœnis etiam, poteſtas, quam vocat GENNADIUS jus & facultatem caſtigandi, & pœnis afficiendi eos, qui adverſantur.

1.

(*a*) De Spiritu S. L. III. c. 19.

§. II.

§. II.

De poteſtate legislatoria eccleſiæ cum jure cogendi.

I.

Jus ſolvendi ligandique apoſtolis, & poſt hos ſucceſſoribus epiſcopis a Chriſto datum, neceſſario etiam poteſtatem conjunctam habet, ut quidquid prohibitum vel licitum declarent, id divina auctoritate pro tali habeatur. Iſta ſignificatio apud Judæos vocibus ſolvendi ligandique indita erat: unde apparet etiam leges condendi facultate inſtructum eſſe magiſterium eccleſiaſticum. S. AUGUSTINUS illud Apocalypſeos: *Et vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas*, Lib. XX. c. 9. de Civit. DEI, huc applicat: *Non hoc putandum eſt de ultimo judicio dici, ſed per ſedentes ſuper ſedes ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos nunc eccleſia gubernatur: judicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id, quod dictum eſt*, Quæ ligaveritis &c. Quis vero neget obligandi virtutem poteſtatem ejusmodi eo etiam ſtrictiorem habere, quam ullæ leges politicæ, quo eſt gravior vis ligandi in cœlo & in terra a Chriſto

Aſſeritur eccleſiæ poteſtas legislatoria.

Chriſto data: quo eſt præſtantior finis, ſacratior auctoritas, religioſior πολιτέια. Neque, quod modeſtum canonis quam legis nomen uſurpare voluerit potius antiqua præprimis eccleſia, ipſa legislatoria poteſtas in dubium vocari debet. *Ne*, ut auctor princip. Jur. p. eccl. cath.
a. dicit (*a*), *ſi leges dicerentur, invidiæ dediſſent fomitem imperantibus: utque hæ regulæ ubi primum a ſacerdotio fuerant conditæ, exhibitæ principi, ejus auctoritate tranſirent in leges & ſanctiones.* Seu, ut
b. BOEHMERUS contendit (*b*), *ut oſtenderet eccleſia, quam longe ab omni dominandi libidine abſit, minus vero ullam ferendi leges poteſtatem ſibi arroget.* Imprimis enim quomodo invidiæ locum dare imperantibus potuiſſent eccleſiaſticæ ſanctiones, quibus ſeſe tam religioſe ipſi ſubdebant, ſolliciti ſaluris animæ ſuæ pii quique ac chriſtiani imperatores: inde etiam obligationem longe majorem in eccleſiaſticis
c. legibus agnoſcentes: *Si*, inquit (*c*) JUSTINIANUS, *civiles leges, quarum poteſtatem nobis DEUS pro ſua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientium ſecuritatem ſtudemus, quanto plus ſtudii adhibere debemus circa ſacrorum cano-*

(*a*) Cap. VII. §. 1.
(*b*) Jur. paroch. ſect. I. c. 3. §. 3.
(*c*) Præf. Nov. 137.

canonum & divinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute animarum noſtrarum definitæ ſunt. Non hoc negatur ſummis principibus, imo tanquam a canonum cuſtodibus requiritur, ut ipſi obſervantiæ eorum invigilent, atque leges ab eccleſia conſtitutæ vim etiam obtinerent legum civilium oblatæ principibus: ut, quos pœnæ ſpirituales ab eccleſia infligi ſolitæ in officio non continent, a transgreſſione legum canonicarum pœnis etiam corporalibus coerceantur. Quæ coercitio ac pœnæ, licet ab eorum arbitrio pendeant, leges tamen ipſæ auctoritate eccleſiæ decernuntur, vi obligandi, etiam cum pœnarum cenſura inſtruuntur, legitima poteſtate, non dominandi libidine, a qua procul abſunt judices ac rectores eccleſiaſtici juxta evangeliorum ſpiritum, ac leges. Crediderim decreta ſua canones voluiſſe inſcribere, quod inde a primordiis eccleſiæ canonis nomenclatura libris ſacris ſit indita: *Eoquod hi*, ut inquit *Bern.* VAN-ESPEN (*a*), *præ omnibus libris & ſcriptis perpetuas ac infallibiles fidei & morum regulas tradant.* An autem, quæ jure divino in ſacris ſcripturis ſunt ſtatutæ leges, dici poſſunt obligandi vi deſtitutæ? a.

(*a*) Tr. hiſt. can. P. I. c. 1. §. 1.

Quam inde a primordio ecclesiæ semper exercuit suis in canonibus, & decretis.

II. Licet forma judiciorum succedentibus temporibus haud parum fuerit mutata, atque paulatim forensibus formulis plusculum indultum, præsertim postquam forum interius ab externo est distinctum, ipsa tamen condendi leges, atque ad eas refragarios pœnis etiam cogendi potestas eadem permansit. *Quæ est potestas coercitiva*, ut eam definit *Jo.* GERSON (*a*), *ecclesiastica, quæ valet exerceri in alterum, etiam invitum, ad dirigendum subditos in finem beatitudinis æternæ.* Cum jurisdictio, juxta eundem sit potestas dicendi jus, vel quasi juris dictatio, id est promulgatio vel notificatio, seu pronunciatio. Omnia hæc necessario leges ceu materiam substratam, atque hinc potestatem legislatoriam, in ecclesia supponunt. Verum est primitivam ecclesiam traditionibus potius, consuetudinibus & observantiis fuisse gubernatam, quam scriptis legibus præter scripturæ canonem. Neque etiam simplex ecclesiæ status, & fidelium sanctitas copiam earum flagitavit, qualis postea ob multas causas necessaria fuit. Potestas tamen legislativa semper fuit exercita. Constituisse apostolos leges, & præcepta edidisse vel ex Act. XV. patet, ubi de ritibus Mosaicis extat gravissimum apostolorum senatus-

a.

(*a*) De potest. eccl. consid.

Digitized by Google

tusconsulrum. Ad apostolorum decreta etiam & canones apostolicæ illæ traditiones revocandæ merito sunt, ad quas toties IRENÆUS, CLEMENS *Alexandrinus*, TERTULLIANUS, BASILIUS, GREGORIUS *Nazianzenus*, EPIPHANIUS, CHRYSOSTOMUS, OPTATUS *Milevit.* HIERONYMUS, AUGUSTINUS, VINCENTIUS *Lirinensis* provocant. Hoc enim solemne fuit illis temporibus, quæ post apostolos in ecclesia orirentur controversiæ, eas omnes ex apostolorum traditionibus determinare. Hinc multiplices apostolorum traditiones tunc collectæ. Sic PAPIAS apud EUSEBIUM, ut exactam rerum ecclesiasticarum scientiam assequeretur, se scisciratum a senioribus fuisse dicit, quid ANDREAS, quid PETRUS, quid PHILIPPUS, quid cæteri Domini discipuli dicere soliti essent. CLEMENS etiam *Alexand.* libro de Pascharte coactum se a familiaribus affirmavit, ut traditiones a senioribus scriptas posteris traderet. Hinc factum autem, ut potissimum recurreretur ad eas ecclesias, in quibus aliquando apostolus aliquis sederat, cum illæ potissimum regulis ac canonibus instructæ esse haud dubitarentur, in fide, ecclesiæque regimine tenendis. Atque hæ traditiones illæ sunt, de quibus monumenta omnia vetera con-

tinuam fere mentionem faciunt, & nihil non illis deferunt. Quarum plures quamvis ad fidem pertineant, aliæ ſunt tamen de rebus agendis; maximus vero numerus de externa eccleſiæ politia vel ab ipſis apoſtolis, ut loquitur S. AUGUSTINUS (*a*), vel plenariis conciliis commendata, atque ſtatuta: contra quæ, quin ita faciendum ſit, diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſſe ibi dicit ſanctus Pater.

a.

S. BASILIUS (*b*) hujusmodi γνωμῶν in libro de Spiritu S. meminit, quæ vel ſine ſcripto, vel ſcripto traditæ fuerint, cui ſententiæ neminem repugnaturum ait, qui vel exiguum legum eccleſiaſticarum uſum habeat. Refertur integer locus a

b.

GRATIANO (*c*): *Eccleſiaſticarum inſtitutionum quasdam ſcripturis, quasdam vero apoſtolica traditione per ſucceſſiones in miniſterio confirmatas accepimus: quasdam vero conſuetudine roboratas approbavit uſus, quibus par ritus, & idem utrisque debetur pietatis affectus, unde quis vel aliquantulum ſacrarum expertus ſcripturarum haud hæſitaverit. Si enim attentaverimus conſuetudines eccleſiæ, non per ſcripturas a Patribus traditas, nihil æſtimare, quantum religio detrimenti ſit latura, intente inſpicientibus liquido conſtabit.* De hujusmodi non ſcriptis legibus, quæ inſtar præcepti obti-

c.

(*a*) Ep. 118. c. 5. (*b*) c. 27. (*c*) c. 5. D. 11.

Digitized by Google

obtineant S. HIERONYMUS adverſus Luciferianos, *multa*, inquit, *quæ per traditionem in eccleſia obſervantur, auctoritatem ſibi ſcriptæ legis uſurpaverunt.* Sed nihilominus tum ſcripta SS. Patrum, præſertim primorum, plena ſunt hujusmodi διαταγμάτων, tum ſingularis etiam cura ſemper eſt impenſa, ut canones & leges eccleſiaſticæ ſcriptis mandatæ colligerentur.

De conſtitutionibus & canonibus apoſtolorum.

III. Quamvis autem apoſtolico ævo nihil tale factum ſciamus: nec etiam aut conſtitutiones apoſtolicæ S. CLEMENTEM *Romanum* auctorem habeant, aut canones apoſtolici nomen & ætatem ſuam tueantur, eorum tamen antiquitas non eſt ſpernenda, ut jure pro prima canonum collectione habeantur: &, ſi certo conſtaret antiquos ALEXANDRUM *Alexandrinum*, CONSTANTINUM imperatorem, concilium Nicænum, Conſtantinopolitanum, ATHANASIUM, BASILIUM, (Sicut de EPIPHANIO conſtat locorum collatione) quando ad apoſtolicos canones provocant, de his intelligendos eſſe, multum eorum auctoritati adderetur. Hoc conſtat, eos, poſtquam innoteſcere cœperant omnes in oriente, in occidente ſo. ſaltem ex verſione DIONYSII auctoritatem obtinuiſſe, ut poſtea dicemus: quare haud dubie ob quosdam ſolum ſpurios, eos GELA-

sius inter apocrypha rejecit. Est doctorum sententia, atque inter alios *Guilielmi* Beveregii (*a*) *codicis canonum ecclesiæ primitivæ* vindicati, apostolicos hos canones nihil aliud fuisse, quam statuta quædam sive decreta synodorum, quæ per tria æræ christianæ sæcula diversis temporibus locisque habitæ fuerint. *Cum ipsis enim*, inquit, *apostolis ad determinandam istam, quæ in ecclesia recens nata exorta erat, de circumcisione, & lege Mosaica gentilibus imponenda controversiam, in synodum una convenire, & in ea canonem sive ecclesiasticam de ista re legem sancire visum fuisset, hac iis præmonstrata via itum est ab omnibus ipsorum successoribus, sive episcopis, quibus ecclesiæ ulterius propagandæ, regendæque cura commissa fuit. Si qua enim quæstio de fide christiana, vel de externa ecclesiæ politia vite instituenda emersit, eam episcopi apostolorum successores in synodis congregati protinus determinare solebant.*

a.

Postquam securius edere, liberiusq; statuere licuit canonum collectiones.

IV. Nihilominus pace ecclesiæ reddita, dum jam securius concilia frequentari cœperunt, illustrior canonum ac legum ecclesiasticarum fuit usus: unde factum est, ut variæ earum compilationes fierent. Igitur ante concilium Chalcedonense prodiit collectio, cui, præter Nicænos, conciliorum Ancyrani, Neocæsarien-

(*a*) L. I. c. 1.

ſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, & Cpolitani canones adjecti ſunt: quamvis in occidente tardius ſint recepti. Ubi primum Nicæni tantum in uſu fuerunt, quibus Sardicenſes additi, tanquam unius ejusdemque concilii eſſent: priori illi collectioni concilii, etiam Chalcedonenſis canones deinceps ſunt adjecti. Sed acris inter Romanos Pontifices præſertim LEONEM M. & orientales fuit concertatio de canone XXVIII. de privilegio patriarchæ Cpolitani: huic canoni ipſo adhuc in concilio legati Romani interceſſerunt, ut hinc in plurimis exemplaribus, etiam in oriente deſcriptis, deſideretur. Hæc talis collectio primum poſt concilium Chalcedonenſe latinitate eſt donata, ſed aliam interpretationem adornavit DIONYSIUS *Exiguus* Abbas, in qua non omnes apparent canones apoſtolici: atque reliquis adjecti canones Sardicenſes, & multi conciliorum Africanorum, nec non decreta Pontificum a SIRICIO uſque ad HORMISDAM: THEODORETUS etiam collectionem canonum in 50. titulos digeſſit. Deinceps collectio illa ISIDORI ſæculo IX. ex Hiſpania in cæteras occidentis partes eſt delata, referta multis emendatis ſummorum Pontificum epiſtolis uſque ad SIRICIUM. In Germania BURCHAR-

CHARDUS Wormatienſis poſt REGINONEM Prumienſem, in Gallia Ivo Carnotenſis, in Hiſpania MARTINUS Bracarenſis, demum in Italia GRATIANUS ſuas collectiones canonum ediderunt: ſed plerumque non ex ipſis fontibus ſua repetierunt, nec in ſolis conciliorum canonibus, aut Pontificum decretis ſubſtiterunt, ſed etiam dicta Patrum, leges civiles addiderunt. Inter has deinceps principatum GRATIANI decretum obtinuit, cui poſtea Pontificum decretales adjunctæ ſunt, unde emanavit corpus legum eccleſiaſticarum, quod canonicum dicimus: quod uſibus deinceps academicis inſerviit, poſtquam ſtudium legum eccleſiaſticarum in ſingularem facultatem conſecratum eſt: nec etiam Novatores, quamvis eorum choriphæus LUTHERUS publice illud cremarit, penitus illud repudiarunt.

Adverſarii eccleſiæ facultatem legislatoriam cum poteſtate cogendi negantes refutantur.

V. Hæc opportuna viſa ſunt, quæ pro notitia legum eccleſiaſticarum afferrem, ut adverſariis ob oculos ponerem eccleſiaſtici magiſterii in condendis canonibus & decretis operam, cum ſumma auctoritate conjunctam: cum adverſarii, quando neceſſitatem legum inficiari nequeunt, non aliam illis vim quam ex pacto, aut ex conſenſu concedant: nimirum abrogant eccleſiæ vim coactivam,

vam, & poteſtatem legislatoriam, utpote quam nec Chriſtus nec apoſtoli exercuerint, ſed deinceps dominans clerus uſurparit. Sic BOEHMERUS ubique cavillatur, & in jure ſuo parochiali (*a*), alibique majorem leges ferendi poteſtatem in negotiis chriſtianæ eccleſiæ ipſis ethnicis imperatoribus attribuit, quam miniſterio eccleſiaſtico: nec aliter canones eccleſiaſticos concedit vim legis habere, niſi quatenus a majeſtate civili fuerint confirmati, aut ab ipſis principibus lex lata. *Nam*, inquit (*b*), *principi cuique ſummo non circa profana tantum, ſed etiam circa ſacra competit poteſtas legislatoria, & jure proprio quidem, non aliunde.* Atque hoc jus imperatoribus extorſiſſe Hildebrandinam tyrannidem deinceps aſſerit: acſi ante GREGORIUM VII. eccleſia nullos canones condidiſſet, nulla anathemata vibraſſet in inobedientes, id eſt, veram coercitivam coactivamque poteſtatem exercuiſſet. a. b.

VI. Quamvis ergo eccleſiæ arma carnalia non ſint, teſte PAULO (*c*), non ſunt tamen nulla, ſed multo efficaciora, quibus legibus ſuis obedientiam obtineat. *Claves regni cœlorum*, inquit S. AUGUSTINUS (*d*), *ſic dedit Chriſtus eccleſiæ*, d. Quæ eidem aſſeritur.

(*a*) Sect. I. c. 3. (*b*) Ib. §. 18.
(*c*) 2. Cor. X. 4. (*d*) L. I. cont. adv. leg. & proph.

cleſiæ, ut non ſolum diceret, quæ ſolveritis &c. *verum & adjungeret*, quæ ligaveritis in terra, erunt ligata & in cœlo, *quia bona eſt & vindicandi juſtitia. Illud enim quod ait*, ſi nec eccleſiam audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, *gravius eſt, quam ſi gladio feriretur, ſi flammis abſumeretur, ſi feris ſubrigeretur.* Hæc ſunt arma illa, quæ PAULO non carnalia (*a*), *Sed potentia DEO ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam DEI, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promtu habentes ulciſci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit veſtra obedientia.* Loquitur ibi apoſtolus de auctoritate, poteſtateque miniſterii ſui apoſtolici, quam ſatis Corinthii experti fuerunt: nec eam extollere erubeſcit. *Nam*, inquit (*b*), *& ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam. Ut autem non exiſtimer tanquam terrere vos per epiſtolas, quoniam quidem epiſtolæ, inquiunt, graves ſunt & fortes: præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemtibilis: hoc cogitet, qui ejusmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas*

a.

b.

(*a*) L. c. ℣℣. 4. 5. &c. (*b*) L. c.

las abſentes, tales & præſentes in facto. In hunc locum S. CHRYSOSTOMUS (quem nobis objicere ſolent, ac ſi eccleſia ſolum ſuadendo errantes poſſit reducere) *Et ad hoc*, inquit (*a*), *quidem poteſtatem accepimus, ut ædificemus: ſin autem reluctetur aliquis, & pugnet, & inſanabilis ſit, etiam actione utemur altera, ut eum deſtruamus, ac dejiciamus.* His coercendi armis nunquam non uſa eſt eccleſia, ad robur legibus ſuis conciliandum, ut fruſtra Hildebrandinam tyrannidem calumnientur. *Ubi religio*, recte TERTULLIANI (*b*) illa hic locum habent, *ubi veneratio majoribus debita a vobis? Inſtructu, ſenſu, ipſo denique ſermone proavis renunciaſtis. Laudatis ſemper antiquitatem, & nove de die vivitis: per quod oſtenditur, dum a bonis majorum inſtitutis deceditis, ea vos retinere & cuſtodire, quæ non debuiſtis.* a. b.

§. III.

De auctoritate eccleſiæ judicandi, & decidendi cauſas fidei.

I.

Libertas conſcientiæ ab adverſariis

Non adeo duros & pervicaces in prioribus nacti ſumus adverſarios, quin in

(*a*) Hom. XXII. in 2. ad Cor. (*b*) Apol. c. 6.

in fidei dogmatibus asserta.

in rebus sacris ad aliquod saltem subeundum servitutis jugum parati essent, hoc enim dant supremæ circa sacra potestati, quæcunque illa sit, jus esse, quod doctrinam & præcepta vivendi spectat, leges præscribere, ne, si quilibet in societate humana actionum suarum judex, & arbiter agnosceretur, pax & tranquillitas publica turbaretur. Sed quando ad normam credendorum descenditur, longe aliter sciscunt: in istis plenam omnibus libertatem concedunt, ut sentiant, credant, agantque secundum principia quibus imbuti sunt, putantque se coram DEO hoc modo ita agere, & sentire posse, & debere. *Sin aliter*, ut BOEHMERO (*a*) videtur, *agunt, quam conscientia teste agere debebant, peccant, quia norunt se agere contra præcepta, quibus animus eorum imbutus est: in hoc quippe videtur libertas conscientiæ consistere, ut nemo cogatur agere contra præcepta & principia, quæ pro veris, & ad salutem suam necessariis habet.* Paulo post distinguit capita, in quibus libertas hæc locum habeat, vel non. *Sicuti vero*, inquit, *quoad actiones illas tantum, quæ externam famæ, vitæ, bonorum incolumitatem, & conservationem pacis publicæ respiciunt, quasque*

a.

(*a*) T. II. Jur. Eccl. dissert. Prol. de jure circa libert. conse.

que neceſſe fuit ſubmitteve voluntati imperantis, tranquillitatis civilis gratia ſuo arbitrio, libertatique renunciarunt, ita minime credendum eſt, homines in ſocietatem civilem coeuntes ita ſe prorſus voluntati imperantis ſubjeciſſe, ut etiam cogitationes ſuas, intellectusque operationes, & animæ propriæ ſalutem, & quæ illam perficit, efficitque, religionem, ſeu cultum divinum ejus voluntati ſubjicerent, & in his mentis inclinationibus ab ejus nutu & arbitrio dependerent: quin potius exiſtimandum eſt, ſingulos in his animi motibus ſuam ipſo facto reſervaſſe conſcientiæ libertatem, h. e. ut non tantum libere cogitationes ſuas de rebus mortalibus formare, ſed etiam ea, quæ animæ ſaluti proficua eſſe ſecundum principia, quibus imbutus eſt animus, ſenſerint, agere, & cultui divino, qui huc facit, libere vacare poſſent. Ita iſti omnia mundi hujus tranquillitate metiuntur, nihil penſi habentes internam erga divinum Numen in religionis cauſis conſpirationem, & ad colendum DEUM vero ritu conſenſum. Pro hoc libertatis idolo veluti pro aris & focis pugnant, claſſicum canente LUTHERO: pro ea vindicanda tot motus & bella in tota Europa, præſertim Germania ſuſcepta ſunt. Ac viſum eſt, quoties ad pacis pacta inter Catholicos & Proteſtantes itum, hanc

hanc unam HELENAM fuiſſe, quam reſtitutam ſibi vellent. Huc pax religioſa, anteaque tractatus Paſſavienſis, & quicunque conventus concordiæ cauſa coacti unice ſpectabant. Ad hanc recuperandam funeſtum illud tricenale bellum initum: quam etiam, maximæ reipublicæ chriſtianæ detrimento, conſecuti ſunt in inſtrumento pacis Weſtphalicæ, integra relicta tenendæ religionis copia, inſtaurato libero religionis exercitio: nam judice GROTIO, in cauſa fidei ſalutaris, nemo poteſt tuto acquieſcere alieno judicio directivo, quia res fidei plane, & aperte omnibus ſunt propoſitæ, volentibusque licebit invenire veritatem.

Quivis fidei judex, & ſcripturæ interpres apud Novatores.

II. *Jo.* CLERICUS ſuo de eligenda ſententia libello, quem adjecit *Hug.* GROTIO de veritate rel. chriſtianæ, totus in eo eſt, ut quemque arbitrum faciat ex novo teſtamento formulam fidei ſuæ haurire, ad ejus præcepta mores ſuos exigere, & ſibi, quæ pollicetur, ſperanda proponere. In hoc conſentiunt Proteſtantes, ex ſcriptura fidei, & religionis dogmata haurienda eſſe, quæ recta ratio dijudicare debeat. *Ajunt*, inquit BOEHMERUS, *ſcripturam ſacram, & rectam rationem eſſe judices minime ſuſpectos: omnes ad unum hos judices agnoſcunt, poſtu-*

poſtulantque, ſed quis horum judicum ſenſus ſit? Ceſpitant ... quilibet ſuam interpretationem ſanam veram & analogiæ ſcripturæ ſacræ conformem ait eſſe. Hoc non obſtante totus in id incumbit cum ſuis BOEHMERUS, ut hanc libertatem judicandi cuique aſſerat, adjudicetque. Nolim hic longus eſſe in recenſendis variis anfractibus, quo ſe conjecerunt adverſarii, dum ſe hac ex difficultate expedire conati ſunt, quæ omnium maxima eſt. Nolim varias eorum ſententias referre, quæ tandem eo omnes neceſſario recidunt, adeſſe ſingulis vere fidelibus Spiritum S. cujus illuſtratione veritatem agnoſcant. BURRMANNUS eo delapſus eſt, ut huc revocaret donum prophetandi: id eſt ſcripturas meditandi, ſcrutandi, earum mentem eloquendi, explicandique. Atqui hoc donum non fuiſſe temporibus etiam apoſtolicis penes ſingulos etiam electos aperte apoſtolus dicit 1. Cor. XII. *Alii datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ, alii interpretatio ſermonum, alii prophetia &c.* Quas auctores actorum eruditorum an. 1688. p. 201. ad recenſionem tractatus de eccleſia *Auguſtini* BRUEYSII adjiciunt, epicriſes, cum raro addere ſoleant, produnt, hic ſe ad medullas uſque perſtringi. *Veritas*, inquiunt, *nimirum*, & *infalli-*

infallibilitas a Spiritu DEI eſt per verbum operante, ſive cor, ut Lydiæ, aperiente: id certum eſt, in ſingulis fieri, non in cœtu, qui nihil aliud eſt, quam ſingulorum concurſus. Id tunc probare nituntur ex ſcripturis: ex locis, quibus Chriſtus ſingulos dicitur in veritate ſanctificaſſe: *Verbum*, poſtea pergunt, *eſt veritas, & in neceſſariis ad fidem ſatis aperte loquitur, adeoque examen & applicationem ſingulorum non refugit, cum absque illa divina fides, qua ſola ſalvamur, produci non poſſit.* Hanc ſingulorum fidem infallibilem eſſe dicunt, quia a DEO ſit, & nemo extra eam ſalvetur; cœtuum econtra judicium ea ipſa de cauſa, quod de interna omnium fide a Spiritu S. excitata non conſtet, certitudinem non habere, niſi ubi aperto verbi teſtimonio nititur. *Ita*, ajunt, *audimus eccleſiam, ſeu ejus miniſtros, ſi verbum DEI, quod Spiritus S. in corde noſtro confirmat, prædicent, etiam ex ore eorum, de quorum interna ſanctificatione nobis non conſtat. Obſequimur, cum docent, jubentque verbo conformia, & Spiritus intus operantis teſtimonio non repugnantia, ſine quo nihil ſpiritualiter judicari poteſt.* 1. Cor. II. 10. 14. *Et per quam ſolum vocem paſtoris interno, & ſalutari auditu percipimus .... Explorationem autem omnium ſpirituum docentium, & definientium,*

tium, divino præcepto per notiſſimam apoſtolorum doctrinam, ſingulis pro menſura conceſſæ gratiæ impoſitam eſſe credimus, non minus ac ſanctitatem individualem . . . ſinguli enim, qui vere credunt, infallibilem virtutem Spiritus S. habent, quæ non pendet a numero, aut conſenſu plurimum. Hæc, ſi quæ alia, ad juvandam adverſariorum cauſam, apta ſunt, attuli, ne aliquid ſubterfugiſſe videar. Eadem JURIUS in ſuo eccleſiæ ſyſtemate ſciſcit (*a*), putatque infallibilitatem omnibus fidelibus per gratiam DEI internam contingere lecta devote, non curioſe, ſcriptura ſacra (*b*): neque nunc poſt Chriſti & apoſtolorum obitum ad nudam auctoritatem dicentium reſpici debere, neque evidentiam diſcuſſionis oneroſæ neceſſariam eſſe, ſed ſufficere attentionis mediam viam, cui gratia opituletur. a. b.

III. Quæ ſi ita ſint, & unicuique ſuo ſenſu abundare liceat, liberumque de religione relinquatur judicium: quod ſuperſtitionis monſtrum non caput ſuum exeret? An non tot exoriturae ſunt religiones, quot capita, & veritas, quæ unica eſt, in mille errores diſcindetur? Quis neſcit, quam vim in humanum ingenium exerceant conceptæ ſemel ſententiæ, & præjudicia? Quis ignorat, Hominem ſuo judicio confidere non poſſe in rebus fidei.

(*a*) c. 7. (*b*) c. 19.

quibus ignorantiæ tenebris obvolutus ſit intellectus noſter, labe originali depravatus? In quas non partes ab affectibus abripimur? Quo non a perverſa voluntate inclinamur? Quot ſunt, quos hebetudo mentis a veritatis agnitione prohibeat? Ingenii laſcivia in errores præcipites det? Morbus etiam judicium pervertat? Quanta inconſtantia laborat mens noſtra? Quantis mutationibus obnoxia ſcita noſtra? Quoties non ſententiam mutare nos contingit, & quarum rerum veritatem penetraſſe hodie nobis perſuademus, cras falſa eſſe nobis videntur? Fere homines eam ſequuntur ſectam, in qua nati ſunt, & educati: an igitur nativitatis ſolum, aut educatio veritatis præjudicium facit? An non potius noſtra, quibus a teneris conſuevimus, præjudicia veritati præjudicant? Hunc detinent divitiæ patriæ, hæreditas, ac auri ſacra fames; illum ambitio excœcat; alium cupiditas alia obtenebrat: & adhuc ſuo quis judicio credat? Quod tam diverſum in ſe aliisque quotidiana experientia docet, quolibet veritatem penes ſe eſſe, innato philautiæ vitio, exiſtimante. Et hoc quidem nobis accidit in rebus obviis & naturalibus, quid ſi de rebus ſublimibus, omnem humanum intellectum ſuperantibus, atque ſupernatu-

rali-

ralibus, decernendum ſit? Anne, cum tot jam deceptos, atque fidei naufragium paſſos cernimus ante nos, & eorum miſeros lapſus intuemur, adhuc nobis fidamus, & ſoli ſapere videamus? *Si ergo & in rebus creatis*, verba ſunt IRENÆI (*a*), *quædam quidem adjacent DEO, quædam autem & in noſtram venerunt ſcientiam, quid mali eſt, ſi & eorum, quæ in ſcripturis requiruntur, univerſis ſcripturis ſpiritualibus exiſtentibus, quædam quidem abſolvamus ſecundum gratiam DEI, quædam autem commendemus DEO, & non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, ut ſemper quidem DEUS doceat, homo autem ſemper diſcat, quæ ſunt a DEO.* a.

IV. Sed ajunt: ſcripturam in neceſſariis ſatis aperte loqui. Ut quid ergo tantæ controverſiæ de ſenſu, intellectu, & mente ſcripturam? *Omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit*, inquit S. PETRUS Ep. II. 1. *Da mihi* (*b*) *intellectum*, DEUM orat pſaltes, *& ſcrutabor legem tuam. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum, & doce me juſtificationes tuas.* Et plura alia tum eo in pſalmo, tum alibi paſſim. Hæc verba tractans S. HIERONYMUS: *Si tantus*, inquit (*c*), *propheta tenebras ignorantiæ con-* b. c.

Scripturæ intellectū non quivis arrogare ſibi valet.

(*a*) L. II. c. 47. (*b*) Pſ. 118.
(*c*) Epiſt. ad PAULINUM de inſtit. mon.

fitetur, qua non putas parvulos, & bene lactentes inſcitiæ nocte circumdari? Sed vel hinc inſtant, veritatem & infallibilitatem a Spiritu DEI eſſe, interius per verbum operante. At ſciſcitari nobis liceat, unde cuilibet conſtare poſſit de interna Spiritus S. operatione, ut de infallibilitate fidei ſibi blandiri quis valeat, poſtquam tot erronum, tenebrionumque exempla præ oculis habemus? Fides eſt donum DEI, ſed fides eſt per auditum, auditus autem per verbum DEI: ergo nullus certus eſſe poteſt de fide ſua, niſi exploratum habeat, id quod legit, vel audit, eſſe verum verbum DEI, verbum autem DEI genuinum non omnes illi habent, qui hoc ſibi perſuadent, ut infinitis exemplis conſtat. *Putasne*, interro-
8. gat Eunuchum PHILIPPUS (*a*), *intelligis, quæ legis? Reſpondit: & quomodo poſſum, niſi aliquis oſtenderit mihi?* Certi jubemur eſſe de fide, nec vacillare: qui autem hoc fieri poſſit in tanta opinionum, ſectarum, interpretationum varietate, niſi judex ſit aliquis falli neſcius? Quod de ſe præſumere nullus poteſt, niſi ſe ultra ſortem aliorum hominum ad lapſum pronorum extollere velit: cum DEUS ſe non ſingulis aſtiturum, ſed in medio eorum futurum promiſerit, qui

(*a*) Act. VIII.

qui in nomine ſuo fuerint congregati. Simplices autem homines, qui aut ſcripturas legere nequeunt, aut earum ſenſum non percipiunt, quid agent? Cui fidem adhibeant, niſi ſit aliqua auctoritas: cui tuto ſe credere poſſint? Certe fides interior ſupernaturalis non ſequetur, niſi veritas auditu percepta vere ſit verbum DEI: quodſi autem in pſeudo-prophetas impingant, qui falſam mercem vendant, multa ſibi promittent de fide ſua reipſa decepti, & toto cœlo aberrantes. Non loquor, niſi quæ quotidiana etiam loquitur experientia. Quot deinde ſunt, qui eam curam, & ſtudium in ſe ſuſcipiunt, ut ex ſcripturis fidei ſibi normam hauriant? Unde omnes antequam ad ſcripturæ lectionem ſe applicant, fidem accipiunt, quot ſunt, qui nec unquam per vitam eam legendi facultatem accipiunt, aut etiam otium? Aut an omnibus, qui ſacras paginas etiam volvunt, judicandi facultas ſit de ejus mente & intellectu? De quo unice inter nos quæſtio eſt, cum ſcripturis æque ac adverſarii deferamus. Recte HIERONYMUS conqueritur de licentia, qua quivis de ſcriptura judicare præſumat: *Cum nulla*, ſcribit ad PAULINUM, *ſit ars, quam omnes paſſim ſibi vindicent, hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta ver-*

boſus, hanc univerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant. Et S. AUGUSTINUS: *Terentianum*, inquit (*a*), *Maurum ſine magiſtro attingere non auderes: Aſper, Cornutus, Donatus, & alii innumerabiles requiruntur, ut quilibet poeta poſſit intelligi. Tu in eos libros, qui ſancti, divinarumque rerum pleni prope totius generis humani confeſſione diffamantur, ſine duce irruis, & de iis ſine præceptore audes ferre ſententiam.*

B.

Ab eccleſiæ magiſterio ſana fidei doctrina ſuſcipienda.

V. Quidni igitur illud ejusdem S. AUGUSTINI teneamus: *Scripturarum*, inquit (*b*), *a nobis tenetur veritas, cum id facimus, quod univerſæ jam placuit eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat auctoritas, ut quoniam ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quisquis falli metuit obſcuritate quæſtionis, eandem eccleſiam de illo conſulat, quam ſine ulla ambiguitate ſcriptura commendat.* Nimirum ab illis doctrina catholica, ac ſcripturæ genuina mens haurienda, qui ad clavum eccleſiæ ſedent, quibus concreditæ ſunt claves ſcientiæ, ac myſteria DEI. *Cur non*, ſunt itidem verba S. AUGUSTINI (*c*), *apud eos potiſſimum diligentiſſime requiram, quid Chriſtus præceperit, quorum auctoritate commotus Chriſtum aliquid præcepiſſe jam credidi.*

C.

(*a*) Lib. de util. credendi. c. 3.
(*b*) Contra CRESCONIUM grammat. c. 23.
(*c*) De utilit. credendi c. 14.

didi. Hoc antiquiſſimi quique Patres, quorum jam hinc inde meis de eccleſia tractatibus auctoritate ſum uſus, IRENÆUS, TERTULLIANUS, CYPRIANUS, & qui non? adverſus hæreticos, ſchiſmaticosque urgent: hos ut ad obſequium fidei adducant, illos ut edoceant ſcripturæ prophetiam non propria interpretatione fieri, ſed ab eccleſiis præſertim apoſtolicis earum ſenſum accipiendum eſſe, ubi per continuam epiſcoporum ſucceſſionem etiam tradux apoſtolicæ fidei teneatur. *Dabo vobis paſtores,* DEUS per JEREMIAM nobis promittit (*a*), *juxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina.* Hi ergo ſemper, dum aliqua de ſcriptura, dogmate fidei, aliisque negotiis eccleſiaſticis quæſtio eſt orta, vel communi concilio, vel alio quovis modo rem confecerunt, non privato cuivis decernendi jus reliquerunt: hoc nos annales chriſtiani omnium temporum ac ſæculorum docent: ſemper vero id eſt retentum, quod apud eccleſias ſeries paſtorum ſibi ſuccedens ſervavit ac docuit. 4.

VI. Iſtud pro lydio lapide habuerunt vetres omnes, ut vel ipſimet adverſarii diffiteri nequeunt; ſed hoc idcirco ab illis factum volunt, quod illis cum hæ- In ſucceſſione epiſcoporum infallibiliter ſanam doctrinam

(*a*) Jerem. XV.

propagari contra adversarios evincitur.

a.

reticis res fuerit, qui de nescio quibus arcanis traditionibus, quas ab apostolis acceperint, gloriati sunt, ut *Michael le* VASSOR (*b*) censet & BOEHMERUS. Hosce ergo homines ut confutarent purioris cœtus doctores, provocare debuisse ad ecclesiarum apostolicarum testimonium dicunt. Sed in primis non omnibus negotium cum hujusmodi hæreticis fuit, qui ad ecclesias apostolicas provocarunt. Non CYPRIANO, OPTATO *Milevitano*, EUSEBIO, EPIPHANIO, HIERONYMO, AUGUSTINO, aliisque: atque dogma illud perpetua praxis ecclesiæ sic stabilivit, & tam constanti ac claro omnis antiquitatis consensu firmavit, ut nullus ejusmodi subterfugiis relinquatur locus, cujusmodi isti excogitarunt. Deinde non minoris roboris hoc argumentum de traditione apostolicæ successionis hi ipsi SS. Patres esse duxerunt, quam ipsius scripturæ: sed tantum de hoc conquesti sunt, si hæretici isti arguerentur ex scripturis, in accusationem ipsarum scripturarum eos converti, ut IRENÆUS habet: *Cum autem*, inquit, *ad eam iterum traditionem, quæ est ab apostolis, quæ per successiones presbyterorum in ecclesiis custoditur, provocamus eos, adversantur traditioni.*

(*a*) De ratione examinandi controversias de religione.

Digitized by Google

tioni. En S. Pater dicit, eos traditioni adverſari, in qua ipſe ſummum robur ut in ſcripturis ipſis agnoſcit. *Evenit itaque*, pergit, *neque ſcripturis jamjam, neque traditioni conſentire eos.* Quod vero le VASSOR ait, nec Chriſtum nec apoſtolos ad ejusmodi eccleſiæ infallibilitatem provocaſſe, riduculum ſane eſt: cum Chriſtus & apoſtoli prius eccleſiam fundare debuerint, & inſtituere magiſterium; quod etiam factum eſſe tam ſæpe tam perſpicue in ſcripturis legitur, ut nullo prætextu celari poſſit. *Ipſe dedit quosdam*, ait PAULUS (*a*), *quidem apoſtolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, donec occuramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii DEI.... UT JAM NON SIMUS PARVULI FLUCTUANTES, ET CIRCUMFERAMUR OMNI VENTO DOCTRINÆ IN NEQUITIA HOMINUM IN ASTUTIA AD CIRCUMVENTIONEM ERRORIS.* Neque hæc pro apoſtolicis temporibus ſunt data, cum Chriſtus dicat (*b*): *Ecce vobiscum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Ac PETRO eſt dictum (*c*): a. b. c.

L 5 *Quia*

(a) Ad Eph. IV. 11.
(b) Matth. ult. ℣. ult. (c) Matth. XVI. 18.

Quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Hæc illa eſt eccleſia, de qua PAULUS ad TIMOTHEUM, quem illius miniſtrum ordinatione & præceptis inſtruxerat, *ut ſcias,*
a. ſcribit ad illum (*a*), *quomodo te oportet in domo DEI converſari, quæ eſt eccleſia DEI vivi, columna & firmamentum veritatis.* Poſtea prædicit, qui errones eccleſiam noviſſimis temporibus ſint inceſſuri, ſubjungitque (*b*) : *hæc proponens*
b. *fratribus, bonus eris miniſter Chriſti JESU, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es.* Sic ubique TIMOTHEUM ſuum ac TITUM inſtruit PAULUS, quoad ſanam fidem, quam fidelibus populis proponere debeant, contra dæmoniorum doctrinam, a qua cautos reddant. Neque pro illis tantum, ſed etiam noviſſimis temporibus hoc illud eſt depoſitum, quod in altera ad eundem epiſtola tam ſolicite eum cuſtodire vult: *Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum S. qui habitat in nobis.* Cujusmodi illud ſit, jam antea declaraverat: *Formam*, inquit
c. (*c*), *habe ſanorum verborum, quæ a me audiſti in fide, & in dilectione in Chriſto JESU.* Hoc illud eſt depoſitum, ad quod pro-

(*a*) 1. Tim. II. (*b*) 1. Tim. IV. 6.
(*c*) 2. Tim. I. 14.

provocaverunt, quicunque ad ſucceſſores apoſtolorum epiſcopos, hæreticos remiſerunt: unde divinum illud donum in eccleſiæ magiſterio manet, ut immune ab omni errore, atque in ſcripturarum interpretatione, præceptorum, documentorumque divinorum explicatione, hæreſum damnatione infallibile judicium ſemper edat, cui ſine piaculo contravenire, ſine errore refragari non liceat. *Qui illam*, verba ſunt epiſtolæ ſynodicæ CAPREOLI epiſcopi Carthaginenſis inter acta conc. Epheſ. I. *perpetuam ſtabilitatem retinere voluerit, quæ de catholicæ fidei ratione ſtatuerit, is non propria auctoritate, ſed antiquorum Patrum judicio ſententiam ſuam corroborare debet: ita ut ea ratione partim veterum, partim recentiorum decretis & ſententiis placita ſua comprobans, unicam eccleſiæ unitatem jam inde ab initio, ad præſens utique tempus, ſimplici puritate, invictaque conſtantia & auctoritate decurrentem ſe aſſerere, docere, & tenere oſtendat.*

VII. Certe ſunt ex ipſismet adverſariis, qui non diffiteantur, niſi hujusmodi admittatur auctoritas, cui obſequium fidei debeatur, fidei unitatem conſervari non poſſe, ſed neceſſario ſectas multiplicari: idcirco multi eo delapſi ſunt, ut paucos articulos fundamentales ſufficere dicant

Deciſionibus fidei ab eccleſia factis omnes obſequium fidei debere.

dicant ad univerſalis eccleſiæ communionem, licet etiam communitates diris ſe devoveant. Sed quæ eſt iſta pax, & unio, non dicam inter fulmina anathematum, & excommunicationum, ſed fidei & ſententiarum in ſummo negotio religionis veritatibusque divinis? Dandum ergo hoc ſingulari DEI providentiæ, quæ voluerit per ſpiritum ſuum adeſſe, & dirigere afflatu & inſtinctu eccleſiaſticum miniſterium, ut in dijudicandis enatis controverſiis cum ſuprema auctoritate infallibilis ſit, ad quam recurrendum ejusque deciſioni parendum absque ulteriori examine, auctoritate eccleſiæ competente non ſolum in capitibus ordinis & diſciplinæ, ſed etiam in articulis dogmatum fidei; in quibus quemque ſuæ opinioni, ſi fortaſſe contrariam foveat, diffidere, & eccleſiæ effatum ſequi oporteat: nec quisquam ſibi perſuadeat, plus ſe ſapere privato judicio, quam eccleſia, & gubernatores eccleſiaſticæ navis, quibus a DEO aſſiſtentia uſque ad conſummationem ſæculi eſt promiſſa, cum privata judicia infinities jam a vero aberraſſe ſint deprehenſa.

Obſequiũ fidei nulla neceſſitate intellectũ ſtringit.

VIII. Sed illud objiciunt LACTANTII (*a*): nihil tam voluntarium eſſe, quam religionem, in qua ſi animus adver-

(*a*) *Lib. V. c. 14.*

verſus ſit, jam ſublatam, jam nullam eſſe. Et idem jam prius: *Quis mihi*, inquiebat (*a*), *imponat neceſſitatem vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi.* Et illud TERTULLIANI (*b*): *Humani juris, & naturalis poteſtatis eſt, unicuique, quod putaverit colere: nec alii obeſt, aut prodeſt alterius religio, ſed nec religionis eſt cogere religionem, quæ ſponte ſuſcipi debeat, non vi.* Sed falluntur adverſarii, qui obſequium fidei coactionem putant, quo homines, DEI auctoritate ducti (eccleſiam commendantis & regentis) ſuo arbitrio diffidere ſponte eligunt, quod erroribus obnoxium norunt, ut eccleſiæ ſententiam ſequantur, quam ſibi infallibilem perſuadent. Certe ſi quis privata opinione certam veritatem complectitur, non alia erit publica eccleſiæ ſententia, utpote infallibilis. Quod ſi autem certus non eſt quis de propria ſua ſententia, utique tutius eſt, auctoritati a DEO inſtitutæ ſubmittere ſuum judicium, quam errandi ſe committere periculo, quam ſpecioſis etiam ducatur rationibus. Neque hic ulla coactio eſt, ſed minime dubia de infallibili eccleſiæ judicio perſuaſio: cum S. AUGUSTINUS aſſeveret, ſe etiam evangelio non credere, niſi ob eccleſiæ auctoritatem.

a.

b.

Defer-

(*a*) Cap. 13. (*b*) Ad ſcapulam c. 2.

Deferre ergo auctoritati eccleſiæ, eique obſequium præſtare, eſt infallibili veritati aſſenſum præbere; victas autem veritati dando manus nulla vis intellectui infertur, aut coactio aliqua intercedit, ſed ſponte, ſuapteque natura aſſenſus, & adſtipulatio ſequitur.

§. IV.

De auctoritate eccleſiæ judicandi, ac decidendi quæſtiones circa facta dogmatica.

I.

Janſeniſtarũ ſtudia, ne eccleſia excideret, aut JANSENIUM deſereret.

Supereſt, atque ævo noſtro exorta, ingentes adhucdum motus & turbas fovet, de legitima eccleſiaſtica poteſtate circa facta dogmatica domeſtica controverſia, a JANSENII fautoribus excitata: ſi tamen domeſtica dici debet, eum potiſſimum in finem tam ſtudioſe defenſa & adoptata, ut adhærere liceat JANSENIO, quin eccleſia exire neceſſe ſit, atque damnationem ſubire: quod ingenti ſtudio ac anniſu laborarunt JANSENII doctrina imbuti. Multi, atque inter hos celebris in cauſa Janſeniſtica P. ANNATUS (*a*) ardenter optavit, ut Janſe-

(a) Reſponſe a quelques demandes. Demande 17.

Janſeniſtæ ſeipſos ab eccleſia tandem ſeparārent. Quidam etiam oratorii presbyter conteſtatus eſt litteris ad ducem Paremque Galliæ: *Qu'il ne mourroit pas content, s'il ne voioit les theologiens de Port-Roial ſe retirer eux memes de l'egliſe catholique, & qu'il falloit les pouſſer jusqu'a ce qu'on les engageat a le faire.* At illi hanc conſolationem ne ſuis adverſariis hactenus facerent, nihil non egerunt: cumque non amplius id liceret, ſuſcepto patrocinio quinque propoſitionum, his rejectis ad defendendum JANSENIUM, ejusque AUGUSTINUM unice animum ac ſtudium impenderunt, facti quæſtionem dictitantes, in qua eccleſia falli poſſit ipſa, non Pontifex tantum: An nimirum ſenſus hæreticus olim in CALVINO damnatus de gratia & libero arbitrio in JANSENIO contineatur: ſi textus integer libri illius, non præciſa, aut ut iſti contendunt, ad lubitum contexta ſpectentur verba.

II. Non negant eccleſiæ eam poteſtatem ſupremam interdicendi uſum terminorum quorundam, quando id opus. At non eſſe adeo exploratum dicunt, eccleſiam infallibilem eſſe imputando libro auctoris particularis ſenſum hæreticum. Non ſolum theologi, ſed epiſcopi etiam complures litteris, inſtructionibusque paſto-

Controverſia de infallibilitate eccleſiæ in factis dogmaticis in JANSENII defenſionem.

paſtoralibus pro eccleſia pronunciarunt, ejus nimirum infallibilitate, ut vocant, textuali, tanquam omnibus ſæculis credita, atque theologorum omnium ſuffragio aſſerta: ipſa hoc efflagitante auctoritate eccleſiæ, cui ſeſe dedere, ſubmittereque ſincera rationis intellectusque adſtipulatione quisque debeat: tametſi nec rei evidentia convincat, nec revelatio perſuadeat. Contra JANSENII patroni hanc infallibilitatem incognitam toti antiquitati vociferabantur, atque theologiam hanc, qua facta præciſe & perſonalia diſtinguuntur a factis dogmaticis, reſeratam ſæculo XVII. ac primum ortam eſſe dictitant: cum antea juxta hos ſenſu communi ſtaretur, quo facta ſuapte natura diſtincta a dogmatibus fidei probarentur, ut adeo, qui ea neget, non ideo deciſionem dogmatis ab eccleſia factam deſtruat. Huc redigebantur conſtricti ad jurandum juxta formulare ab ALEXANDRO VII. propoſitum, quo damnari jubentur propoſitiones *in ſenſu a Janſenio intento.* Hinc famoſus ille *caſus conſcientiæ* inter ipſos etiam Janſeniſtas lites ingentes movit: Aliis ſubſcriptionem damnantibus prorſus: aliis judicantibus, tametſi eccleſia infallibilis haud ſit in deciſione ejusmodi, ſubſcriptionem, quod librum ipſamque

que JANSENII perſonam ſpectat, fieri ac accipi aliter haud poſſe, quam nudi obſequii, reverentiæ, ac reſpectus teſtificationem, minime interioris credulitatis argumentum. Illud D. AUGUSTINI (*a*) perpetuo in ore habent iſti: *Præſtat per DEUM neſcire, quia ipſe non revelaverit, quam per hominem ſcire, quia ipſe præſumſerit.* Hoc modo illi hæreſeos ſuſpicionem non ſolum a ſe amoliri geſtiebant, verum etiam Janſeniſmum omnem inane ſpectrum proclamant, nemine exiſtente, qui quinque propoſitiones in ſenſu ab eccleſia damnato defendat. Id etiam celebris ille epiſcopus Aletenſis litteris ad regem datis eſt profeſſus, auſusque eſt dicere, nullum repertum iri in toto ſuo regno, famoſo Janſeniſmo infectum, ſi doctrina propoſitionum in ſe ſpectetur. Ipſe ARNALDUS deferre minime dubitavit conſtitutioni ac bullæ, in qua quinque propoſitiones damnantur, ſi ſpectentur in ſenſu proprio & naturali, quem verba præferunt (ut habet in litteris ad ducem & Parem Franciæ) ſine diſtinctione aut reſtrictione, aut quærendo aliquam explicationem, etiam prout in libris JANSENII habeantur, ſi tamen in illis contineantur. Id quod negant, & anſam a.

(*a*) Lib. II. de Anima.

toti huic controverſiæ dedit. Quoad hunc tamen etiam ſenſum, nimirum JANSENII, ſe quidem non obſtrepere eccleſiæ velle dictitant, obedientiam, ſummiſſionemq; reſpectuoſam ultro offerentes; non vero conformitatem fidei, & judicii, quam eccleſia, in ejusmodi rebus fallibilis, petere non poſſit. Certe enim, ſi eccleſia in ejusmodi deciſionibus facti dogmatici infallibilis haud eſt, requirere haud valeret, ut conſtitutiones ejus omnimoda approbatione recipiantur. Atque hac reſtrictione uſi ſunt non pauci epiſcopi JANSENIO faventes. Licet vero ſucceſſu temporis plerique veram interiorem conſenſionem præbuerint epiſcopi, atque etiam palam fecerint mentem ſuam, & fidelibus ſibi ſubditis tenendam præſcripſerint, ſicque præſcriptio videretur ſtare ex conſenſione eccleſiæ, communione legitimæ poteſtatis accedente, ac robur addente, neutiquam tamen conſtitutioni pontificiæ acquieverunt JANSENIO addicti. Acceptationi quidem epiſcoporum factæ bullis pontificiis pro doctrina ipſa ac dogmate pondus ſuum demere haud præſumſerunt, ceu totidem teſtimoniis traditionis eccleſiarum ſuarum: cujus traditionis unanimis conſpiratio argumentum ſit doctrinæ totius eccleſiæ; at contenderunt

agi

agi circa ſcripta (a), factaque dogmatica, ubi ex ipſa lectione ſit capienda intelligentia, non ex traditione. Nec hic momentum aliquod auctoritatem epiſcoporum addere dicunt, quando bullam Pontificiam, factum ejusmodi continentem, recipi ac publicari fecerunt in ſuis eccleſiis: cum id plerique etiam in Gallia fecerint non lecto, nec examinato JANSENII libro, atque aliarum nationum præſules nec viderint librum: unde conſenſus eccleſiarum urgeri non poſſit tot ſubſcribentibus, qui legendi aut examinandi negotium ſibi haud ſumſerint, alii autem rerum gnari ſubſcripſerint non obſequium fidei, ſed reſpectus tantum deferendo, nec a ſuis etiam multi in ſubſcriptione plus expetierint. Id litteris etiam ad Regem & Pontificem conteſtati ſunt epiſcopi XIX. ſcriptis ad purgandas epiſcoporum quorundam conſtitutiones (*Mandemens*) in quibus aperte poſuerant, theologos convenire eccleſiam falli poſſe, quando judicium fert de propoſitionum ex libris extractarum ſenſu hæretico, nec poſſe ſola ſua auctoritate obſtringere ad fidem interiorem ejuscemodi facti, ſed tantummodo ad ſilentium obſequioſum. Contrariam 1.

(a) Defenſe des Theologiens &c. contre l'ordonnance de M. de Chartres.

ſententiam illi vocant novam & pernicioſam, adverſantem principiis religionis, bono principis, & ſecuritati ſtatus. Agebatur de ſubſcriptione formularis, quam hi epiſcopi pure faciendam eſſe non exiſtimabant: adverſarii maxime illa verba concoquere non poterant, *in ſenſu a Janſenio intento*: quibus non ſolum ſenſus, quem verba & contextus libri continet, ſed etiam intentus ab ipſo auctore perſtringitur.

Quaſi nunquam ab eccleſia damnatus eſſet ejus liber.

III. Multa hic congerunt, ut oſtendant Romæ etiam præſertim ſub CLEMENTE XI. in celebri illa reconciliatione quatuor inſignium epiſcoporum, quoad factum JANSENII, ſilentium ſolum obſequioſum, reſpectuoſumque eſſe requiſitum, ac primum in damnatione propoſitionum quinque ultra non proceſſum, imo ſtudioſe nomini ac famæ JANSENII conſultum fuiſſe: ut nec D. CORNET, qui primus in Sorbona attulerit quinque propoſitiones, dicere auſus fuerit, eas eſſe JANSENII. Mirum etiam quantam diſcuſſionem flagitarunt, ut potuerit ſtatui de ſenſu: nimirum, ut ſicuti factum fuit in congregationibus *de auxiliis*, audirentur omnes qui pro utrisque propoſitionibus contradictoriis pugnant, atque de propoſita controverſia in utramque partem diſceptant.

Digitized by

ptant. Etiam quæ a clero Gallicano, in congreg. ann. 1661. & 1663. hac in re erant ſtatuta ac declarata ratione formularis ſubſcribendi, quoad propoſitiones quinque ex libro JANSENII excerptas, atque damnatas hæreſeos, in ſenſu ab auctore intento, ita ut contradicentes rebelles hæretici habeantur, atque pœnis ſubdantur in conſtitutionibus latis, omnia illi ſurdis præterierunt auribus dicentes, examinatam rem de novo haud eſſe in his congregationibus, eo rigore, qui unice in hac re ſatisfaceret, quatenus per evidentiam facti, non auctoritatem de legitimo ſenſu conſtare debeat. Unde hactenus contendunt a corpore eccleſiæ Gallicanæ, quod factum JANSENII ſpectet, nihil legitimum, authenticumque emanaſſe: multo minus eccleſiæ univerſalis aliquam deciſionem aut acceptationem factam dici poſſe: quod etiamſi factum foret, tamen, cum eccleſia in hac re ſit fallibilis, necdum fore obligationem obſequium fidei, interioremque aſſenſionem præſtandi.

IV. Doctrinam iſtam acriter inter alios defendit auctor *apologiæ theologorum*, qui ſe diſcipulos S. AUGUSTINI haberi volunt, certe JANSENII ſunt. (*a*) Ho- Adverſæ partis principia & præjudicia.

(*a*) Defenſe des Theologiens &c. contre l'ordonnance de M. l'Eveque de Chartres portant condemnation du cas de conſcience.

Digitized by Google

rum hyſperaſpiſtes, de quo agimus, ſententiam de infallibilitate eccleſiæ circa quæſtiones facti dogmatici novitatem repugnantem omnibus theologis, præſertim Gallis, antiquæ eccleſiæ inauditam ac pernicioſam edixit, quæ poſſet, ſi radices ageret, eccleſiam in confuſionem horribilem, ac vix non ruinam proſternere. Petit epiſcopi Carnutenſis conſtitutionem, qua adverſus ſerpentes JANSENII diſcipulos determinatur perenni uſu & auctoritate totius antiquæ & recentioris eccleſiæ in conciliis, alibique expreſſe flagitantis exigentisque condemnationem e. g. ARII, MACEDONII, NESTORII, EUTYCHETIS, WICLEFFI, *Joannis* HUSS, HIERONYMI *Pragenſis*, ut ſicut pro hæreticis haberentur omnes illi, qui ore ac corde ſcripta horum hæreſiarcharum cenſuris inuſta non rejicerent, pari jure hoc modo cum JANSENII defenſoribus, qui librum ejus condemnare renuunt, agi poſſet. Contra obtendunt adverſarii, hicque ANONYMUS, credulitatem ejusmodi non auctoritate vel pontificiæ conſtitutionis, aut acceptantis eam eccleſiæ ſtatui poſſe, ſed ſolum evidentia facti. *Si le fait*, inquit (*a*), *de Janſenius eſt un fait notoire & evident, il eſt indubitable qu'on eſt obligé* a.

de

(*a*) Defenſe des Theologiens &c. *Art. I.*

de le croire avec une entiere aſſurance; car on eſt obligé de bien uſer de ſa raiſon: & c'en ſeroit mal uſer, que de refuſer ſon conſentement a des choſes claires, & evidentes. Cum enim infallibilitatem eccleſiæ hic non tribuat, ab ejus auctoritate etiam firmum ac fixum perſuaſionis intimæ fundamentum repeti poſſe negat. In hanc rem accumulat theologorum catervam, qui eccleſiam in factis fallibilem aſſeruerunt, nemine diffitente. Ut enim Card. BELLARMINUS (*a*) fatetur, conveniunt omnes Catholici, poſſe Pontificem ut Pontificem, & cum cœtu ſuo conſiliariorum, vel etiam cum generali concilio errare in controverſiis facti particularibus, quæ ex informatione, teſtimoniisque hominum præcipue pendent. Sed hic illud præprimis urgent, quod idem BELLARMINUS cum aliis multis ad excuſandum HONORIUM ob Monotheliſmum in tribus conciliis orientalibus condemnatum affert: concilium imprimis VI. deceptum fuiſſe falſis rumoribus, Græcis ſenſum epiſtolæ HONORII haud aſſequentibus. Magnus numerus eſt eorum, qui hoc modo ante & poſt BELLARMINUM HONORIUM excuſatum voluerunt. Ad hodiernum etiam uſque diem ORIGENES defenſores & patro-

a.

(*a*) Lib. IV. de ſumm. Pontif. c. 2.

patronos eſt nactus, licet is in concilio V. ſit damnatus: haud ſecus MARCELLUS *Ancyr.* olim quibusdam in conciliis damnatus, THEODORETI item, ac IBÆ ſcripta hodie ſummos viros defenſores habuerunt; ut etiam haud defuerint, qui generatim dicerent, libros aliquando anathematizatos, quando motus ac pericula inde eccleſiæ imminebant, poſtea his ceſſantibus iterum juſtificatos fuiſſe. Atque adeo ſimilibus in caſibus ſufficere volunt ſilentium reſpectuoſum, nec eccleſiæ auctoritatem plus hic ad interiorem perſuaſionem prævalere, quam certæ, & indubitatæ rationes conjunctæ id ferant.

Utriusque partis explicandi rationes quoad diſtinctionem factorum, ac ſcriptorum dogmaticorum damnabilium.

V. Noſtri hic varia factorum genera diſtinguenda ſunt rati, quorum alii perſonalia inter doctrinalia: ſingularia & generalia: ſolemnia & non ſolemnia, inter ſenſum auctoris, & ſenſum libri acute diſtinguunt: quibus enodare ſtudent, quæ hic objiciuntur ex antiquis factis, ejusmodi & novorum theologorum excuſationibus, explicationibusque, majore ſane apparatu, & acuminis oſtentatione, quam opus ſit in ejusmodi cauſa, qua agitur de eccleſia divina providentia gubernata, atque perpetua aſſiſtentia munita: ut quando opus eſt, infallibiliter decernat de omnibus illis rebus, quæ

quæ indirecte ſaltem ad fidem, pacem, tranquillitatem, & unitatem eccleſiæ, univerſimque ad regimen eccleſiæ, legitimamque poteſtatem eccleſiaſticam rite exercendam pertinent, ac quibus deferendum eſt propter auctoritatem, aut deciſionem eccleſiæ, non ſolam evidentiam, ac certitudinem. Nec eſt cur JANSENII defenſores tantopere fugillent diſtinctionem illam, quam in hac re attulit doctor & epiſcopus illuſtris de PEREFIXE fidei humanæ & eccleſiaſticæ: quarum prior rationibus in rebus notoriis, claris, & apertis, altera auctoritate eccleſiaſtica etiam in obſcuris, licet non relevatis, ducente, aſſiſtenteque Spiritu S. infallibile judicium perficiat. In propoſita controverſia utriusque generis cauſæ dantur. E.c. facta LUTHERI & CALVINI primi generis ſunt, de quibus etiam non judicante eccleſia conſtat, ipſis auctoribus, eorumque ſectatoribus haud diffitentibus, atque pro ſuis agnoſcentibus, qui ipſis imputantur, errores. Alia facta ſunt obſcura, & controverſa: quod tunc maxime fieri pronum eſt, ut illuſt. ALETENSIS epiſtola ad D. de PEREFIXE obſervat, quando auctores, quibus attribuitur perverſa doctrina, ſunt in communione eccleſiæ mortui, nec niſi poſt mortem eorum

8. libri condemnantur. *Alors*, inquit (*a*), *on peut avoir des raiſons de douter qu'ils ajent enſeigné les erreurs qu'on leur attribue & on n'eſt pas obligé de le croire par la deciſion, & la ſeule auctorité de l'egliſe. Talls ſont les faits d'Honorius, de Theodoret, & de pluſſieurs autres a la creance deſquels les theologiens ne ſe croient pas obligé en vertu de la deciſion.* Huc revocat factum JANSENII: *Car*, inquit, *il s'agit d'un auteur qui eſt mort avant qu'on lui eut attribué les 5. propoſitions, & qui par conſequent ne les a pas avoués; & l'on ſcait auſſi que ceux qui les defendent ne les avoüent pas, mais les rejéttent.* Ponit ibi aliud ſignum, quo in hac re poſſit haberi certitudo, conſpirantibus nimirum omnibus, qui judicio pollent: atque ex hac evidentia, nulla intercedente auctoritate, hic unice ſtatuendum volunt: uti notorium & evidens fuerit ARIUM conſubſtantialitatem divini verbi negaſſe: MACEDONIUM divinitatem Spiritus ſancti: NESTORIUM unitatem perſonarum in Chriſto, EUTYCHETEM duas naturas: LUTHERUM & CALVINUM plura capita doctrinæ catholicæ impetiiſſe. Contra in JANSENII cauſa, nec de ejus mente conſtare dicunt, nec ſectatores ejus in eo agnoſcere & defendere doctrinam damna-

(*a*) M. d'Alet dans la lettre a M. de PEREFIXE.

Ferrara, 1555, in-8°. — Ferrara, 1556, in-8°. — Ferrara, 1557, in-8°. — Ferrara, 1558, in-8°. — Ferrara, 1559, in-8°. — Ferrara, 1560, in-8°. — Ferrara, 1561, in-8°. — Ferrara, 1562, in-8°. — Ferrara, 1563, in-8°. — Ferrara, 1564, in-8°. — Ferrara,

il eſt viſible que cette explication non ſeulement ne eſt pas une marque qu'on ſoutienne ces erreurs : mais eſt au contraire une marque qu'on les rejette & qu'on les condamne, puisqu'on ne juſtifie celui qui en a eté accusé, qu'en montrant qu'il en a eté exempt. Idem eodem loco ad eundem: *L'Egliſe, Monſeigneur, eſt le corps de J. Ch. & J. Ch. eſt la ſouveraine raiſon. Qui a-t-il donné de moins raiſonnable, que de pretendre, que pour agir ſelon l'eſprit de l'egliſe, il fait agir contre la raiſon. Or il n'y a rien de plus opposé a la raiſon que de vouloir prendre pour ſigne d'une choſe, ce qui eſt ſigne du contraire. Et par conſequent, etant plus clair que le jour, que la condamnation, d'une hereſie point au refus de l'attribuer à un auteur, ne fut jamais au jugement d'aucune perſonne ſage un ſigne & un marque, que l'on ſoutient cette hereſie; mais que c'eſt au contraire un ſigne qu'on ne la ſoutient pas.* Quando eccleſiæ unice res eſſet cum piis & ſinceris hominibus, valeret hoc aliquid: at cum veneno hæreſeos afflati homines ſoleant variis dolis & fraudibus rem agere, ac errorem tegere, aliter certe ſtatui debet. Unde nonnunquam accidit, ut eccleſia nunc vocem adoptet, nunc rejiciat. Uti factum cum voce conſubſtantialis: Utraque vice bene ſe geſſit eccleſia, rite-

que

Captaincy, Lieutenancy, Ensigncy, Quartermastership, Adjutancy, Paymastership, Surgeoncy, Chaplaincy, Majorship, Lieutenant-Colonelcy, Colonelcy, Brigadiership, Majority-General, Lieutenant-Generalship, Colonelcy of Horse, Colonelcy of Foot, Colonelcy of Dragoons, Colonelcy of Regiment, Colonelcy of Marines, Colonelcy of Militia, Colonelcy of Fencibles, Colonelcy of Volunteers, Colonelcy of Yeomanry, Colonelcy of Artillery, Colonelcy of Engineers, Colonelcy of Guards, Colonelcy of Cavalry, Colonelcy of Infantry, Colonelcy of Rifles, Colonelcy of Hussars, Colonelcy of Lancers, Colonelcy of Cuirassiers, Colonelcy of Carabineers, Colonelcy of Horse Guards, Colonelcy of Foot Guards, Colonelcy of Life Guards, Colonelcy of Blues, Colonelcy of Greys, Colonelcy of Scots Greys, Colonelcy of Royal Horse Guards, Colonelcy of Royal Dragoons, Colonelcy of Royal Scots, Colonelcy of Royal Irish, Colonelcy of Royal Welsh, Colonelcy of Royal Marines, Colonelcy of Royal Artillery, Colonelcy of Royal Engineers, Colonelcy of Royal Guards, Colonelcy of Royal Cavalry, Colonelcy of Royal Infantry, Colonelcy of Royal Rifles, Colonelcy of Royal Hussars, Colonelcy of Royal Lancers, Colonelcy of Royal Cuirassiers, Colonelcy of Royal Carabineers, Colonelcy of Royal Horse Guards, Colonelcy of Royal Foot Guards, Colonelcy of Royal Life Guards, Colonelcy of Royal Blues, Colonelcy of Royal Greys, Colonelcy of Royal

que ſolemniſſimis eccleſiæ judiciis bellum indicere, ſannis, dicteriis excipere, contemtui exponere. Fides nonniſi verbis poteſt exprimi, nec eccleſia ſemper in verbis ipſius ſcripturæ ſatis tutelæ & cautionis invenit contra perverſas interpretationes, corruptionemque veri ſenſus. Ut adeo ſemper eccleſia neceſſarium duxerit, nova quædam adoptare verba, quæ etiam ſumma auctoritate veluti civitate donat & conſecrat, ut nemini liceat ea repudiare, cenſeanturque jam indivulſe dogmati connexa. Nec negari poteſt eccleſiæ divino lumine colluſtratæ in delectu ejusmodi infallibilis auctoritas, non ſolum in fidei dogmate ſtatuendo, ſed etiam aptis ad hoc verbis ſeligendis, contrariis vero, in ſcriptis & doctrina perverſorum hominum, explodendis. Quæ ſunt invicem concatenata, ut hæreſeos reus agi poſſit ſingulis hiſce, aut uni eorum parti obſtrepens, licet fide divina & revelatione ſingula non nitantur. Cum enim Chriſtus cum eccleſia ſua ſe futurum promiſerit uſque ad conſummationem ſæculi, nullam quidem novam revelationem deinceps facit; adeſt tamen providentia ſua, & aſſiſtentia, ne quo modo concutiatur, vel obfuſcetur obſcuris aut ambiguis verbis, & ſententiis, ad quas deponendas adſtringere poteſt

eccle-

ſu, quod novelli iſti ad unius hominis, unius libri defenſionem confingunt. Solent noſtri ſollicite hæc diſtinguere, quæ facti ſint præciſe in hac controverſia, atque inter alios ſua in conſtitutione ill. CARNUTENSIS. *Que Janſenius, dit-il, ſoit l'auteur du livre intitulé Auguſtinus c'eſt un pur fait: que ce livre contienne a la lettre telles, & telles ſyllabes, c'eſt un pur fait, que cet auteur ait caché dans ſon cœur un ſens heretique ou non, c'eſt un pur fait, tous ces faits n'intereſſent en rien la doctrine de l'egliſe. Mais que ce livre contienne dans ſon ſyſteme, & dans ſa propre ſignification le ſens de propoſitions heretiques, ce n'eſt pas un pur fait qui ſoit indifferent au ſalut des fideles, & au dogme; mais un point qui a une etroite liaiſon avec le droit & la foi.* Et ſane cum eccleſia ſubſcribi vult tam in hac poſteriore cauſa, quam in aliis omnibus, idque cum jurejurando, quomodo credi poteſt, eam veram interiorem aſſenſionem non flagitare ſine manifeſta perjurii impietate? Quomodo ſine aperta injuſtitia damnare potuit tot hæreticos reclamantes? Tot ſcripta ac libros configere? Imo quomodo definitiones fidei vel ex ſcripturis, vel traditionibus infallibiliter eruere, ſi in ſenſu ſcriptorum & verborum determinando fallibilis eſt?

Omnes

Genesis, Scriptum & Interpretum ne-
cessitatem, ut ad Hebraicum fontem
recurrendo sese ipsi vindicent, & ab
omni Graecorum Versionum, quae
Prophetas Regum, ut ubique in Scrip-
turis Hebraicis vocantur, Graecis
Versionibus, quae Prophetas Regum
vocant, Graecis Versionibus, quae
non pertinent ad Canonem, ne alias
quidem Versiones, quae Prophetas
Regum, ut ubique in Scripturis He-
braicis vocantur, Graecis Versionibus,
quae Prophetas Regum vocant, Graecis
Versionibus, quae non pertinent ad
Canonem, ne alias quidem Versiones,
quae Prophetas Regum, ut ubique in
Scripturis Hebraicis vocantur, Graecis
Versionibus, quae Prophetas Regum
vocant, Graecis Versionibus, quae non
pertinent ad Canonem, ne alias quidem
Versiones, quae Prophetas Regum, ut
ubique in Scripturis Hebraicis vocan-
tur, Graecis Versionibus, quae Pro-
phetas Regum vocant, Graecis Ver-
sionibus, quae non pertinent ad Ca-
n

ſus de legitima eccleſiaſtica poteſtate, atque infallibili decernendi facultate.

Novo exemplo, ac doctrina non ita pridem primum excogitata.

IX. Nec de hac re ulla unquam in antiqua eccleſia, quamdiu ſimplex theologia ac jurisprudentia obtinuit, controverſia fuit mota, aut dubitatio orta: quamprimum etiam ſubtilitatibus, & acutis diſtinctiunculis adinventis & gliſcentibus ita philoſophati ſunt in ſacris, acumen iſtud fuit repreſſum. Ea arte abuſus eſt primum ABAELARDUS de quo OTTO Friſingenſis notavit: *Apologeticum eum ſcripſiſſe prædictorum capitulorum partim verba, ex toto autem ſententiam negando.* Sic in concilio Conſtantienſi in cauſa *Joannis* PARVI fuerunt, qui ſimiliter argutarentur: *In ſchedula quadam a Pariſienſi epiſcopo ex concilio Conſtantienſi miſſa ad magiſtros ſcholæ Pariſinæ continente propoſitiones extractas ex quaternionibus magiſtri Joannis Parvi habetur, quæſiviſſe aliquos evaſionem dicentes: quod illæ aſſertiones poſſunt exponi rationabiliter addendo gloſſas aliquas,* ut habetur apud *Joannem* GERSON (*a*): *addunt pro regula,* ut porro ibi legitur, *quod nulla propoſitio damnanda eſt, quæ poteſt trahi ad bonum ſenſum, ſed illa reſponſio cum ſua additione pernicioſiſſima eſt, & contra omnem eccleſiaſticum ritum, quia*

a.

ſic

(*a*) T. I. p. 413. &c. oper.

Digitized by Google

Ἐξ ἀμφοῖν ἐγένετο· μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε
Κόδρος ὁ Μελάνθου ἔτη εἰκοσιτέσσαρα καὶ
Μέδων ὁ Κόδρου ἔτη δώδεκα καὶ Ἀκαστος
ὁ Μέδοντος ἔτη ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν· μετὰ δὲ
τοῦτον ἐβασίλευσε Μεγακλῆς ὁ Ἀκάστου
ἔτη τριάκοντα καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον
Δειόγνητος ὁ Μεγακλέους ἔτη τριάκοντα
καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον Φόρβας ὁ Δειογνήτου
ἔτη τριάκοντα καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον
Μεγακλῆς ὁ Φόρβαντος ἔτη τριάκοντα καὶ
ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλκμέων ὁ Μεγακλέους
ἔτη τριάκοντα καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον
Λεώκορος ὁ Ἀλκμέωνος ἔτη τριάκοντα καὶ
ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον Ἀθάμας ὁ Λεωκόρου
ἔτη τριάκοντα καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον
Ἀρίστων ὁ Ἀθάμαντος ἔτη τριάκοντα καὶ
ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον Ἀρίστιππος ὁ Ἀρίστωνος
ἔτη τριάκοντα καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον
Ἀρίστων ὁ Ἀρίστωνος ἔτη τριάκοντα καὶ
ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον Ἀγάθων ὁ Ἀρίστωνος
ἔτη τριάκοντα καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον
Ἀριστόμαχος ὁ Ἀγάθωνος ἔτη τριάκοντα καὶ
ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον Ἀριστόδημος ὁ Ἀριστομάχου
ἔτη τριάκοντα καὶ ἑπτά· μετὰ δὲ τοῦτον
Ἀριστόμαχος ὁ Ἀριστοδήμου ἔτη τριάκοντα
καὶ

assertiones absque asserentis nomine nunciatæ sunt, quod versum vidimus in grande præjudicium causæ fidei, & catholicæ veritatis, quia non ita potuit intelligentia dictorum ex causis assumi dicendi. Nec silet, quos jam tunc motus causa hæc concitarit: *Aliis volentibus: quod nulla propositio, quæ potest ad aliquem sensum verum trahi, vel apponi, etiam de vi logicæ vel grammaticæ, debet condemnari, maxime judicio fidei. Quod propositio habens duos sensus unum verum & alium falsum, nullo modo debet judicio fidei reprobari, etiamsi fuerit scandalosa, vel piarum aurium offensiva, vel ad errorem inductiva.*

Inevitabili ecclesiæ, ipsiusque fidei detrimento.

X. Quid hinc oriturum sit in ecclesia, quilibet perspiciet: nec malis illis nuper excogitatum silentium respectuosum satis prospicere poterit, quod episcopus Carnutensis sua in constitutione de hac re primo statim loco, & post eum alii satis perspexerunt, notaruntque incommoda alias oritura. *S'il suffit*, inquit, *d'avoir a l'egard des faits decidés une soumission de silence, & de respect, les disputes sur un ouvrage ne finiront donc jamais. Il n'y a plus de decisions capables de reunir les esprits: le partage des fideles sera sans remede. L'egliſe notre mere n'a plus en elle le principe de reunion, pour finir le schisme & l'erreur que des ouvrages empoisonnés auront*

of the case, and to suppose the existence of the fact which is the subject of the presumption, until the contrary is proved. Thus, if a man has been absent seven years, and no tidings have been received of him, the law presumes that he is dead, and will act upon that presumption, unless it is proved that he is alive. Presumptions are of two kinds, viz. presumptions of law, and presumptions of fact. Presumptions of law are those which are established by the law itself, and which require no proof to support them. Presumptions of fact are those which arise from the circumstances of the case, and which require proof to support them. Presumptions of law are conclusive, and cannot be rebutted by any evidence. Presumptions of fact are not conclusive, and may be rebutted by evidence. Presumptions of law are founded on the general experience of mankind, and on the principles of justice and convenience. Presumptions of fact are founded on the particular circumstances of the case, and on the probability of the fact presumed. Presumptions of law are few in number, and are established by the law itself. Presumptions of fact are numerous, and are not established by the law itself. Presumptions of law are binding on the court, and must be acted upon by the court. Presumptions of fact are not binding on the court, and may be disregarded by the court. Presumptions of law are binding on the jury, and must be acted upon by the jury. Presumptions of fact are not binding on the jury, and may be disregarded by the jury. Presumptions of law are binding on the parties, and must be acted upon by the parties. Presumptions of fact are not binding on the parties, and may be disregarded by the parties. Presumptions of law are binding on the public, and must be acted upon by the public. Presumptions of fact are not binding on the public, and may be disregarded by the public. Presumptions of law are binding on all persons, and must be acted upon by all persons. Presumptions of fact are not binding on all persons, and may be disregarded by all persons. Presumptions of law are binding on all courts, and must be acted upon by all courts. Presumptions of fact are not binding on all courts, and may be disregarded by all courts. Presumptions of law are binding on all juries, and must be acted upon by all juries. Presumptions of fact are not binding on all juries, and may be disregarded by all juries. Presumptions of law are binding on all parties, and must be acted upon by all parties. Presumptions of fact are not binding on all parties, and may be disregarded by all parties. Presumptions of law are binding on all the public, and must be acted upon by all the public. Presumptions of fact are not binding on all the public, and may be disregarded by all

ST. JOHN RIVER. [1] Lat. 47° 21' 30" N. Long. 68° 20' 30" W. Variation 19° 30' W. High water, full and change, at 11 h. 30 m. Rise of tide 20 feet. Current runs 3 knots. Flood sets up the river, and ebb down. Vessels may anchor in the river, or in the bay, as they please. Wood and water may be had in plenty. Provisions may be had in small quantities. Pilots may be had at the mouth of the river, or in the bay. Vessels may enter the river at any time of the tide, but it is best to enter at high water. Vessels may anchor in the river, or in the bay, as they please. Wood and water may be had in plenty. Provisions may be had in small quantities. Pilots may be had at the mouth of the river, or in the bay. Vessels may enter the river at any time of the tide, but it is best to enter at high water.

ſuperius a nobis eſt demonſtratum, & apertum docet PAULI teſtimonium: nec inficiatur BOEHMERUS, at hoc ſtatui extraordinario, & derelicto eccleſiæ tribuit: ſed nos hunc ſtatum eodem jure rejicimus, quo BOEHMERUS aſſerit: non enim ex ſtatu extraordinario, ſed miniſterii poteſtate ordinaria a Chriſto eccleſiæ tradita jus omne eccleſiaſticum conſtare voluiſſe DEUM eo ipſo patet, quod primo ſtatim liberam & derelictam a toto mundo fundavit.

Ipſa imperii ſacri, ſeu ſyſtematis epiſcopalis epocha a BOEHMERO conſtituta eum falſitatis arguit.

IV. Quivis æquus judex meras calumnias eſſe in ampliſſimum eccleſiaſticum ordinem ſatis intelliget, dum omnem poteſtatem & jurisdictionem BOEHMERUM ſuperbiæ, faſtui, & ambitioni, ac dominandi libidini epiſcoporum tribuere intellexerit, ita ut hæc labes ſtatim naſcentem eccleſiam corruperit: ſic enim in epiſtola ad *Chriſtianum* THOMASIUM ſuis diſſertationibus in PLINIUM, & TERTULLIANUM præmiſſa perſuadere vult. *Quamvis*, inquit, *negari non poſſit tria priora ſæcula puriora, resque chriſtianorum meliori loco ſitas fuiſſe, non tamen hactenus a me impetrare potui, ut crederem poſt hæc demum tempora, Conſtantini indulgentia concurrente, fundamenta hierarchiæ, & imperii ſacri jacta, & ſæculum ſecundum, tertiumque adeo ab omni labe*

hac

ou même ch. Cette règle est fondée sur l'usage, et sur ce que le c ne peut jamais être suivi d'un e ou d'un i, sans changer de prononciation. Ainsi, on écrit *ce, ci, cela, cire, cité, cède, cécité, cécité, cécité

omnia epiſcopi agebant, ut vix umbra libertatis plebi ſupereſſet. Jus clavium, & ipſum ſacerdotium V. T. cum omni apparatu, & jure regio ſibi epiſcopi vindicabant, imo de primatu adeo inter ſe contendebant, ut quidam poteſtatem in alios, & ipſam jurisdictionem uſurparent, ut vel exempla Victoris, Stephani, aliorumque oſtendunt. Inde ſacrum hoc imperium non demum poſt tempora Conſtantini M. natum eſſe apparet, ſed quod jam antea fundatum, conſtitutumque erat, magis prorupit, & vires robuſtiores aſſumſit. Si enim tantum vel concilii Nicæni canones intuemur, deprehendimus, nihil adeo novi in his conſtitui, ſed tantum veteres mores circa regimen eccleſiaſticum confirmari, & approbari. Hæc ad verbum deſcribere ex prædicta epiſtola volui, quibus BOEHMERUS præter intentionem omnia alia agens teſtem veritatis agit: nimirum jura, & poteſtatem miniſterio eccleſiaſtico propriam recenſet, animo quidem convitiandi, & carpendi, ſed irrito conatu. Quis enim ſibi perſuadeat, Chriſtum eccleſiam pretioſo ſanguine ſuo redemiſſe ac laviſſe tam cito corrumpendam, veluti BOEHMERUS corruptionis principium ſtatim poſt mortem apoſtolorum ſtatuit. Diffiteri non potuit, eccleſiam eandem ſemper exercuiſſe poteſtatem, quæ cum ſyſtemati

ſtemati ſuo adverſetur, quid agit? Primum audivimus, eum judicandi exercitium, id eſt jurisdictionem in eccleſia primis ſtatim ſuis initiis ob ſtatum derelictum agnoſcentem, & ſequentibus ſæculis idem non diffitentem, ſed corruptelæ tribuentem: ſic quidem facile expedit, & ſolvit quidquid ſtatui ſuo æquali opponatur; ſed ſuopte ſimul ore prodit, minime æqualem hunc ſtatum ſtatui primævo convenire nullumque ejus veſtigium in eccleſia oſtendere valet. *Ubi religio,* a. (*a*) ingeminare mihi liceat, *ubi veneratio majoribus debita a vobis? Inſtructu, ſenſu, ipſo denique ſermone proavis renuntiaſtis: laudatis ſemper antiquitatem, & nove de die vivitis.*

Epocha ſyſtematis Papalis male a BOEHMERO collocata.

V. Sequitur jam tertium ſyſtema eccleſiæ Papale, quod poſt annum Chriſti milleſimum, juxta BOEHMERI calculum, ex immenſo Papæ dominatu emerſerit. Quid ſi hic BOEHMERUM BOEHMERO opponamus? Qui *Lib. I. T. I.* §. 12. juris ſui eccleſiaſtici longe ante Chriſti milleſimum annum contendit Pontificem Romanum principatum inter omnes epiſcopos ſibi aſſeruiſſe, arbitrium in cauſis fidei quodam jure ſibi vindicaſſe, & jus hoc decidendi cauſas fidei ipſos imperatores agnoviſſe. In exemplum LEONEM

(*a*) TERTULL. Apol. c. 6.

Digitized by Google

NEM adducit non ſolum reſcindentem ſynodum Epheſinam ſecundam, ſed etiam formam fidei concilio Chalcedonenſi præeuntem. Affert VALENTINIANI ad THEODOSIUM reſcriptum: *Quatenus beatiſſimus Romanæ civitatis epiſcopus, cui principatum ſacerdotii ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat, & facultatem de fide & ſacerdotibus judicare.* Male ergo & contra mentem epocham ſyſtematis Papalis poſt annum milleſimum collocat. Verum eſt poſterioribus temporibus ſummos Pontifices ob infrequentiam potiſſimum ſynodorum potiores partes in judiciis eccleſiaſticis cujuscunque generis habuiſſe: ſed cum *Ludovico* THOMASINO (*a*) aſſero hanc juris reſervationem non ambitioſa quapiam affectatione factam eſſe, ſed ipſis rerum eventis, & arcana omnipotentis ſapientiæ providentia, quæ rerum omnium momenta, & inclinationes temporum varias & mutabiles moderatur ad eccleſiæ ſalutem, & amplitudinem: cum præſertim inde etiam illuſtrior reddita ſit ſedis apoſtolicæ auctoritas, quod ſola jam exiſtat ex eccleſiis apoſtolicis, & eccleſiæ occidentis omnes ab ea ſementem fidei acceperint. Undique autem promiſſorum PETRO factorum expletio elucet, ac divina reſplendet ordinatio. a.

(*a*) P. I. L. I. c. 57. de Benef.

Divina in conſervatione eccleſiæ providentia.

VI. Hanc divinam eccleſiæ ſuæ proſpicientem ſolicitudinem & providentiam utinam nobiscum revererentur adverſarii, agnoſcerentque Chriſtum eccleſiam ſuam ſic conſtituiſſe, ut non ſolum ſibi ipſi ſufficiat, nec alieno imperio, ac regimine indigeat, ſed etiam ordinum amplitudine, majeſtate, auctoritateque omnia mundi regna longo poſt ſe relinquat intervallo: nec mundanorum regnorum viciſſitudinibus ſubſit, atque ab hoſtibus ſuis, quos infernus nunquam non contra illam inſtruit, tantum abeſt, ut quid ſibi timendum ſit. Quin hoc ſemper ſingulari Numinis divini benignitate, & forti conſilio factum cernimus, ut laceſſita amplitudine & decore creſcat: & quod de perſecutionibus Ethnicorum profeſſa eſt antiquitas, ſanguinem martyrum eſſe ſemen chriſtianorum, id de inſultibus hæreticorum etiam verum ſit, eccleſiam inde novum florem, decorem, & amplitudinem nanciſci. Id quod etiam ſperamus, dum jam dolentes cernimus ipſos eccleſiæ filios ad concutiendam eccleſiaſticam auctoritatem proruentes, imbibitis Proteſtantium latenter principiis.

Digitized by Google

L'USAGE
DU JURE
CANONICO
RATIONALIBUS.

PAR
M. JEAN CLAUDE
DE LA CROIX.

Alexandre Lacroix, et de Mlle Marie Dorval, qui, à la première représentation, a joué le rôle de Mme de Chevreuse avec un talent remarquable. Le succès a été complet. Le public a applaudi à plusieurs scènes, et a rappelé les auteurs à la fin de la pièce. Le drame est bien conçu, bien développé, et offre des situations fortes et dramatiques. Le style est généralement bon, et quelques scènes sont écrites avec beaucoup de verve et de chaleur. Le rôle de Mme de Chevreuse est admirablement rendu par Mlle Dorval, qui a su lui donner un caractère de grandeur et de noblesse qui le relève beaucoup. Le rôle de la duchesse est joué par Mlle Mars avec son talent ordinaire. Le rôle de Mme de Chevreuse est joué par Mlle Dorval avec son talent ordinaire. Le rôle de la duchesse est joué par Mlle Mars avec son talent ordinaire. Le rôle de Mme de Chevreuse est joué par Mlle Dorval avec son talent ordinaire.

annual reports of the Secretary of War, the Chief of Ordnance, the Chief of Engineers, and the Chief Signal Officer, with maps, illustrations, and appendices, as follows:

Report of the Secretary of War, in one volume.

Report of the Chief of Ordnance, in one volume.

Report of the Chief of Engineers, in two volumes and one atlas.

Report of the Chief Signal Officer, in one volume.

The Secretary of War recommends that the usual number of copies of the reports of the Chief of Ordnance, Chief of Engineers, and Chief Signal Officer be printed for the use of the Department, and that the usual number of the report of the Secretary of War be printed for the use of the Department and for distribution by the Senate and House of Representatives.

Respectfully submitted.

WILLIAM C. ENDICOTT,
Secretary of War.

The PRESIDENT,
Through the Secretary of the Interior.

teri etiam lege exemplum habeamus adverſus eos, qui MELCHISEDECHUM nobis objiciunt; quod olim fecit magiſtratus Cpolitanus, conſenſum ab abbate MAXIMO impetraturus typo CONSTANTIS imperatoris de unius voluntatis in Chriſto profeſſione: tota res in collatione MAXIMI cum principibus habetur, edita a Cl. P. SIRMONDO inter collectanea ANASTASII, ubi ſtrenue principibus ſacerdotium chriſtianorum ac imperatorum objicientibus, ac exemplum MELCHISEDECH urgentibus, reſpondet: & tamen in hac hæreſi ſunt hodie Proteſtantes illi, qui jus epiſcopale principibus tribuunt.

Utriusque poteſtatis limites.

II. Poteſtas ergo eccleſiaſtica in iis verſatur, quæ ad ſalutem æternam, quietem, ac rectum ordinem eccleſiæ ſpectant, tota circa res divinas, ſpirituales, & æternas, ſicuti econtra politica jurisdictio circa reipublicæ ſalutem, res mundanas, ac temporales. Fines ergo utriusque poteſtatis ex fine utriusque reipublicæ eccleſiaſticæ & civilis ſunt dimetiendi. Unde D. CHRYSOSTOMUS de præſtantia eccleſiaſtici principatus: *Iſte autem*, inquit (*a*), *principatus civili tanto melior eſt, quanto terra cælum, imo & multo magis; & non multa cura illi*

a.

(*a*) Hom. 15. in ep. 2. ad Cor.

Digitized by Google

illi eſt de ſæculari vita, omnia autem de cæleſtibus rebus pronuntiat. Eandem comparationem SYMACHUS inſtituit. *Conferamus autem*, inquit (*a*), *honorem imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum diſtat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iſte divinarum.* Sed his plena ſunt Pontificum epiſtolæ, cum ipſis adverſus ſacra uſurpantes principes jura eccleſiæ fuere defendenda. Nec tanta encomia invidia carnere, ut in Galliis a ſenatu Pariſienſi 1626. comparationes illæ, quibus INNOCENTIUS III. aliique, etiam Græci, ac integræ ſynodi uſæ ſunt, ſoli eccleſiaſticam, lunæ civilem poteſtatem conferendo, ſint rejectæ, ac prohibitæ. Nos, ut fines cujusque ſtatus breviter conſtitueremus, hæc pauca colligere voluimus, ab aliis jam multo pluribus conſarcinatis: cum ex praxi apoſtolica conſtet, imo ipſius Chriſti verbo & exemplo habeatur, danda Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & DEO quæ ſunt DEI, quibus verbis olim magnus Osius poteſtatum ſeparationem imperatori probavit: neque Chriſtus, aut apoſtoli quidquam temporalis regiminis uſurparunt. Interim poteſtate ſua uſos eſſe conſtat apoſtolos a Chriſto accepta, non conſulto ſtatu politico, imo etiam invito:

(*b*) Ad ANASTAS. Imp.

qui, après quelques années de service, avait obtenu un congé de trois mois pour aller voir ses parents. Il était parti depuis quinze jours, et Mme Bonnet, qui ne pouvait se passer de lui, commençait à s'impatienter. Elle avait écrit à son fils, mais elle ne recevait pas de réponse. Elle était donc fort inquiète, et, pour la rassurer, Mme Lacroix lui proposa d'aller chez elle, où elle pourrait avoir des nouvelles de Jean.

Mme Bonnet accepta avec empressement, et, le lendemain, elle se rendit chez Mme Lacroix, qui la reçut avec bonté. Elle lui dit qu'elle avait reçu une lettre de Jean, qui lui annonçait qu'il était arrivé chez ses parents, et qu'il se portait bien. Mme Bonnet fut rassurée, et elle remercia Mme Lacroix de sa bonté.

Mme Lacroix lui dit qu'elle était heureuse de pouvoir lui être utile, et qu'elle espérait que Jean reviendrait bientôt. Mme Bonnet répondit qu'elle espérait aussi que son fils reviendrait bientôt, car elle ne pouvait se passer de lui.

Mme Lacroix lui dit qu'elle comprenait parfaitement ses sentiments, et qu'elle espérait que Jean reviendrait bientôt. Mme Bonnet répondit qu'elle espérait aussi que son fils reviendrait bientôt, car elle ne pouvait se passer de lui.

Mme Lacroix lui dit qu'elle comprenait parfaitement ses sentiments, et qu'elle espérait que Jean reviendrait bientôt. Mme Bonnet répondit qu'elle espérait aussi que son fils reviendrait bientôt, car elle ne pouvait se passer de lui.

xus, & colligatio vitæ ac converſationis intercedit, & obligatio utriusque ſtatus inter ſe, jurium etiam inde quædam communio ſequatur neceſſum eſt: ut ſecundum NICOLAI I. verba, Pontifice indigeat imperator pro vita æterna, & legibus imperialibus ſubjiciatur Pontifex pro curſu rerum temporalium. Poteſtas enim Pontificum in ſpiritualibus conſumitur, illique ſpirituali imperio omnino ſubjiciuntur reges & principes, quatenus ſunt membra eccleſiæ, & ad communem finem cum fidelibus tendunt: & viciſſim qui ſunt in alicujus principis ditione clerici, & eccleſiaſtici præpoſiti, quæ ad pacem, utilitatem ac ordinem reipublicæ ſanciuntur, iis obſtringuntur: ſicque dum alter alterius onera portat, adimpletur lex Chriſti, quæ ſuæ eccleſiæ præpoſitos audiri vult ut ſeipſum: & omnes vult ſubditos eſſe Dominis etiam δυσκόλοις. Hic jam nihil præſtabilius, nihil optatius, quam ut in chriſtianis reipublicis utraque poteſtas ſuis finibus contenta quiete degat, & pacem ſervet: ea unitate attenta, & præ oculis habita, quam concilia & patres hic inculcant, qua in Chriſti perſona regalis & ſacerdotalis ſimul dignitas eſt adumbrata. *Nec dulcius*, verba ſunt S. BERNARDI (*a*), *aut amabilius*, 2.

ſtatem fovenda jurium communio, & concordia.

S. 5

(*a*) Ep. 244.

lius, ſed nec arctius omnino regnum ſacerdotiumque conjungi ſeu complantari invicem potuerunt, quam ut in perſona Domini ambo hæc pariter convenirent, utpote qui factus eſt nobis ex utraque tribu ſecundum carnem ſummus & ſacerdos & rex; non ſolum autem, ſed & commiſcuit ea nihilominus, ac confœderavit in ſuo corpore, quod eſt populus chriſtianus, ipſe caput illius, ita ut hoc genus hominum apoſtolica voce, genus electum, regale ſacerdotium appelletur. Ergo quæ DEUS conjunxit, homo non ſeparet: jungant ſe animis, qui juncti ſunt inſtitutis, invicem ſe foveant, invicem ſe defendant, invicem onera ſua portent. Utinam hæc verba intime infixa mentibus omnium chriſtianorum hærerent, ceſſarent illa continua bella, & diſſidia de finibus poteſtatum, & maxima bona utramque rem publicam civilem ac eccleſiaſticam bea-
a. rent. *Status*, inquit GREGORIUS VII. (*a*) *imperii glorioſius regitur, & ſanctæ eccleſiæ vigor ſolidatur, cum ſacerdotium & imperium in unitate concordiæ conjunguntur.*

Hoſtes eccleſiaſticæ poteſtatis.

IV. Sed proh dolor non ſolum exiſtunt a quibus honor & majeſtas eccleſiæ in ſuis ordinibus laceſſitur; non ſolum ad ejus deprimendam celſitudinem conatus, & molimina fiunt, verum etiam contra eam hodie inſurgit hominum genus

(*a*) L. I. epiſt. 19.

nus ei penitus exitium parans, omnes nervos eccleſiaſtici corporis ſuccidere meditans, eccleſiam in maſſam ac deformem truncum redigere tentans, omni membrorum varietate ac ſtructura orbatam cõmunibus juribus ſpolians, nullum ei locum, in quo tanquam in proprio ſolo regnet, relinquens. Ut, quod Chriſtus olim de ſeipſo dixit, non eſſe ſibi locum, ubi caput reclinet, hoc etiam eccleſia hodie queri poſſit. Sic ab iſtis velut exul, ac profuga ex omni terra propellitur. Regnum illud Chriſti, cujus accipiendi cauſa e longinquo cœleſtis ſedis venit, etiam ſanguine ſuo vindicatum ſibi reſtituit, hoc prorſus deſtruitur modo, optimatum, procerum, ac ſenatus honore privatur, omni majeſtatis jure exuitur, nulla ſedes conceditur, ſed in ſervitutem mundanæ dominationis redigitur. Non ſolum non habet, ubi caput reclinet, ſed & omnino capite ſuo minuitur. Ita in eccleſiam crudeles ſunt, qui illam acephalam ſine poteſtate gubernandi, juris dicendi, leges dandi fingunt, jure circa ſacra principibus attributo. Sic nos chriſtiani, cum filii liberæ ſimus, ſervire cogimur, niſi tueamur jura noſtra, & pro eccleſiæ liberatione a mancipatu dimicemus. Id quidem feci hactenus, jura majeſtatis, &

ſupre-

ſupremi dominii defendens: reſtat, ut his ſalvis integrisque adverſariorum arcem demoliamur, & adverſæ poteſtati clavum extorqueamus, dejiciamusque.

Perverſa libertas a Novatoribus contra poteſtatem eccleſiaſticam venditata.

V. Id maxime dolendum in iſto hominum genere, ut ſibi de ratione, ſagacitate, & perſpicacia præ cæteris blandientes principia hic ſectentur intellectus humani maxime corrupti, & in adverſa ruentis, libertatem talem in ſacris vendicantes, quæ eccleſiaſticam rempublicam in ſervitutem indecoram abjiciat, qua regina ac domina ſervire cogatur. Et tamen videas eos plurimum in hoc gloriari, quaſi libertatem ipſi hic reſtituerint, ac veluti poſtliminio revocarint, quæ eſt miſera ſervitus. Audin' Jo. SCHILTERUM JCtum non ignobilem, qua is ratione varias eccleſiæ facies depingat libertatis, & ſervitutis. *Status*, inquit (*a*), *eccleſiæ triplex cernitur primitivus atque libertatis, qui per gradus incrementum, ſed & decrementum ſumſit a primo ſæculo uſque ad XI. tunc enim Hildebrandus ſtatum liberum adhuc utcunque mutavit in dominatum ſacrum: cui tamen auſui imperatores Germanici ſubinde ſeſe oppoſuerunt, & quietam poſſeſſionem impediverunt, de quo in comment. de libertatibus eccleſiæ Germanicæ. Succeſſit tandem tertius ſtatus*

a.

(*a*) Inſtit. Jur. can. Præf. Ed. III.

sunt diversæ reformes per reformationem. Ita Bald. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. parlez de l'ordonnance de 1539. touchant les Evesques, & Abbez, & Prieurs, & autres Ecclesiastiques, & de l'ordonnance faite par eux en l'assemblée tenue, quand messeigneurs les Princes du sang, & autres grands seigneurs, & officiers de la Couronne furent ordonnez, & establiz pour le fait de la Justice, & police du Royaume. Et voilà comme il est dit en l'ordonnance faite sur ce subject, que nous avons veuë, & leuë. Et ainsi, comme il est dit en la Loy, *Cum Rosa Varisius* [a] pourtant que le Pape ait plenitude de puissance, il ne peut pas tout faire, car il ne peut pas faire que ce qui est fait ne soit fait, & ainsi il ne peut pas faire que ce qui est fait ne soit fait, & ainsi il ne peut pas faire que ce qui est fait ne soit fait, & ainsi

2. vitæ ſtatum & felicitatem, (*a*) ut quietam & tranquillam vitam agamus; eccleſiaſtica æternum duraturæ felicitatis propoſitam habet metam. Illa corporum, hæc animarum ſalutem ſpectat, quæ longe potior, ac præferenda eſt. Et tamen exiſtunt, qui hanc illi ſubordinatam eſſe contendunt. Scio illos haud exiſtimare ac extendere hanc ſubjectionem ad interiorem etiam eccleſiæ formam, quatenus fidem a DEO revelatam unice ſpectat. Sed enim, præterquam quod fundamento careat illa ex humano cerebro excogitata diſtinctio, hic nec locum quidem habet, ubi de eccleſia ſermo eſt, quatenus eſt pars reipublicæ: ita vero conſideratam ſervam eam faciunt, vigore omni ac veluti propria compage ac nervis deſtitutam.

Quaſi mutuo regnū temporale ac ſpirituale conſiſtere nequeant.

VI. Quid vero timent? Scilicet ne tranquillitas publica turbetur, ne ſtatus in ſtatu conſtituatur, ſocialitas ſecundum præconceptas phantaſias minus belle ſtet. Quaſi vero, ſi etiam pugna aliqua foret & colliſio felicitatis, atque obligationis cujusque horum ſtatuum, temporalis, id eſt politica, ſpirituali ſeu eccleſiaſticæ cedere haud deberet? Quaſi duo hæc imperia diverſum reſpicientes finem ſecum conſiſtere haud poſſent; dum

(*a*) Ad Gal. I. 1.

dum præſertim in uno tertio inter ſe conveniunt, hoc eſt in ſectanda felicitate humana, tum hujus cum alterius vitæ: juxta unum eundemque omni creaturæ propoſitum ſcopum promovendi honorem DEI: quæ non ſolum pulchre ſecum conſiſtunt, ſed etiam mutuas ſibi ſuppetias ferunt, ſocietatemque humanam arctius conſtringunt, ſecus ac PUFENDORFFIO eſt viſum, principium ſocialitatis tam operoſe aſtruenti, vel hinc multis etiam e ſuis non admodum probatum: eoquod juxta principium illud religio ſtatui ſubordinaretur, imo ſtatu ſuo penitus dejiceretur, quod ipſe tantopere molitur, quaſi ſtatus in ſtatu haud magis poſſit admitti in terris, quam duo in cœlis ſoles: nec poſſent inter ſe duo regna ſacrum & politicum conjungi, quin inter ſe dividerentur, & hinc juxta effatum Chriſti ſtare haud poſſint: ut adeo committendi inter ſe fuerint poteſtates ſupremæ, politicique princeps armandi in eccleſiam, omni exuta erga matrem ſuam pietate, falſiſſima perſuaſione, contra omnium piorum principum conſtantem opinionem, omniumque chriſtianorum temporum experientiam.

VII. Audiendus eſt hic THEODOSIUS Imp. epiſt. ad ſyn. Eph. *Reipublicæ noſtræ*, inquit, *conſtitutio ea, quæ in DEUM eſt*, Secus ac ipſi imperatores ſumi fue-

runt perſuaſi.

eſt, pietate potiſſimum utitur, multaque inter hanc & illam cognatio & familiaritas intercedit: nam & ex ſe invicem pendent, & utraque proſperis alterius ſucceſſoribus incrementa ſumit: quandoquidem ut vera religio juſta actione perficitur, ita respublica utriusque ope mixa floreſcit. Cum itaque DEUS imperii habenas nobis tradiderit, iisque, qui imperio noſtro parent, pietatis & ſecuritatis quoddam quaſi vinculum nos eſſe voluerit, horum inter ſe ſocietatem, providentiæ & hominibus medios nos præbentes, indivulſam perpetuo conſervare intendimus. Quam autem intime cordi hæc ei fuerint, ex alia epiſtola jam ante hanc data pateſcit ad ſanctiſſimum virum CYRILLUM *Alex.* falſa quidem ſuſpicione adverſus eum exacerbatus, ut tamen animus piiſſimi imperatoris zelo inflammatus laudandus ſit. *Ne igitur*, ſcribit ſuo, & VALENTINI nomine, *quonam in ſtatu res noſtræ verſentur, te lateat, noris eccleſias, & regnum noſtrum conjuncta eſſe, noſtraque accedente auctoritate & imperio, & Chriſti ſalvatoris noſtri aſpirante providentia, magis ſubinde inter ſe coitura eſſe &c.* Ex quibus eluceſcit, longe aliter ipſos ſummos orbis imperatores fuiſſe perſuaſos, de utriusque reipublicæ, eccleſiæ & imperii, in eundem finem concordia, quam Neoteri-

terici iſti eccleſiæ æmuli. Audiant porro ejusdem dignitatis participem illiusque adverſus poteſtatem eccleſiaſticam valde æmulum FRIDERICUM inquam *ſecundum* ea ipſa in apologia, quam ſcripſit adverſus ſummum eccleſiæ præſidem GREGORIUM IX. *In exordio*, inquit (*a*), *naſcentis mundi provida & ineffabilis DEI providentia, cui conſilia non communicant aliena, in firmamento cæli duo ſtatuit luminaria, majus & minus: majus ut præeſſet diei, minus ut præeſſet nocti. Quæ duo ſic ad propria officia in regione zodiaca offeruntur, ut etſi multoties ex obliquo reſpiciant, unum tamen alterum non offendat, imo quod eſt ſuperius inferiori ſuam communicet claritatem. A ſimili eadem æterna proviſio in firmamento terræ duo voluit eſſe regimina, ſacerdotium ſcilicet & imperium, unum ad cautelam, reliquum ad tutelam, ut homo, qui erat in duobus componentibus diutius diſſolutus, duobus retinaculis frenaretur, & ſic fieret pax orbi terræ omnibus exceſſibus limitatis.* Hæc ſunt luculenta, quibus addere aliquid ad præcedentia ſupervacaneum foret.

(*a*) Apud SCHILTERUM de lib. eccl. Germ. L. V. c. 8. §. 9.

CAPUT II.

PROTESTANTIUM SYSTEMATA CIRCA JUS SACRORUM PRINCIPI COMPETENS EXAMINANTUR.

I.

Principia Proteſtantium ad deſtructionem omnis legitimæ poteſtatis eccleſiaſticæ.

Poteramus hic ſiſtere gradum ſtabilita ac conſolidata eccleſiaſtica poteſtate legitima, quo jam poſſeſſione ſua depulſa jacet adverſa poteſtas, quæ per ſummam injuriam ſe in ſacrum regimen intruſit, occupavitque, ſtudio ac opera hominum, qui jugi eccleſiaſtici impatientes, illud humeris ſuis excuſſerunt, duce & anteſignano LUTHERO, cujus doctrina totius ordinis, ac poteſtatis eccleſiaſticæ ruinam intendit: poſita enim ejus doctrina de juſtificatione, ruit poteſtas clavium: hinc cadit jus coercendi, ac leges ſtatuendi: inde concidit ordinum diſcretio, ac hierarchia, præſertim ſacerdotio negato, ac Sacramento ordinis. Quare nemo mirabitur PUFFENDORFFIO ſectam Proteſtanticam accomodatiorem eſſe viſam, quam catholicam ad ſtructuram

ram ſuam juris publici naturalis, in quo tantum elaboravit, eo potiſſimum fine, ut ſucciſa omni eccleſiaſtica poteſtate, unice civili dominatui velificaret, ac ſacra omnia cum profanis miſcens ſubigeret. *Hoc noſtro conatu*, ait (*a*), *ſimul tot regnorum, principum, ac rerumpublicarum exiſtimatio in integro erit, quippe, qui illegitimum moleſtiſſimumque in ſe ſuosque cives dominatum abdicando, jus ſuum rite vindicatum ivere, quibus hactenus ſedis Romanæ adulatores proterve inſultaverunt, velut adverſus divinum inſtitutum rebelles, ac ſe ſuosque cives in exitium pertrahentes.* Quotquot deinceps idem inſtitutum cum PUFFENDORFFIO ſuſceperunt juris illuſtrandi ſive eccleſiaſtici, ſive civilis ex ipſo naturali fonte (fuerunt autem ſuntque hodie plurimi ex grege Proteſtantium) nihil magis cordi habuerunt, quam ut vel umbram regiminis eccleſiaſtici omnem e medio tollerent. 8.

II. Unde tam exiguus eſt numerus, & tam exoſa doctrina illorum, qui jus principum in ſacra ex jure epiſcopali repetierunt, inter quos CARPZOVIUS, REINCKINGIUS, SCHILTERUS agmen ducunt, qui ex verbis transactionis Paſſavienſis 1552., & pacis religioſæ 1555. ac Weſtphalicæ 1648. ubi juris-

Ut nec in principe Carpzovianum jus epiſcopale ſuſtineant.

(*a*) Præf. de habitu Relig.

risdictio ecclesiastica episcoporum suspensa dicitur, contra Augustanæ confessioni addictos, ansam arripuerunt Protestantium statibus jus episcopale asserendi, quod exerceant ex pacto publico, duplicemque personam gerant, episcopi unam, principis alteram: hoc major pars ferre non poterat, ne quid residuum esset, quod jus aliquod ipsis episcopis competens redoleret. Advertebant hoc modo ecclesiam adhuc statum ac rempublicam præseferre, in qua episcopis imperium competat, nec aliter jus circa sacra principi tribui, quam personam cleri vel episcopi induenti. Sicque perspiciebant ordini ecclesiastico jus & imperium sacrum non demi, ut non jure postliminii repetere possit, consecuta amicabili, quam optant partes, in pace paciscenda, compositione. Alia plura in-
2. commoda tangit BOEHMERUS (*a*) in Jure suo ecclesiastico, & alii. Præcipuum est, quod jus hoc episcopale non funditus omnem ecclesiasticam auctoritatem evertat, & partes clero in regimine permittat, nec totum ecclesiasticum munus in docendo absolvat. Necessum ergo erat alio recurrere: hoc jam fixum animo hærebat, unicum dominum, ac imperium admittere. Dictitant secundum juris

(*a*) L. I. T. 13. de offic. Jud. ordin.

juris ſui principia vitandum eſſe ſtatum in ſtatu, principatum in principatu: republicæ quieti ac tranquillitati hoc neceſſarium eſt viſum; non aliter concordiam obtentum iri putabatur, quin juge fore inteſtini belli ſeminarium, ſi respublica in republica ſtatueretur. Huic rei ipſe Chriſtus patrocinari debebat, ut ſuum regnum ab iſtis ſusque deque verteretur, qui in evangelio de regno DEI & diaboli loquens diceret: *Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur*: ipſius etiam ſalvatoris effatum eſſet, *neminem poſſe duobus dominis ſervire.* Angebant præſertim hos cleri prærogativæ & immunitates, ac inſupportabile viſum Papæ jugum & dominatus in omni orbe chriſtiano, inter tot principes quoad civilem formam diviſo. Ita PUFFENDORFIUS maximum eſſe imperantibus præjudicium exiſtimat citato tract. §. 52. *Si quis in ipſorum ditione habitans imperio eorum ſeſe ſubtrahat, & ab externo principe dependeat, imperiique civilis poteſtatem in ſe vel plane non agnoſcere, vel non ultra, quam placitum eſt, velit: cum enim conditio ſtatuum intra ſe ſit ſatis lubrica atque invida, tantoque ſuſpectior, quo propius iſti ſe mutuo contingunt &c. manifeſtum eſt, ſi qui in medio aliquo ſtatu habitantes extranei cujusdam ſtatus pars*

ſint, id paulo minus eſſe, quam ſi hoſtilia præſidia in noſtras arces inducantur. Itaque cedere debuit regnum Chriſti regno civili. Quis non hic deſolationem illam, ſtantem in loco ſancto, a DANIELE prædictam, videat? atque idolum, quod EPIPHANES Hieroſolymitano in templo poſuit, etiam in eccleſiam invectum gemat? *Quis videns*, dudum edixit S. A-

2. THANASIUS (*a*), *eum in decernendo principem ſe facere epiſcoporum, & præſidere judiciis eccleſiaſticis, non merito dicat, illum etiam ipſam abominationem deſolationis eſſe, quæ a Daniele prædicta.*

Diviſio jurium majeſtaticorum, & conventionalium, quorum illa principi propria, hæc in eũ translata ſint.

III. Sic jam eccleſia non ſolum impotens omnino, atque omnibus juribus privata eſt, & ad nihilum redacta, ſed etiam alienæ dominandi libidini, ac tyrannidi permiſſa. Sed ne prorſus e rerum natura exterminata videretur, deliberatum eſt, quonam grande hoc nihilum in conceptu Proteſtantico donandum eſſet nomine, recurſum eſt ad conſuetam juris naturalis penum, ac viſum *collegii* vocabulum ei poſſe attribui: ſed quoniam nec collegium nihil eſt, *Chriſt.* PFAFFIUS theologus Tubingenſis id æquitatis humanitatisque pro eccleſia habere ſe oſtentavit, ut, quæ collegio conveniunt jura, ea eccleſiæ ne denegaret: diſpertivit ergo

(*a*) Ep. ad ſolit.

Digitized by Google

ergo jura in territorialia, & collegialia, ſeu majeſtatica & conventionalia: *Illa*, inquit (*a*), *ex ſuperioritate territoriali fluunt; hæc in eum, quod commodiſſime, & optime jura hæc ſic adminiſtratum iri videt, transferuntur.* Ad jus majeſtaticum revocat ſupremam inſpectionem pro conſervanda pace, & tranquillitate publica, ratione dogmatum ſaltem a religione naturali non alienorum, ac ſuperſtitionum, litium, aut vis conſcientiæ illatæ, nec non omnis jurisdictionis coactivæ præcavendæ: tribuit etiam principi poteſtatem ſummam in cultu publico determinando, privilegiis, beneficiis eccleſiaſticis, juribus matrimonii &c. denique omnem vim coactivam & jurisdictionem externam. Ad Jus collegiale revocat ordinem miniſtros inter & eorum bona, diſciplinam pœnitentiæ externæ, feriarum, jejuniorum: amicabiles litium compoſitiones, & a cœtu ſeparationem ſine vi coactiva. Quis non crederet PFAFFIUM tam ſedula jurium diſtinctione id voluiſſe, ut ipſi eccleſiæ partem adſcriberet? Minime gentium: his ipſis ſuis juribus ſe collegium ſpoliaſſe, atque ea in principem contuliſſe dicit: *Id*, inquit (*b*), *quod res eſt, dica-* a. b.

(*a*) PFAFFIUS de Orig. Jur. eccleſ.
(*b*) Loc. cit.

mus, jura collegialia a toto olim collegio, id quod natura infert, administrata, in principes jam a collegio, quod administrare illa amplius haud valet, translata, & in perpetuum translata fuisse, ut sigillum civile huic translationi accesserit, eamque irrevocabilem effecerit. Sigillum hoc pacem religiosam & Westphalicam intelligit. Multa deinceps addit de altera delegatione, qua iterum jus collegiale a principe aliis delegetur, unde exsurgat varia regiminis forma, alicubi episcopali, alibi presbyterali, aut etiam mixta obtinente, aut demum nullo ministerio, ut apud Quackeros in Anglia, qui solis immediatis suggestionibus aurem dent: denique esse, ubi in magistratus, aut clerum, aut presbyteros laicos sit delegatum Jus collegiale.

Divisio hæc applicata ad usum jurisdictionis ecclesiasticæ primorum sæculorum etiam a BOEHMERO adoptata.

IV. Non arridet BOEHMERO istæc distinctio juris majestatici & collegialis: neque enim ferre ac decoquere potest, si præter principem alicui vel minimum juris ac potestatis in ecclesiam tribuatur. Non quidem displicet ipsa divisio, nam & ipse BOEHMERUS ea necessario utitur ob eandem ipsam causam, quæ PFAFFIUM ad eam excogitandam induxit, ratio nimirum primorum trium sæculorum, quibus ecclesia pleno hoc jure est usa per episcopos, qui non diffitente BOEHMERO de singulorum criminibus judi-

judicarunt, comitia ſacra inter ſe coegerunt, de controverſiis obvenientibus jus dixerunt, ſententia lata epiſcopos, presbyterosque depoſuerunt. Ne igitur primos chriſtianos ipſosque apoſtolos per injuriam hæc a legitima magiſtratus auctoritate veluti ſurripuiſſe, ac uſurpaſſe arguere deberet PFAFFIUS, delapſus eſt ad jus iſtud conventionale: *Ita enim apoſtoli*, inquit (*a*), *primique chriſtiani peſſime feciſſent, ſi jura magiſtratus civilia adminiſtraſſent, aut dicendum foret hoc, magiſtratum ethnicum in tribus prioribus chriſtianiſmi ſæculis juris majeſtatici particulas quasdam chriſtianis vel ſponte tradidiſſe, vel per conniventiam quandam tacito conſenſu reliquiſſe.* Paululum aliter BOEHMERUS ratiocinatur, ut ſe expediat objectione a Catholicis fieri ſolita, ex praxi temporum apoſtolicorum, ſeu priorum trium ſæculorum, qua jurisdictio ac judicia independenter ab omni magiſtratu fuerint exercita. *Pro qua*, ait (*b*), *ſententia deſtruenda fuit neceſſe, veram rerum indolem ex ſtatu illo primævo aperire, & demonſtrare ex accidente, & neceſſitate mera exigente primitivam eccleſiam ſub Ethnicorum inſultationibus atque infeſtationibus hæc jura exercuiſſe.* Sic ergo rationem init BOEHMERUS de conditione judi-

a.

b.

(*a*) Loc. cit. (*b*) Diſſert. XII. in PLIN. n. ult.

ciorum & tribunalium primorum ſæculorum, quibus res eccleſiaſticæ oppreſſæ erant ſub præfectis & magiſtratibus gentilibus, qui chriſtianis inſidias ſtruebant: periculoſum admodum chriſtianis fuiſſe ſub infideli magiſtratu litigare, qua occaſione vel laquei eis poni potuerint, vel aliquid eis imperari, quod eorum conſcientiis repugnaret. Præſertim autem eos deterruiſſe anfractus, verborum aucupia, atque carmina, corruptionem legum, imprimis autem religionem jurisjurandi tactis aris, ac per genium cæſaris. *Quæ cum ita eſſent*, ait quidem
2. BOEHMERUS (*a*), ſed nullam conjecturæ ſuæ rationem affert, cur non potius ex ipſa Chriſtianiſmi indole ſaltem judicia eccleſiam attinentia diſtincta fuerint, *communis atque par neceſſitas poſtulavit judicia quædam compromiſſoria a Paulo laudata atque commendata, in quibus cauſæ diſſidentium fratrum per epiſcopos vel presbyteros ex æquo & bono componerentur ac deciderentur, atque magis ſecundum regulas Chriſtianiſmi ſimpliciſſimas, quam ſubtiles juris Romani apices diſcuterentur. Hoc modo*, concludit poſtea, *libera erant hæc chriſtianorum corpora ab omni imperio civili, ſi a DEO diſceſſeris, a ſemetipſis dependebant, rationibus reddendis haud obnoxia,*

(*a*) Diſſert. XII. in PLIN. §. 13.

noxia, propriis ſuſtentabantur legibus & pactis, legibus reipublicæ ex accidente ſoluta, quod intuitu ejus perſonam moralem haud ſuſtineret.

V. Sic ingenioſe BOEHMERUS ſyſtema ſuum effingit, ut ſibi cohæreat, ſed fingit tamen, neque enim conjecturæ ſuæ commodam rationem habet, imo vero contrarium conſtantem uſum, cum ſemper eccleſia proprium tribunal habuerit, idque maxime ſub chriſtianis principibus, quando etiam majore auctoritate judicia peracta, ex conceſſu principum quoad ſæcularia, juxta ac ex præſcripto apoſtoli primitus fuerat factum. Sed de his poſtea. Quod BOEHMERUM ſpectat, putat ille ſtatu illo extraordinario ceſſante jura hæc quoque ceſſaſſe, & obmotis controverſiis magiſtratus ordinarii opem implorandam fuiſſe, qui majori cum auctoritate finem litibus imponere potuiſſet. Sic ergo BOEHMERUS excuſatos habet primos chriſtianos, quod judicia Gentilium non acceſſerint, quod minime religioſiori paululum PFAFFIO perſuaderi potuit, ut adeo ſpecialia jura collegialia commentus ſit, ne chriſtianos ipſosque apoſtolos jura invaſiſſe ſuprema, atque imperium affectaſſe argueret, cum BOEHMERO id minime religioni eſſe videatur: tamen cum PFAFFIO tandem con-

Sed alio ex principio eccleſiæ primitivæ vindicata ab eo.

concordiam init, hoc unico relicto dis-
a. ſenſu, *quod ille*, inquit BOEHMERUS (*a*) *translationem jurium eccleſiæ pro fundamento jurium ſacrorum in principe ſimul collocet: ego vero exiſtimem proprio jure, ſine ulla translatione, principes quædam jura ſacra ſibi aſſeruiſſe, videntes antiquam praxin ex ſtatu plane diverſo eccleſiis noſtris applicari non potuiſſe, adeoque eos jura ſacra qualiacunque fuerint, non ex eccleſiarum delegatione, eaque irrevocabili, non precaria, ſed jure ſui imperii hactenus exercuiſſe.*

Qui ex jure territoriali jus circa ſacra principi adſtruit omne.

VI. Nihil ergo in jurisdictone eccleſiaſtica admittit BOEHMERUS, & cum eo plerique ſui gregales, quod non ſuapte natura, ac jure proprio ad principem ſpectet, *quoniam ex Proteſtantium ſententia jurisdictio eccleſiaſtica pars eſt civilis*, verba ſunt *Ludolphi* HUGONIS apud BOEHMERUM, *merito principes Proteſtantes jure civilis imperii etiam jurisdictionem illam ſibi vindicant. Scilicet*, hæc explib. cando addit BOEHMERUS (*b*), *ſumma imperatoris poteſtas per totam rempublicam ſe diffundit in omnes civium actiones, non tantum quatenus ut ſinguli conſiderantur, ſed etiam quatenus in cœtus particulares abeunt, & unam perſonam moralem ſuſtinent. Sunt eccleſiæ nil aliud, quam cœtus particulares,*

&

(*a*) L. c. ad finem.
(*b*) Jur. eccl. T. I. L. I. t. 31. de off. Jud. or.

Digitized by Google

& ita quidem in republica reperiuntur, ut alia collegia, ſed non ut pars reipublicæ, multo minus ſeparatam rempublicam ſuſtinent: id quod ſi verum eſt, pergit, *uti omnino eſt*, (ſecundum BOEHMERI præjudicia, & cerebrinum eccleſiæ conceptum) *inde per ſe fluit, cætui huic utpote ſocietati æquali, nullum imperium proprie dictum competere, ſed principem in eundem quoque imperium proprie dictum exercere, ſicuti in quævis collegia, quatenus finis reipublicæ id poſtulat, b. e., ut pax & tranquillitas reipublicæ conſervetur.* Ex ipſa ergo ſuperioritate territoriali, ad ejus mentem, fluit jus eminens circa ſacra. Notanter autem alio loco ſe explicat (*a*), quatenus collegium eſt, ſolum enim externam directionem principi tribuit, nec etiam poteſtatem aliquam ſacram idcirco in principe collocat, ſed ex eo tantum capite jus in eccleſiam concedit, quatenus principis, qua talis, officium eſt, externam tranquillitatem & pacem in imperio conſervare in quo ſuos plerosque adſtipulantes habet. *Hinc patet*, verba ſunt ZIEGLERI (*b*), *poteſtatem eccleſiaſticam externam ideo principi competere, non ut ſit præſes ſacrorum, ſed ut ſacrorum præſides*

a.

b.

(*a*) De Jur. Paroch. ſect. I. c. 2. §. 49.
(*b*) De Jur. Majeſt. L. I. c. 14. §. 14. apud eundem.

des in officio contineat ; non esse sacerdotalem , & pontificalem , quæ in executione sacerdotalium officiorum consistit , sed esse imperatoriam, quæ sacerdotes regit , ut suum officium faciant , quæque externam disciplinam in ecclesia tuetur.

Jus Principum circa sacra secundum Protestantes, præsertim in Anglia.

VII. Nimirum huic unice student, qui a tempore Reformationis, præsertim ævo nostro, & proxime elabente *H.* Grotii , Puffendorffii , Thomasii , Vitriarii , Heineccii , Boehmeri jurisprudentiam tum sacram, tum profanam illustrare susceperunt, ut omnia potestati uni civili subjiciant , parum diversi ab Machiavelli , & Hobbesii sententia , atque eo noto principio : *cujus regio, illius religio.* Jam superius aliqua de hac re diximus , præsertim ob Puffendorfii librum de habitu religionis ad vitam civilem , ubi omnia jura sacra & profana ad unius terrenæ tranquillitatis finem redigit duce *H.* Grotio, cujus liber de imperio summarum potestatum circa sacra totus in eo versatur, ut omni potestate , & jurisdictione ministerii ecclesiastici contrita , abolitaque tota principi vindicetur, non tantum circa totum corpus religionis, sed etiam circa partes singulares , personas quascunque ecclesiasticas. Quapropter Grotio tantopere communio ecclesiæ Anglicanæ arri-

arriſit, quod eo tempore eccleſia Anglicana inde ab HENRICO VIII. ſingulariter primatum regis, ejusque in ſacra jus tuita ſit: ubi lege ſancitum a rege eſt, juris dicendi auctoritatem, atque jurisdictionem omnimodam, tam illam, quæ eccleſiaſtica dicitur, quam ſæcularis, a regia poteſtate velut ſupremo capite emanare. Quidquid ergo miniſterium ſacrarum functionum exercet, totum illud ex regia poteſtate habere ſciſcunt Angli, quod clarius politia Anglicana prodit, his ad regem JACOBUM verbis: *Eccleſiaſtica jurisdictio plane regia eſt, coronæ & dignitatis veſtræ regiæ prima præcipua indiviſibilis pars: eccleſiaſticæ leges regiæ leges ſunt, neque alibi oriuntur, neque aliunde ſuſtentantur, aut fulciuntur: penes eccleſiaſticos judices per archiepiſcopos & epiſcopos derivata a regia poteſtate jurisdictio eccleſiaſtica conſiſtit.* Hanc regiam ſacrorum auctoritatem ultro ipſi epiſcopi, & archiepiſcopi Anglicani ſunt venerati, agente præſertim Protheo illo verſipelli CRANMERO, qui auctoritate ſua facile reliquos pellexit. Extat in hanc rem Vintonienſis epiſcopi, Elienſis, ac Tokeri aliorumque confeſſiones. Imo præeunte PARCKERO Cantuariæ epiſcopo reginæ ELISABETHÆ eſt adſcriptus in ſynodo Londinenſi 1562. primatus, ac

plena

plena poteſtas, & gubernatio omnium negotiorum, ac ſubditorum laicorum, & eccleſiaſticorum, ſola adminiſtratione verbi, & Sacramentorum excepta. Erubuit initio ELISABETH impertinentis, & inauditæ potentiæ, ſed brevi frontem perfricuit. Reges vero eousque extenderunt hanc primatus auctoritatem, ut articulos fidei conſtituerent, quod ſtatim ab HENRICO VIII. factum. Is etiam fidei confeſſionem a prælatis compoſitam ſua auctoritate roboravit. Nec aliter ſe EDUARDUS geſſit, niſi quod aperte in alienis caſtris fuerit. Is ergo jurisdictionem omnem in epiſcopos precario diſpenſavit, pœnas excommunicationis, ſuſpenſionis, & depoſitionis vibravit, & quid non? Hæc qui accuratius noſſe cupit, hiſtoriam variationum doctrinæ
a. Proteſtanticæ *Jac. Benigni* BOSSUET (*a*) conſulat. Quæ vero ſingularia ſint capita religionis, quæ principes Proteſtantes uſurpent, poſtea explicatius dilucidabimus. Jam enim tandem aliquando ad veritatis catholicæ explicationem accedendum eſt.

De cura principum circa ſacra catholicorum ſen-

VIII. Angli, qui omnium plurimum regibus tanquam eccleſiæ primatibus tribuerant, ſuo periculo jam ſapiunt, ut aliter modo ſciſcant, ſtatuantque, ac olim, quam-

(*a*) T. II. L. II.

quamvis adhuc opinione ſunt ſciſſi: docent nos ea ſcripta magna ſane copia, quæ de nuperis Angliæ motibus ſunt edita, paſſimque eduntur. Hinc haurire licet, quid ipſis tantum regi præſtitum obſequium profuerit. Inſtar omnium mihi ſit DODWELLUS, audi ipſum culpam non ſolum Angliæ, ſed totius reformationis fatentem, ac fata deplorantem. *Plus æquo*, ait (*a*), *hactenus principibus indulſimus, iniquiores autem in eccleſiam plerique fuimus, qui cauſam Reformationis profeſſi ſumus: dum ſcilicet ab eccleſiaſticis metuebamus, principes autem propitios habuimus, non ſatis proſpeximus eccleſiæ conſervandæ, cum principes eſſent a nobis in futurum alieniores. Id certe conſecuti ſumus nimia illa cleri inſectatione, quæ tum neceſſaria, utilisque videbatur, ut & juſtis juribus clerum exuerimus, & laicos ubique clero infenſos reddiderimus, minusque, quam par erat, ſacri ordinis reverentes. Erat quidem principibus gratiſſima poteſtatis acceſſio ex illorum ſpoliis, a quibus ipſi olim fuiſſent ſpoliati: ſed media potius via tenenda erat, ut dum cæſari, quæ ſua erant, aſſerebamus, ne interim DEUM, Deique vicarios ſuis juribus fraudaremus.* Convenit hæc DODWELLI cum Patrum theologia, quos frequenter legimus illis e-

tentia contra opinionem adverſariorum expoſita.

(*a*) DODWELL. de nup. ſchiſ. Angl. n. 5.

vangelii verbis fines utriusque poteſtatis principibus inculcaſſe, ſi uſurpare, quæ eccleſiæ eſſent, forte attentarent. Neque vero hoc volumus, principibus nullam debere eſſe eccleſiæ curam & ſolicitudinem, ſaperet hoc religionis in chriſtiano principe neglectum: & recte ab
a. AUGUSTINO eſt obſervatum (*a*): *Omnes reges, qui populo DEI non prohibuerunt, nec everterunt, quæ contra DEI præcepta fuerant inſtituta, culpantur; qui prohibuerunt, & everterunt, ſuper aliorum merita laudantur.* Et fuit injuſta illa Donatiſtarum querela, de qua S. OPTATUS:
b. *Donatus ſolito furore ſuccenſus*, inquit (*b*), *in hæc verba erupit: quid eſt imperatori cum eccleſia?* Optime etiam ab AUGUSTINO ob hanc rem revicti ſunt Donatiſtæ, quod contra ſe leges, & pœnas ab imperatore latas ægre ferrent: nec aliter hodie catholicos judicare norunt adverſarii: qui etiam hoc nobis vitio vertunt, quod in negotiis eccleſiaſticis, ſi opus ſit, brachio utamur ſæculari. Et ipſe LEO ſummus Pontifex auctoritatis eccleſiaſticæ non negligens, imo ſi adverſariis credere fas eſſet, nimis ſtudioſus, tamen ad cognominem LEONEM
c. (*c*) ſcribit: *Debes incunctanter advertere regiam*

(*a*) Ep. ad BONIF. (*b*) L. III. contra PARMEN. (*c*) S. LEO epiſt. 75.

Digitized by Google

regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maxime ad eccleſiæ præſidium collatam. Sunt ergo eccleſiæ advocati, tutores, ac protectores principes, modone ſint legitimæ illius poteſtatis everſores: miniſtrorum eccleſiæ defenſores, non eorum juris uſurpatores. Sic a SS. Patribus vicarii DEI, paſtores, patres nutritii vocantur, non ut ipſi partes, & negotia ſacra ad ſe rapiant, verum eorum executionem curent: non ut putent eccleſiam ſuis commodis ſervire debere, aut omnia ad terrenæ tranquillitatis finem revocari, cum ulterius noſter tendat finis, nec in hoc mundo ſiſtat. Utique potius politicæ pacis, ac quietis ſcopus, ad æternum, qui eccleſiæ præfixus eſt, referri docet, quam contra: ſicque potior ſemper eccleſiæ ratio habenda, cum ipſa nos ad æterna manuducet, quo omnis noſter temporalis finis & actiones demum collimant. Commode in hanc rem ISIDORUS *Peluſiota* (*a*), *Ex ſacerdotio*, inquit, *& regno rerum adminiſtratio conflata eſt, quamvis enim permagna utriusque differentia ſit (illud enim veluti anima eſt, hoc veluti corpus) ad unum tamen, & eundem finem tendunt, hoc eſt, ad animarum ſalutem.* In hoc ergo arcem adverſæ opinionis de- 2.

(*a*) L. III. Ep. 239.

jectam & dissipatam habemus : ac illud eluceſcit, regiam quamcunque dignitatem, auctoritatemque eccleſiaſtica multo inferiorem eſſe, & ſubjici ob finem longe ſublimiorem, præſtantioremque.

a. Quare S. GREGORIUS (*a*) ad MAURICIUM ſcribit: *Sacerdotes eſſe Deos quosdam inter homines, & propterea ab omnibus etiam regibus honorandos.* Et S. AMBROSIUS ad THEODOSIUM Auguſtum ſcribit: *Quid honorificentius, quam ut imperator filius eccleſiæ eſſe dicatur? Quod cum dicitur, ſine peccato dicitur, cujus gratia dicitur: Imperator enim bonus intra eccleſiam, non ſupra eſt.* Notiſſima eſt hujus S. Patris conſtantia, qua ſe non ſolum imperatorum moliminibus oppoſuit, verum etiam ſacram ſuam in eos exercuit poteſtatem. Neque neceſſe eſt in tanta teſtimoniorum nube pluribus uti verbis. Diſcant principes ſe in temporalibus jure, in eccleſiaſticis cura tantum agere, ac toto cœlo ſuam ab hac diſtinctam eſſe poteſtatem: tractent ſua negotia, & eccleſiaſticis ſuperioribus ſua relinquant. *Neque enim*, verba ſunt ſynodi Epheſinæ

b. (*b*), *fas eſt, qui ſanctiſſimorum epiſcoporum catalogo adſcriptus non eſt, illum eccleſiaſticis negotiis, & conſultationibus ſeſe*

(*a*) Lib. IV. Ep. 31.

(*b*) Part. I. c. 35.

ſeſe immiſcere. Hoc ſolum, teſtimonio AUGUSTINI (*a*) ad reges ſæculi chriſtianos pertinet, *ut temporibus ſuis pacatam velint habere matrem eccleſiam.* 8.

IX. Nullibi vero magis produnt adverſarii cauſæ ſuæ infirmitatem, quam ex ipſo ſyſtemate, cujus fabricam tanto labore, ac operoſo ſtudio ſunt moliti. Viderunt omni tempore eccleſiaſticam peculiarem a ſæculari viguiſſe jurisdictionem inde a primis apoſtolorum temporibus ad nos uſque. Quid igitur conſilii? Excogitaverunt, ac commenti ſunt primis temporibus ſtatum obtinuiſſe extraordinarium, ob neceſſitatem tribunalium ethnicorum. Enimvero impotens, ac conſilii inops ſit DEUS, ſi non melius potuerit conſulere eccleſiæ ſuæ, quam tanto pretio conſtituit? An non inde, quod nulla prima eccleſiæ ætate fuerit poteſtas, cui ſe ſubdere potuiſſet eccleſia, potius concludendum fuiſſet, hoc ipſo DEUM indicare voluiſſe, velle ſe eccleſiam ſuam nulli humano imperio ſubdi? Deinde ineunte quarto ſæculo cœpit eccleſia habere principes chriſtianos: anne autem tunc ad ſtatum ſuum ordinarium, ad competens regimen rediit eccleſia? Nequaquam vel ipſis fatentibus adverſariis, jam major erat e- Syſtemate adverſariorum de uſu regiminis eccleſiaſtici everſo.

(*a*) Tr. II. in Joan.

piſcoporum potentia, largior imperatorum indulgentia: epiſcopi jam aſſueti regimi dicuntur, dominatus ſacer jam altas nimium radices juxta hos egit. Ergone eccleſia in ſtatu ſemper violento extitit? Ergo nunquam eidem ſatis proſpectum fuit? ſemper alieno judice uſa? Donec tandem his noviſſimis temporibus, de quorum miſero ſtatu & calamitatibus plenæ ſunt prophetiæ, tandem legiſtæ aliqui eccleſiæ novam ac genuinam faciem, ac formam adornare debuerunt? Miſeret me veſtri, cum tanto eruditionis apparatu tam evanidum ſpectrum orbi vos obtuliſſe. Amabo vos vel unicum documentum, ac veſtigium in tota, qua longe decurrit, eccleſiæ ſerie oſtendite: omnia potius adverſa habetis; primo ſtatum extraordinarium, deinceps penitus adverſarium. Fortaſſis ad ſcripturam refugietis, uti conſueſtis? Sed teſte PUFFENDORFFIO quanto apud vos in hac cauſa viro (*a*)? a. *Neque dictum aliquod extat in novo teſtamento directum ad ſummos imperantes, quo ipſis peculiare officium circa eccleſiam exercendum injungatur.* Imo ſi ſine præjudicio legeretis ſcripturam, ſi non genio indulgeretis, ſi non vos melius, quam totam eccleſiam, totam antiquitatem ſapere

(*a*) De Hab. relig. ad vit. civ. §. 40.

pere vobis perſuaderetis, alia omnia deprehenderetis in ſcripturis: ſublimem auctoritatem, ampliſſimam poteſtatem, infallibilem judiciorum gravitatem, potentiſſimam coercendi facultatem, regnum tantum omni terreno excellentius, quantum cœleſtia terreſtribus, quantum divina humanis, æterna temporaneis, ſpiritualia carnalibus, incorruptibilia corruptibilibus præſtant: qualis nimirum decet regem regum, & dominum dominantium domus ac templum. Hoc non ſolum coram in toto orbe diffuſum cernitis, atque non poteſt non obtutus veſtros percellere, ſed etiam toties ſcriptis ſuis viri omni ætate celeberrimi vobis magnificentiam regni hujus oſtenderunt: quod vos vultis illis in mancipatum tradere, qui proni ſe ei ſubmittunt. *Chriſti regnum* (ut TERTULLIANUS (*a*) jam vidit, aut prævidit) & *nomen ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus ſupra enumeratis colitur, ubique regnat, ubique invocatur, omnibus ubique æqualiter tribuitur, omnibus rex, omnibus judex, omnibus DEUS & Dominus eſt.* a.

X. Quod ſi hoc unum ſpectetur, ruit cum ſuo fundamento omnis illa ſtructura, qua ita in unum confunduntur politica & ſacra respublica, ut jurisdictio & Imprimis contra eos qui domino territoriali poteſtatem ſa-

(*a*) Adverſ. Jud. c. 45.

cram tribuunt, contra ac Christus instituit.

& potestas omnis circa sacra in principem, ceu dominum territorialem transferatur, quod systema Boehmerus cum aliis excoluit, & nos inter varias secum confligentes formas status ecclesiastici novissimo loco recensuimus. Nunc retrogrado ordine demoliemur. Cum enim ita ecclesiam suam instituerit Christus, ut non solum soluta & libera esset ab omni dominatu terreno, verum etiam peculiari modo spiritualem gubernationem ad finem a se intentum commiserit ordini a se constituto, apostolis, & eorum successoribus, hi frementibus sæculi principibus & rebuspublicis, strenue potestate sibi tradita sunt usi, id constanter retinentes, obedire oportere DEO magis quam hominibus. Ecclesiam fundarunt toto orbe diffusam, non principis alicujus ditione concluſam, aut curæ commissam. Tenebat tunc Romanum imperium Tiberius, ac toti prope orbi dominabatur. An omnipotentiæ divinæ difficile fuisset, cor principis hujus inflectere ad obsequendum finibus in ecclesia sua præstitutis, mentem fidei lumine colluſtrare, si præpotentem regno suo vellet dominatorem? Sed Christus proprium sibi vindicavit regnum, cum amplissima potestate instructum ligandi, & solvendi, rempublicam cui nihil erat

cum

cum hoc mundo commune: religionem ſingularem, & ſupernaturalem, veritatibus, legibus, præceptionibus & forma peculiari. Quod ſi hic de religione naturali ageretur, per me, digladiarentur inter ſe, liceret, principine jus ordinandi ſacra, ferendi leges, conſtituendi miniſtros competat, ut eſt multorum ſententia; an vero originarie jus illud ac poteſtas penes populum, cum aliis noviſſime cum *Chr.* WOLFIO, ſit reponenda. Nunc vero cum res hic ſit de religione revelata a DEO ſingulariter excitata, nec per populum aut principem, ſed per miniſtros ad hoc deſtinatos & ordinatos conſtituta, quibus DEUS religionem ſuam commiſit, quosve conſtituit diſpenſatores myſteriorum DEI, apud hos τὸ κύρος, ſeu poteſtas omnis circa ſacra eſt repoſita, obligatione obſtrictis ipſis quibuscunque poteſtatibus & regibus, ut, ſi velint ſalutem conſequi, & aſpirare ad finem ſupernaturalem, colla ſua ſubjiciant jugo Chriſti: audiant percipiantque, non ipſi dictent, aut præſcribant, quæ ad normam religionis a DEO conſtitutæ ſpectant, atque ad finem conſequendum conducant. Ab illis, inquam, audiant, quibus hæc diſpenſatio eſt concredita, quibus claves traditæ ſunt, quibus poteſtas ligandi ſolvendique data, denique

ſpernere, & detrectare in animum ſibi inducant ſubditi pro conceſſa ſibi conſcientiæ libertate. Cujus rei exemplum ſtatim initio factæ immutationis in religione Anabaptiſtæ præbuerunt. Nunc vero Fanatici Quackeri, Separatiſtæ ſpreto omni miniſterio, & regimine eccleſiaſtico eandem latiſſimam incedunt, aperiuntque viam. Ne quid dicam de generalibus Proteſtanticis principiis, quæ huc ſuapte natura ducunt, & quotidie ulterius urgentur. Ut novo exemplo eſſe poteſt auctor Prodr. commentationis academicæ de abuſu brachii ſæcularis in foris Proteſtantium, qui poſtquam ullam hodie amplius neceſſariam diſciplinam eccleſiæ rotunde negaſſet, aſſeruiſſetque ſanæ rationi & ſcripturæ adverſari cenſuras, conſiſtoria, & jurisdictionem eccleſiaſticam, ac fundamento omni carere, tandem theſi nona aſtruit neceſſitatem miniſterii eccleſiæ non eſſe ex præcepto divino, quod cuique æqualis ſit facultas evangelii prædicandi. Non multum abludunt TITIUS, FLEISCHERUS, ipſe etiam BOEHMERUS, dum admittunt a conſiſtoriis, ubi religionis negotia tractentur, abeſſe omnino poſſe theologos, & a ſolis JCtis conſtitui, quibus haud minus Spiritus S. affulgere queat, uti omnibus etiam indiſcriminatim chriſtianis,

nis, ut BOEHMERUS ratiocinatur J. E. P. *T. I. p.* 31. TITIUS vero rationem reddit: quod ſit civile judicium, tametſi cauſæ eccleſiaſticæ agantur. Ita demum ad reſtim redit res eccleſiaſtica, ipſaque eccleſia tam caro pretio a Chriſto fundata.

XII. Hi ſunt fructus & effectus enormis libertatis quidquid ſentiendi de religione, atque ſublata omni legitima eccleſiaſtica poteſtate extraneæ potentiæ & dominatui in ſacris jus omne attribuendi. Paulo æquiores erga eccleſiam videri queant, quorum ſecundo loco attulimus ſcita & rationes circa jura ſacrorum, qui diſtinguunt inter majeſtatica & collegialia, illa principi, hæc ipſi collegio eccleſiaſtico inſita volunt: illa ad jurisdictionem externam, hæc ad internam referunt, ut quidquid ad conceptum collegii eccleſiaſtici, propriamque conditionem ac ſtatum tum religionis univerſim ſpectatæ, cum ſingulariter chriſtianos ſecundum leges libertatis conſcientiæ (famoſæ HELENÆ Proteſtantium, quam tantopere depereunt) pertinet, totum principi demtum, & eccleſiæ attributum velint; ut tamen poſſit eccleſia in principem transferre jura ſua: qua de cauſa etiam *conventionalia* vocant. Quod ſi ſtatum Germaniæ noſtræ, ac præ-

Cui haud minus obeſt ſyſtema jura majeſtatica, & collegialia ſecernens.

præſertim illius regionis, ubi natum & excogitatum eſt hoc ſyſtema attendamus, facile conjici poterit, quo potiſſimum tendat. Nimirum magnus principum Germaniæ numerus paſſim gremio eccleſiæ aggregatur, ſubditis in ſuo errore pertinacibus: ducatus Würtenbergicus ex numero horum eſt, ubi dux catholicus, ſubditi vero Proteſtantes. Hic ſtipendia meruit mihi venerandus alioquin ac gentilis PFAFFIUS, cui potiſſima laus tribuitur factæ inter jura majeſtatica, collegialia diſtinctionis. Commodum ergo fuit principi catholico jus ſacrorum vi dominii territorialis demere, & eccleſiæ vindicare; quod tamen in principem Proteſtantem facile iterum facta *conventione* foret transferendum: ut adeoque ipſis Proteſtanticis principibus potius accreſcere, quam minui aliquid de poteſtate in eccleſiam, ſi jura conventionalia admittantur, recte dicatur: cum præſertim doctiſſimus PFAFFIUS jura collegialia multo amplius extendat, quam aliunde jus territoriale circa ſacra expetere poſſet. Videmus certe doctores, qui ſyſtemati huic ſunt addicti, quamdiu de principum Proteſtantium jure ſacrorum, ac reformandi ſtatibus imperii in pace Weſtphalica conceſſum, agitur contra catholicos, valde liberales eſſe, & nihil non

prin-

principi attribuere circa ſacra. Prodiit primum inter alia diſquiſitio Germanica de jure catholicorum principum (*a*) circa cauſas religionis, & eccleſiæ ſubditorum Proteſtantium, unde hoc luculenter eluceſcit: dum enim principibus catholicis in Proteſtantes ſubditos omnia demit jura, in principes tamen Proteſtantes admodum profundit, partim ut domino territoriali, partim ut epiſcopo, partim eccleſiæ membro primario ac præcipuo: quo reſpectu poſteriore eo majore jure in collegio eccleſiaſtico gaudeat, quo magis reliquis præcellit membris ac præeſt: ſique accedant conventionalia, quæ collegium in principem tanquam fidum ac ſupremum membrum transferat, putat auctor iſte jurisdictione quadam epiſcopali principem talem inſtrui, & auctorari. a.

XIII. Hoc modo principi non ſolum externa omnis jurisdictio adjudicatur, titulo nonnihil immutato, verum etiam minus manent integra ſubjectis populis interna eccleſiæ jura quoad adamatam tantopere conſcientiæ libertatem, quæ tamen verſatur circa ipſam medullam religio- Cui nulla auctoritas ſatis proſpicere poteſt ſtante libertate conſcientiæ apud Proteſtantes.

(*a*) Unpartheyiſche Abhandlung von dem Recht eines Catholiſchen Lands-herrn in Religions- und Kirchen-ſachen ſeiner Proteſtirenden Unterthanen. Von *Georg Ulrich Tritſchler.*

Digitized by

religionis, qua unice vegetatur ac ſubſiſtit exterior etiam cultus DEI, & religio, quæ hypocriſis potius eſt maxime deteſtanda, & ſuperſtitio, niſi conformis ſit cum interna religionis norma & canone. Quodſi ergo nulla eſt circa hanc religionis veluti animam facultas poteſtasque, ſed plena cuique libertas, fruſtranea eſt tum principis, tum qualiscunque alia auctoritas. Apud Catholicos vero hæc optime cohærent: penes eccleſiæ præſides enim reponitur plena poteſtas decernendi, moderandique, quæ ſive externam ſive internam religionis formam ſpectant, & quomodocunque ad religionem pertinent, cui ſe conformare debent ipſi principatus quicunque, & dominationes. Apud Proteſtantes autem, vel religionis larva tantum & ſpectrum ſit oportet, vel magiſtratibus judicandi facultas tribui debet tam interna quam externa religionis decernendi.

4. Vidit hoc *Gerardus* Vossius (*a*), ſed non conſtanter adhæſit veritati. *Reſpondent*, inquit, *aliqui, judicium quidem magiſtratibus competere, cum quævis actio conſequatur judicium intellectus, nec, quod judicium privatis conceditur, magiſtratibus eripi poſſit: verum magiſtratus hoc judicium recte ſentientium paſtorum judicio conforme eſſe*

(*a*) Diſſert. de jure Magiſt. in rebus eccl.

Digitized by Google

esse debere. Sed non cogitant hi illud ipsum esse, de quo judicare oportet magistratum, qui illi sint recte sentientes pastores. Neque enim ideo orthodoxi sunt, quia tales se esse profitentur, cum idem faciant heterodoxi. Quæ si ita sint, magistratibus in omnia interiora etiam judicium tribui debet, quod negant adversarii una nobiscum, sed minus recte penitus ab ecclesia illud removent. Nos autem catholici ita in ipsa ecclesia judicandi vim circa ea maxime, quæ religionis veluti animam ac essentiam constituunt; collocamus, ut christianis principibus non negemus facultatem decreta ecclesiæ tuendi, roburque addendi. Ita THEODOSIUM Patres Cpolitani rogarunt. *Ut*, ajunt epistola in hanc rem data, *per litteras tuæ pietatis ratum esse jubeas, confirmesque concilii decretum, & sicuti litteris, quibus nos convocasti, ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam summam eorum, quæ decreta sunt, conclusionem, sententia atque sigillo tuo corrobores.*

XIV. Hoc modo ecclesiæ præsules episcopi, principes muneris sui circa ecclesiæ, ecclesiasticorumque statutorum curam commonuerunt, ut monumenta antiqua perhibent, neutiquam vero jus aliquod ipsi ecclesiæ insitum ac proprium in illos transtulisse leguntur. Nec

Neque ullo modo principi utpote persona laica potestas ecclesiastica cō-

jungi poteſt.

id facere potuerunt, ut quam ipſi poteſtatem regendi eccleſiam acceperunt, profanarent, & in alienas extraneasque perſonas transmitterent. Incumbit alias principi invigilandi obligatio, curandique, ut DEI honor a ſubjectis promoveatur, vera in DEUM pietas ac religio floreat & conſervetur. Id muneris ſtrenue obierunt cæſares, cum primum Chriſto nomen dederunt. Id vero ad præſcriptum eorum fecerunt, quibus auctoritas, ac jus hoc competebat, & a Chriſto traditum fuerat. Hinc tam ſtudioſi fuerunt in ſynodis congregandis: quod in CONSTANTINI vita mirifice laudat EUSEBIUS: *Qui eccleſiæ*, inquit (*a*), *DEI præcipuam curam gerens, cum per diverſas provincias quidam inter ſe diſſentirent, ipſe velut communis omnium epiſcopus a DEO conſtitutus miniſtrorum DEI concilia congregavit. Nec dedignatus adeſſe & conſidere in medio illorum conventu cognitionis particeps fuerit, ea, quæ ad pacem DEI pertinent, cunctis procurans.* Nemo ſibi Carpzovianus in animum inducat jus epiſcopale hinc exſculpere, adſcribereque principi. Quodſi enim imperator id uſurpaſſet, res eccleſiaſticas utique ſuo arbitrio & auctoritate, non ſynodali judicio tranſigendas duxiſſet. Partes

a.

(*a*) L. I. c. 44.

tes ergo ſuas executus eſt CONSTANTINUS pacis & unitatis eccleſiaſticæ ſtudioſus, atque ſollicite in id incumbens, ut concilia congregarentur, in illis rite omnia agerentur, decretis robur ſua potentia accederet: hinc ea examinare, promulgare, urgere opus fuit, non ut ſuas, ſed epiſcoporum ſententias: atque id de CONSTANTINO refert idem EUSEBIUS (*a*), quod epiſcoporum ſententias: quæ in conciliis promulgatæ eſſent, auctoritate ſua confirmarit. Quod eſt boni principis officium circa id quod primarium eſt in ſtatu, religionis cultus ac vigor. Plus ſibi non arrogarunt pii imperatores. Id de VALENTINO narrat SOZOMENUS (*b*), ſibi, qui unus e laicorum numero erat, non licere ſe ejusmodi negotiis interponere, dixiſſe. *Et ideo ſacerdotes*, ajebat, *& epiſcopi, quibus hæc curæ ſunt, ſeorſum per ſe, ubicunque ipſis lubitum fuerit, in unum conveniant.* Si quando periculum fuerat, ut plus ſibi indulgerent imperatores, res tractandæ ſumebantur procul ab omni laicorum interventu. *Fiat eccleſiaſtica ſynodus*, ſunt verba LIBERII P. apud ATHANASIUM Apol. 2. *longe a palatio, ubi nec imperator præſto eſt, nec comes ſe ingerit, nec judex minatur, & ubi ſolus DEI timor ad*

a.

b.

(*a*) Id. L. IV. c. 27. (*b*) L. VI. c. 7.

omnia ſufficit. Idem eodem loco ATHANASIUS refert, quam intrepide & acriter uſurpationes adverſas legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis imperatori exprobrarint paſtores eccleſiæ. *Denunciabant*, inquit l. c. *illi epiſcopi diem judicii, ſuadebantque, ne eccleſiaſtica corrumperet, neque Romanum imperium eccleſiaſticis conſtitutionibus immiſceret.* Monſtri loco habebatur duplicis in principe perſonæ figmentum. *Quod*, ſunt verba NICOLAI I. epiſtola ad MICHAELEM Imp. *in membris ſuis diabolus imitatus, utpote qui ſemper, quæ divino cultui conveniunt, ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare contendit, ut pagani imperatores iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum eſt eundem regem atque Pontificem, ultra ſibi nec imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium uſurpavit.* Loquitur hic Pontifex de modo inſtituti a Chriſto ſtatus ac regiminis eccleſiæ chriſtiani, diſtincto a politico prorſus, ſecus ac aliquando acciderat in ſuperioribus ætatibus ac lege naturali, uti in MELCHISEDECH: cum Chriſtus ſibi regnum conſtituerit in totum orbem diffuſum, nullis terrenæ dominationis limitibus coarctatum, nulli terreno regno implicatum, ac colligatum, nemini extraneo dominatui ſubjectum: ut potius

reges

reges & principes, ſicut fuerat prædictum, ei ſe ſubderent, ovilique Chriſti aggregarentur, ſub paſtoribus a Chriſto auctoratis, ampliſſimaque inſtructis poteſtate, cui nulla in orbe par, neque poſſit ulli conjungi ac communicari mundano principi, qui oves quidem, non paſtores eſſe poſſunt in caula Chriſti, ut nec potentia qualiscunque habilitatem conferre queat, niſi dominicus character in ſacerdotio Chriſti, cum laico ordine inſociabilis. *Nam*, inquit ipſe imperator BASILIUS in ſynodo VIII. *laicus etſi omnis pietatis & ſapientiæ laude præſtet, tamen laicus eſt, & ovis, non paſtor.* Hæc ergo eſt eccleſiaſtici ſtatus natura & indoles, cui nihil ſit commune cum hoc mundo, ſed diſcreta, ac toto cœlo diverſa respublica chriſtiana a terrena.

In chriſtiana certe religione diſtincto ab omni ſtatu politico regimine.

XV. Tale vero cum regni eccleſiaſtici ſit diſcrimen a civili, idem quoque neceſſe eſt ſit regiminis. *Si vis*, inquit (*a*) CHRYSOSTOMUS, *ſacerdotis ac regis diſcrimen agnoſcere, modum conceſſæ utrique poteſtatis perpende, & multo ſublimius ipſo rege ſedentem aſpicies: nam ſacerdotis thronus in cælis collocatus eſt, & negotiorum cæleſtium adminiſtratio ipſi conceſſa: quis hoc dicit? Ipſe cælorum Rex: Quæcunque ligaveritis &c.* Sacerdotibus ergo,

(*a*) Lib. III. de Sacerd.

go, non regibus, ea promiſſio facta eſt, ut eorum facta & judicia in cœlis vim ac robur ſint habitura; neque reges ea poteſtate inſtructi ſunt a DEO, quæ fini eccleſiæ, eccleſiaſticarum rerum, ac negotiorum congruat. Hinc etiamſi contra nos urgeant adverſarii conſuetudinem aut uſum legis naturalis, aut Moſaicæ, nihil proficiunt: indoles enim legis naturalis olim hoc admiſit, ut qui curam familiæ haberet, ei etiam religionis eſſet, quæ in nulla ſingulari conceſſa legatione, aut poteſtate, ſed ſola cultus divini, ſacrificiorum maxime perfunctione abſolvebatur. Aliud Chriſtus in eccleſia ſua ſe velle illis omnibus occaſionibus oſtendit, quibus ſacra poteſtate ſuos apoſtolos auxit, & eccleſiam a mundanis imperiis ſeparatam fundavit, quæ per totum orbem diffuſa, omnia ſuo ambitu complectitur regna. Ex veteri teſtamento conſtat, ſacra & profana quadantenus conjunctiora fuiſſe, utpote uni eidemque regno implexa, ut idcirco fuerint nonnunquam partes principibus in ſacris, præſertim qui, ad hoc divino conſilio, ac prophetico munere inſtructi, deſtinabantur. Nihilo tamen minus ipſæ ſacræ ſcripturæ nobis regni & templi jura diſtincta repræſentant. *Amarias autem ſacerdos, & Pontifex veſter,* DEUS

per

per prophetam (*a*) Judæis nuntiat, *in his quæ ad DEUM pertinent, præſidebit: porro Zabadias filius Iſmael, qui eſt dux in domo Juda, ſuper opera ea erit, quæ ad regis officium pertinent.* Alibi Judæi in judiciis & cauſis circa ſacra ad ſacerdotes remittuntur. Sed quidquid ſit de veteri lege, novimus nos chriſtianum regnum cum nullo terreſtri copulatum, ſuis legibus, ſuis judicibus, ſuis magiſtratibus ornatum ſibi ſoli ſufficere, nec eorum indigere imperio, qui ipſi colla eidem ſubmittunt. 2.

XVI. Hoc ſedulo inculcatum fuit principibus, imperatoribusque: quamprimum ſe Chriſto dicarunt, hac doctrina omnes imbuti fuerunt. A latere CONSTANTINI M. magnus Osius ſemper fuit, tum ex ipſis vero verbis, quæ poſtea ad CONSTANTIUM, dum eccleſiaſticis ſe immiſcere voluit, patet, quam CONSTANTINO de hac re mentem & opinionem indiderit; tum etiam ipſe CONSTANTINUS animum ſuum ſatis patefecit, cum ipſe de querelis epiſcoporum in concilio Nicæno judicare detrectat: *DEUS*, inquit apud RUFINUM, *vos conſtituit ſacerdotes, & nobis a DEO dati judices eſtis, & conveniens non eſt, ut homo judicet Deos.* Aliquando in convivio ad epiſcopos idem dixit,

Prout ipſi principes, quamprimum Chriſto nomen dederunt, edocti, perſuaſique fuerunt.

(*a*) 2. Paral. XIX. 11.

a. dixit, teſte EUSEBIO (*a*): *Vos intra eccleſiam, ego extra eccleſiam a DEO epiſcopus conſtitutus ſum.* Hinc jus principum circa ſacra eruere conati ſunt multi ex Proteſtantibus, inter quos *Melchior* GOLDASTUS in ſua Monarchia ſtatim principio præfationis Tomi primi: quem ſecutus eſt *Jo. Gerardus* VOSSIUS & alii. Sed audiamus in hæc verba CONSTANTINI
b. epichriſin BOEHMERI (*b*): *Hoc ipſo*, inquit, *meo judicio, ex quadam adulatione indigitaſſe videtur, ſe quidem a DEO eſſe inſpectorem in republica conſtitutum ad dirigenda negotia reipublicæ, epiſcopos autem inſpectores eccleſiarum ad dirigenda ſacra, & negotia eccleſiæ.* Nec aliter ſentire potuerunt imperatores deinceps cæteri; cum non aliter ab epiſcopis edocti fuerint. Ad CONSTANTINUM OSIUS libere edixit,
c. teſte ATHANASIO (*c*): *Ne præcipe tu nobis in hoc genere, ſed potius a nobis diſce: tibi enim DEUS imperium commiſit, nobis ea, quæ ſunt eccleſiæ, concredidit &c.* AM-
d. BROSIUS ad THEODOSIUM (*d*): *Noli te*, inquit, *gravare imperator, ut putes, te in ea, quæ divina ſunt, imperiale aliquod jus habere, noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto ſubditus DEO, ſcriptum eſt:*

quæ

(*a*) L. IV. c. 24.
(*b*) Jur. eccl. T. III. diſſ. præl. §. 63.
(*c*) Ep. ad vit. ſolit. agentes. (*d*) Ep. 33.

Digitized by Google

quæ DEI DEO, quæ Cæſaris Cæſari: ad imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem eccleſiæ: publicorum tibi mæniorum jus eſt, non ſacrorum. Nec incaſſum hæc verba profudit AMBROSIUS: firmiſſime hoc tenuit THEODOSIUS: in epiſtola ad ſynod. Epheſ. ut refert ADRIANUS Papa, ſcripſiſſe fertur: *Illicitum eſſe eum, qui non ſit ex ordine ſanctiſſimorum epiſcoporum, eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.* S. GREGORIUS M. ad MAURITIUM imperatorem, *ſcimus*, inquit (*a*), *piiſſimos dominos diſciplinam diligere, ordinem ſervare, canones venerari, & ſe ſacerdotalibus negotiis non miſcere.* Sic imperatores intrepide allocuti ſunt Pontifices: nec hi ſoli, FELICIS, ANASTASII II. SYMACHI, GELASII, JOANNIS, NICOLAI, INNOCENTII III. BONIFACII VIII. &c. ſimilia ad imperatores verba partim in jus canonicum relata ſunt, partim alias ſunt nota, partim a nobis jam commemorata. Nec Græci unquam habuerunt habentque aliam in hac re jurisprudentiam. Et quid dicam? omnis chriſtianus orbis omni tempore hac firmiſſima perſuaſione ac certa fide fuit imbutus, rerum ſpiritualium, in quibus verſatur poteſtas eccleſiaſtica, jus nullum habere magiſtratus aut principes: cum a Chriſto, non autem a magiſtratu

(*a*) Lib. V. Ep. 25.

ſit jus illud omne, quo obligantur in religionem conſcientiæ, & latius pateat omni ex parte eccleſiaſticum ſæculari dominio, atque ſua univerſitate ipſos principes complectatur. Finiam hanc materiam meditatione doctiſſimi, & in antiquitatibus, omnisque generis eruditione clariſſimi *Henrici* DOWELLI, quam ejus verbis cœpi, ne videar me totam rem auctoritate Noſtratium velle conficere. *Venio*, inquit (*a*), *jam ad ſecundum caput, epiſcoporum ſcilicet a poteſtate ſæculari independentiam: & quidem de facto certum eſt bis ipſis primævis ſæculis, quibus obſequium in magiſtratus inculpatiſſimum erat, poteſtatem tamen in ſubditos ſibi chriſtianos exercuiſſe epiſcopos, magiſtratibus quantumlibet invitis, atque refragantibus. Certum præterea eſt, diſtrictus fuiſſe urbium, cum ſuburbanis regionibus, qui eosdem epiſcopos agnoſcebant, ne quidem ipſos chriſtianis conceſſos ab imperatoribus, aliisque, locorum, in quibus conventus agebantur, magiſtratibus: fecerunt hæc ut in illos actiones eſſent per leges de factionibus, de ſodalitiis, de hetæriis; vel inde manifeſtum eſt corpora fuiſſe viſibilia, & viſibilibus limitibus invicem diſtincta, dum nullus adhuc acceſſiſſet conſenſus ſæcularium magiſtratuum. Certum eſt etiam coævos illorum temporum chriſtianos jura*

(*a*) Paræneſis ad exteros de ſchiſmate Angl.

jura hæc viſibilium eccleſiarum, & diſtrictuum etiam viſibilium defendiſſe, & conſcientia ſeſe obſtrictos, ut defenderent, credidiſſe, DEO nempe dante jura illa, quæ non dederat magiſtratus. Certe in horum jurium poſſeſſione eccleſiam reperit Conſtantinus, & principia horum jurium talia vidimus, quæ ne patiantur quidem, ut jurium illorum particeps potuerit eſſe magiſtratus. DEUM auctorem illorum fuiſſe probavimus, qui magiſtratuum jura, cum viſum eſſet potius etiam minuere, vel jura eadem aliis dare ob alium tamen, quam cur magiſtratibus conceſſerit, finem. Jus illud omne nititur eccleſiaſticæ ſocietatis beneficiis. Sanctio enim eccleſiaſticæ ſocietatis inde pendet, quod, qui in illam nomen dare nolit, vel ſocietatis communi regimini pervicacem ſe præbuerit, eum beneficiis ſocietatis carere neceſſe ſit. Sed vero beneficia ſocietatis eccleſiaſticæ majora ſunt, quam ut ea terrenus ullus potuerit præſtare magiſtratus.

CAP. III.

CAPUT III.

DE JURE CIRCA SACRA ac RELIGIONEM PRINCIPIBUS TUM SUAPTE NATURA, CUM SINGILLATIM IN IMPERIO GERMANICO EX PACTIS COMPETENTE.

I.

Jus reformandi, cui competat ex noſtra & adverſariorum ſententia.

Perſæpe etiam in religionis negotio vulgatum illud: *Regis ad exemplum totus componitur orbis*, locum habet: Hujus rei vel ipſæ ſacræ ſcripturæ tot fere exempla præbent, quot Judaica gens reges numeravit. Mutato enim novi regis animo, mutata eſt ſemper religionis facies, eaque in religione mutatio regi adſcribitur. Neque hujus rei exempla in chriſtiana eccleſia deſiderantur, quamvis pauciora, prout nimirum chriſtiana religio minus eſt cum regimine politico implicata. Quare cernimus ringentibus licet ſæculi poteſtatibus eccleſiam adoleviſſe: deinceps vero plerumque reges ac principes, aut his obnitentibus, fidelem populum paſtores ac miniſtros eccleſiæ ſecutos. Quodſi his noſtris

ſtris temporibus aliter accidere cernimus, mutatis principiis hoc eſt adſcribendum, præſertim autem juri reformandi, quod principi integrum eſt. Quod quidem recte ſe habet, ſi ſano ſenſu uſurpatur: ut nimirum principes res eccleſiæ, ejus commoda, & utilitates promoveant, ea exequendo, ac effectui dando, quæ a magiſterio eccleſiaſtico pro bono eccleſiæ ſtatuuntur. Hoc veteres imperatores ſtudioſe factitarunt, quamvis etiam nonnunquam errori detulerint, decepti ab hæreticis, aut eorum fautoribus, maxime ſi epiſcopi eſſent. Sed alia nunc ſcena infauſtæ reformationis ævo eſt inducta: ipſi enim principes in ſacra involarunt, ac proprio nomine tanquam domini territoriales jura hæc ſibi ſumunt, judices ſedent, ac reformandi eccleſiam auctoritate utuntur. Ab initio viſi ſunt Proteſtantes æquas ferre conditiones provocando ad concilium generale, cujus judicio ſtare velle videbantur. Sed mox depoſita larva omnia potius alia experiri, quam legitimam eccleſiaſticam auctoritatem amplecti, palam prodebant. In principum poteſtate totam rem repoſuerunt, armisque principes imperii id obtinuerunt, ne ab imperatore propter Auguſtanam confeſſionem ejusque doctrinam turbari, ac inquietari poſſent.

Id

Id primum transactum est Passavii 1522. & postea in pace religiosa 1555. atque demum jus reformandi assertum est; quod jam prius usurpatum fuerat, quamvis necdum apud doctores heterodoxos in rem judicatam abierit jus sacrorum in Germania, ubi primum motus circa religionem sunt exorti. Ad finem superioris sæculi commissi circa hoc jus inter se sunt theologi & jurisconsulti Protestantes. Theologi quadantenus jus circa sacra sibi ac ecclesiæ vindicabant. Quæ principia ceu Papizantia JCti rejiciebant: atque plenum jus circa sacra principi attribuebant. Qui jura collegialia ecclesiæ statuunt, quorum ducem se nuper *Christ.* PFAFFIUS fecit, cavent, ne jus reformandi cum jurisdictone ecclesiastica confundatur. *Illud*, inquit (*a*), *politicum jus, sacrum hoc est. Illud ex superioritate territoriali, hoc ex jure ecclesiæ primitivo manat.* Quodsi essentia religionis spectetur, non adeo distinctio hæc locum habeat necesse est in principiis Protestantium, adamata tantopere libertate conscientiæ. Pro qua cum unice certare visi sint, non potuit tamen non per ipsum hoc jus reformandi principibus ordinibusque imperii concessum liber-

(*a*) Diss. de eo, quod justum est circa Reformationem sacrorum. §. 33.

Digitized by Google

libertas illa reſtringi, dum ex jure territoriali liberrimam habent alterius religionis in imperio Germanico toleratæ mutandæ atque introducendæ facultatem. Nimirum tum tantum religionis formæ Catholica, Lutherana, & Calviniſtana civitate ſunt donatæ, catholicis violenter avita ſua poſſeſſione pulſis, qua ſoli unam conſtituebant eccleſiam. Hanc eccleſiam reformare, negotium prætenſæ novæ Reformationis erat. Inde Lutheraniſmus & Calviniſmus exortus, atque ſtabilem apud nos accepit ſedem per *pacificationes*, quas quidem *religioſas* vocant, per armatas tamen principum manus extortæ ſunt pacis conditiones, atque principibus aſſertum jus reformandi, publicum religionis exercitium. Equidem eccleſia catholica nulla eget tali reformatione, ut alia ei ſubſtituatur religio, una eademque ſemper ſancta & apoſtolica, nullumque datur jus reformandi, niſi ut vera reſtituatur eccleſia, catholica nimirum. Atque ita catholici principes recte jus hoc reformandi ſuum faciebant juxta regulam eccleſiaſticam ad poſtliminio reſtituendum exercitium religionis catholicæ. Quam regulam dum non agnoſcunt Proteſtantes, neque tamen, admiſſa libertate conſcientiæ, auctoritati cuicunque vel poteſtati circa

religio-

religionem deferunt, oſtendere nequeunt, quo jure jus reformandi ſibi arrogent. Iſta enim ſibi ſunt invicem neceſſario copulata, ut de abuſibus, & erroribus cognoſcat, judicetque, qui eorum reformationem ſuſcipit. *Si quis*, verba ſunt
a. ANONYMI (*a*) de Jure reformandi, *reformare cupiat, neceſſe eſt, ut adſint abuſus, vitia, errores, quæ in melius mutari, priſtinoque ſuo ſtatui, atque formæ reſtitui poſſunt: quæ enim veram ſuam indolem exprimunt, quæ bona ſunt, illa ſane reformatione haud indigent. Si quis ergo jus habuerit reformandi, illum neceſſe eſt habere facultatem, vitia, abuſusque circa religionem graſſantia abolendi, immutandi, temperandi, prout præſens hominum, reipublicæ, atque religionis patitur conditio, neceſſitas, atque indoles.* De hoc jure a tempore ſic dictæ reformationis plurimum fuerunt ſoliciti ſtatus Rom. Imp. illudque vehementer deperierunt, Proteſtantibus illud primum exercentibus, atque poſtea ex uſitata praxi ſtatibus imperii ſibi aſſerentibus, unde ſtabilitum eſt in pace Weſtphalica tanquam juri territoriali conjunctum: *Statibus immediatis*, verba ſunt Inſt. Pacis, *cum jure territoriali, & ſuperioritate ex communi*

per

(*a*) Meditat. de Origine &c. Juris reformandi. C. I. §. 3. p. 3.

per totum imperium hactenus uſitata praxi etiam jus reformandi exercitium religionis competit. Ut habetur §. 30. *Quantum deinde.* Articuli V. qui totus pene in hac materia eſt, cum ſub nomine reformandi in J. P. quandoque totum jus circa ſacra veniat. Jactant nonnunquam Proteſtantes, ſe præcipuos promotores fuiſſe articuli illius. Ex protocollis vero Proteſtantium illuſtriſſimus auctor *des Grund-riſs des ſo genannten Juris reformandi* prodit eos adverſatos fuiſſe: cum Cæſarei aliique catholici principes id jus in exercitium religionis, uti antea ſtatus Proteſtantici in ſuos ſubditos exercuerant, pariter expeterent. Id aliquando longius etiam extenderunt, quam Proteſtantibus arriſit, unde lites illæ, præſertim ad ſacra noſtra redeuntibus principibus: quod imprimis patuit in regreſſu ad ſinum eccleſiæ ſereniſſimi electoris Palatini: notæ ſunt vindiciæ juris reformandi RITTMEYERI, famoſi libri *Urſprung*, *Ungrund des Simultanei.* Imprimis autem magno applauſu ſuſceptum, atque auctoritate Corporis evangelici ſuffultum fuit opuſculum poſterius. Commentaria, gloſſas, meditationes varias ſuper §. 30. *Quantum deinde &c.* Vid. c. 15. *Grund-riſs des ſogenannten Juris reformandi.*

Jus reformandi in religione quale competat principi ſecundum noſtra, & adverſariorum principia.

II. Catholici vero principes aliter ac Reformati utuntur hoc Jure. Noſtrates enim ab eccleſia ſumunt normam reformandi, nec ipſi ſibi judicium arrogant, ſed advocatos, protectores, vindices canonum agunt. Proteſtantes JCti, præſertim Jus circa ſacra principibus nonnunquam tribuunt, nomine proprio, jure epiſcopali, ac etiam papali, cum in principiis Proteſtantium teſte STRICKIO, quilibet princeps ſit ſuo in territorio papa: quod jus ſecundum STRUVIUM
a. (*a*) conſiſtit in Jure Patronatus regio: ſuſpenſo præſertim in J. P. omni in terris Proteſtantium jure epiſcopali: non dicam hic quo jure; ſolummodo commemoro, hinc quosdam Proteſtantium jus ſuum epiſcopale derivare: quamvis major numerus ex jure territoriali repetat, hoc nihilominus diſcrimine, ut nonnulli juribus collegialibus ſuam portionem adſcribant: qui nimirum cum PFAFFIO hæc jura a Majeſtaticis diſtinguunt, inter quos auctor *Meditationum*
b. (*b*) Jus reformandi ſtatibus imperii nonniſi cum conſenſu ſubditorum exercendum, competere aſſerit. Quæ nunc ſententia operoſius adſtruitur, ad extricandum hoc jus principibus, ad catholicam reli-

(*a*) Jurisp. publ. c. 20.
(*b*) Cap. I. §. ult. p. 146.

Digitized by Google

religionem ex Proteſtantica redeuntibus. Eſt vero inter nos & adverſarios hoc præcipuum doctrinæ diſcrimen, & quæſtio, ut jam COCCEJUS (*a*) notavit, de jure territoriali, & jure clericorum eccleſiaſtico, huic an illi jus reformandi cohæreat: ita ut principes ſolum executores apud nos ſint; apud adverſarios jure proprio, aut ſaltem collegiali in principes translato agant? Putant illi principem ipſum normam juri reformandi ex verbo DEI revelato, legibus naturæ, aut rationis accipere debere: nos legibus, canonibusque eccleſiaſticis, quorum tutores & executores ſunt principes, circumſcribimus. Licet vero in pace Weſtphalica utrinque conventum ſit, quoad jus reformandi, illud tamen catholici in Proteſtantibus non probant. Diſtinguunt inter jus reformandi & regulam territorialem, qua princeps in ſuo regno cum ſuis ſubditis circa exercitium religionis diſponere poſſit. *Catholici*, inquit laudatus illuſt. auctor, *regulam territorialem juxta pacem religioſam Proteſtantibus permittunt, jus reformandi non probant, utpote invalidum, & contra præſtitutam a DEO regulam. Catholici vero jus territoriale ſeu reformandi non aliter exercendum ſtatuunt, quam juxta* 2.

(*a*) Jurisprud. publ. c. 18.

præſtitutam a DEO regulam, doctrinam & definitionem eccleſiæ.

Quomodo principes in cauſis religionis ſe habeãt.

III. Novimus antiquos principes, & imperatores legibus & canonibus eccleſiaſticis devinctos ſe agnoviſſe: quibus omnibus de eccleſiæ ſtatutis ea ſententia CONSTANTINI, quam de Nicænæ ſynodi conſultis protulit, mente inſedit (*a*): *Quod trecentis placuit epiſcopis, nihil aliud exiſtimandum eſt, quam DEI ſententia, præſertim cum in tantorum virorum mentibus inſidens Spiritus S. divinam voluntatem aperuit.* Sic CONSTANTINUS ad eccleſiam Alexandrinam ſcripſit: aliorum imperatorum ſimilia habentur dicta. Et S. AMBROSIUS (*b*), *ſi conferendum*, inquit, *de fide, ſacerdotum debet eſſe iſta collatio, ſicut factum eſt ſub Conſtantino auguſtæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmiſit, ſed liberum dedit judicium ſacerdotibus.* Antea jam dixerat S. Pater hanc rationem ſcripturæ ſacræ, & antiquitati omnino congruere. Neque aliter ſtabilitati religionis fideique catholicæ conſultum eſſet: cum experientia doceat, quantæ mutabilitati regum religio obnoxia ſit. Ejusdem ergo ſortis religio futura eſt & inſtabilitatis, ſi regi integrum pro lubitu reformandi jus ſit. Neque eſt cur GROTIUS

a. (*a*) SOCRAT. L. I. c. 9.

b. (*b*) L. V. Epiſt. 35.

TIUS (*a*) hic ad DEI providentiam concurrat, qui cor regis in manibus habeat. Docuerunt enim tempora hanc providentiam magis reſplendeſcere in ipſa eccleſia: hancque cum apoſtolis magiſterium eccleſiaſticum promiſſionem accepiſſe, futurum cum eo DEUM uſque ad conſummationem ſæculi, manifeſtum ex ſcripturis & perpetua traditione habemus. Hoc ergo ſenſu, ſi illud GROTII ſumamus quadantenus ferri poſſet. *Si quid*, inquit, (*b*) *de ſacris imperant reges chriſtiani, jus imperandi habent ut reges, peritiam ut chriſtiani:* nimirum ſi a Chriſti eccleſia tradita & conſtituta firment, & pro data potentia apud fideles ſubditos executioni mandent. Verum GROTIUS virus ſtatim prodit: commiſſam clavem ſcientiæ regibus, atque a DEO edoceri eos dicit. Hinc eodem loco proprio Marte principem inquirere vult, & indagare ſcripturas, ut fidei inde cognitionem hauriat animo vere quidem religioſo. *Cum vero*, inquit (*c*), *judicio duæ res obeſſe ſoleant, ignorantia, & pravi affectus, ſequitur ut judicium ſibi competens recte exerceat, opus illi eſſe & intellectu rerum ſacrarum, & animo vere religioſo.* Optamus & nos catholici has duas inſignes dotes principi; ſed id

a.

b.

c.

(*a*) De jure ſumm. poteſt. circa ſacra c. 8.
(*b*) Ib. c. 6. ad fin. (*c*) Ib. n. 8.

negamus etiam ex communi ſenſu ratione neque, quod propria induſtria talem in ſacris ſcientiam, quæ ſit ſecundum pietatem & ſanam doctrinam princeps habeat potius, quam illi, qui negotiis religionis perpetuo ſunt addicti, & in lege Domini meditantur die ac nocte. Cum principes terrenis negotiis tantopere diſtracti ſint, ut vel otio deſtituantur, ſi cæteræ etiam adeſſent vires. *Unusquisque*, ut etiam ARISTOTELES agnovit, *recte judicat ea, quæ cognoſcit.* Nec BOEHMERI canones, ſecundum quos principes de ſacris vult decernere, ſatisfaciunt: *Si recta ratio, & ſcriptura ſacra unice conſulerentur*, inquit (*a*), *non opus eſſet circa ſpeciales concluſiones tot dubia, turbas, & lites movere: recta ratio principi generaliter curam & inſpectionem in eccleſias, & ſacra tribuit: ſcriptura ſacra ſacrorum indolem & rationem ſpecialem docet, præcipitque, ut ſecunduum eam cura hæc, & inſpectio attemperetur.* Hic antiquæ difficultates redeunt: omnes ſuis in judiciis ſibi adulantur, ſe recta ratione duci: omnes in in ſcripturis ſenſibus abundant ſuis: nullus hæreticorum fuit, qui non pro ſe ſcripturam ſit interpretatus: *Scriptura*, vel ipſo GROTIO teſte (*b*), *eſt norma judican-*

a.

b.

(*a*) Jur. eccl. L. I. tit. 31. §. 60. &c. T. I. p. 766.
(*b*) De Imp. ſum. Proteſt. circa ſacra c. 5. n. 6. 7.

Digitized by Google

dicandi, nunquam autem idem eſt ſui regula. Idem ibidem duo veluti ſumma judicia admittit, aliud directivum eccleſiæ alterum imperativum ſummarum poteſtatum: illo inter humana nullum eſſe majus auctoritate; iſto nullum poteſtate. Sed parum ſic eccleſiæ eſt cautum, ſi principes uſi poteſtate ſua ſumma, ea decernant, quæ veritate non nitantur: cum infallibilem nullam auctoritatem agnoſcant adverſarii, nec in ipſorum principiis ullum hominum genus eſſe poſſit, apud quos talis auctoritas reſideat. Ultimato ergo ſemper judicium ad principes devolvitur, qui ut plurimum inepti ſunt de ſacris judicare. Illud VALENTINI imperatoris principes omnes ſibi notent; qui, dum de religione agendum erat, ingenue profeſſus eſt, teſte SOZOMENO (*a*), ſibi, qui unus e numero laicorum eſſet, non licere ſe ejusmodi negotiis interponere. *Et ideo ſacerdotes & epiſcopi*, inquit, *quibus hæc curæ ſunt, ſeorſim per ſe, ubicunque ipſis liberum fuerit, in unum conveniant.* Si quando principes ad hujusmodi cauſas admiſſi, aut orthodoxam fidem ſuis legibus ſtabiliverunt, ſic ſuſcepit eccleſia, ut AGAPETUS (*b*) Pontifex JUSTINIANI edictum aliquod de fide orthodoxa laudavit. *Non,*

a.

b.

(*a*) L. V. c. 7. (*b*) Ep. 6.

inquit, *quia laicis auctoritatem prædicationis admittimus, ſed quia ſtudium fidei veſtræ patrum noſtrorum regulis conveniens confirmamus, & roboramus.* A cura ergo principum alienum non eſt, rebus fidei proſpicere, ſi modo judicibus eccleſiaſticis res conficiatur: alias cum EULOGIO apud THEODORETUM (*a*) illud objectare fas eſt principi in ſacra ſe miſcenti. *Numquid cum imperio es etiam ſacerdotii dignitatem conſecutus?*

8.

Quam parum religioni proſpectum ea poteſtate, quæ principibus ſecundum Proteſtantes competit.

IV. Aliter hic Proteſtantes ſciſcunt, Τὸ κύρος omne & poteſtatem principi adſcribunt; ita tamen, ut, quod religionem internam, ipſamque eſſentiam ſpectet, vana omnino reddatur ejusmodi in principe poteſtas: utpote cui vim decidendi infallibilem haud tribuant. *Nec enim ſibi*, de magiſtratu ac principe loquitur *Ger.* VOSSIUS (*b*), *infallibile tribuit judicium in rebus religionis, quod facit Papa: nec poteſtatem condendi capita fidei, quæ conſcientias obligent; ſed tantum jus ſanciendi, quæ religio publice debeat obtinere, procurandique ea, quæ ad orthodoxiam, & ædificationem eccleſiæ judicat pertinere.* Sed quam male hoc modo religioni ſit conſultum, jam ſupra vidimus. Fuerunt ſane ex ipſis Proteſtantibus, qui hoc perſpice-

(*a*) L. IV. c. 16.
(*b*) Diſſert. de jure Magiſtr. in rebus eccl.

ſpicerent, atque inter hos WALÆUS, quem oppugnat VOSSIUS; hic ἀσύφατον eſſe probe agnoſcit, velle alicui, quem fatearis poſſe errare, tribuere ſummam in religione poteſtatem: *Atque hoc cum probe aſſequerentur Pontificii*, dicit (*a*), *eorum plerosque, quia Papam errare poſſe faterentur, concilio eum ſubjeciſſe: ſed horum longe deteriorem eſſe opinionem, qui inſimul & magiſtratui tribuant judicium fallibile, & ei tribuant ſupremum jus in negotio religionis.* In omnem partem ſe hic vertit Vossius: neque enim facultatem evadendi principia proteſtantica dant. Quidquid eſt judicii ſive in doctoribus, ſive in ſynodis, ſive in confeſſionibus fallibile ipſis eſt, nec adſtringuntur fidem eis adhibere magiſtratus ac principes, niſi quatenus conſentire intelligant cum ſcripturis. Hoc enim judicium, ex ſententia Proteſtantium in cauſa religionis unicuique competit. Putat ergo id magiſtratui convenire VOSSIUS. At diffiteri non poteſt dirigi debere magiſtratus in his rebus ſacris plerumque minus ſubactos, & gnaros, ab arte peritis theologis, præſertim in ſynodos coeuntibus. Videamus jam cum nemini judicium hic infallibile concedat, quomodo rationes colligat. 8.

(*a*) Pag. XVIII. apud Voss. l. c.

a. gat. *Utrumque igitur*, ait (*a*), *verum eſt, & penes ſynodum κρίσιν, & penes magiſtratum ſummam ἐπίκρισιν eſſe; item & hunc & illam errori eſſe obnoxiam: ſed hoc non impedit, quo minus tum ſynodi officium ſit dirigire intellectum in cognitione veri, tum magiſtratus ſit imperare quod rectum eſt & ſalutare. Quod ſi illa diriget male, non ideo hic imperabit malum; & ſi hic imperet malum, non ideo ſubditi parere debent in malo, ſed & magiſtratus & ſubditus unusquisque aget, quod ſui eſſe officii & ſcriptura, & eccleſiæ catholicæ conſenſus, & recta ratio perſuaſerit.* Sic ergo religio ſoluta omnibus legibus, terminisque relinquitur, conſcientiæ libertate unicuique data. Quod unice deſiderarunt Proteſtantes, ut pro hac acrius armis, quam Græci pro HELENA decertarent, donec eam qualitercunque in pace Weſtph. obtinuerunt. Jam tunc comes TRAUTMANSDORFIUS legatus Cæſaris perſpexit & edixit, hanc libertatem religionis diſcordiarum ac tumultuum fore ſeminarium: reſpondit legatus Brunswicenſis, id fore per accidens nulla culpa ipſius religionis. At conſiderandum fuiſſet *accidens* illud, quietem nimirum, & pacem publicam, id ipſum fuiſſe, quod tunc præ oculis haben-

(*a*) *Ger.* Voss. diſſ. de jure Magiſtr. in rebus eccl.

bendum fuerat, cujusve gratia Proteſtantes principi tantam in ſacris licentiam adſcribunt. Religionis ſane cauſa ipſis haud attribuitur; in qua cuique libertatem concedunt, utpote ad eam (cum in cognitione DEI, divinarumque rerum conſiſtat præcipue, intellectus vero hominis cogi nequeat) vi compelli neminem poſſe perſuaſi, ut doctrinæ aſſentiat, quam pro falſa habet, aut necdum plenam de ea mentis perſuaſionem eſt aſſecutus: aut ut quis aliquid pro bono ac licito habeat, & ſequatur, quod conſcientia ipſi illicitum ac pravum dictat. Secundum hæc principia adeo vage ſumta non ſolum omnis vis coercitiva quoad religionem, verum etiam quoad obligationes quasvis morales, prout ex revelatione proponuntur, concidit.

Capita, ad quæ redigitur poteſtas circa religionem juxta Proteſtantes, ad nihil recidunt.

V. Ipſi Proteſtantes varias hic limitationes faciunt, ſed nonniſi deſerta priori & fundamentali doctrina. Negant ergo illicitum in conſcientias dominium eſſe, quando impune negari non ſinitur DEUM exiſtere, eſſe mundi conditorem, ſupremumque rectorem ac monarcham: quando impune graſſari non permittuntur doctrinæ, diſcrimen inter virtutes & vitia evertentes, aut virtutum præmium, vitiorum pœnam e medio tollentes. Hinc diſtinguunt inter errores, atque eorum

varios

varios gradus faciunt, quorum alii ſint tolerabiles, alii intolerabiles. Sed ſi ratio libertatis conſcientiæ ſpectetur, quod nimirum cogi neſcia ſit mens & intellectus, par utrobique eſt cauſa. Errores omnis generis in perſuaſione mentis perverſa conſiſtunt; cui cur quis permitti in hoc potius, quam alio errore valeat, ratio haud eſt, conſiderato fonte ac radice libertatis. Vel illæ rationes ex ipſa religione depromuntur bonoque eccleſiæ, vel fundantur in tranquillitate reipublicæ, bonoque ſtatus, cui proſpicere debet princeps aut magiſtratus. Primum dici nequit, cum principi deſit facultas judicandi decernendique cum infallibili auctoritate, fierique poſſit, ut ſubditus ad obſequium detrectandum propter conſcientiam obſtrictum ſe putet, ut in Anabaptiſtis contigit. Nec eſt major cauſa, cur princeps in aliquibus tantum capitibus polleat poteſtate, in aliis non; cum quivis error in religione capitalis fidem deſtruat. Ut adeo ſatis proſpectum haud foret eccleſiæ in aliquibus veritati adſtringi, in aliis falſitati permitti. Idem dici poteſt in altero capite, poteſtate nimirum hac in principe agnita ob reipublicæ tranquillitatem, quæ experientia teſte turbatur frequentius ob errores minus fundamentales, utpote mi-

minus perſpicuos, majoribusque diſceptationibus expoſitos. Quin hodie exiſtunt viri magni apud adverſarios nominis, qui nec ipſum Atheiſmum lethale vulnus hic inferre putant. Non enim BAYLIUS ſolum negavit, Atheiſmum ad malam vitam ducere, ſed etiam WOLFIUS cum ſuis jus naturale ſalvum in Atheo agnovit, defenditque. Quis autem neget, jure naturali integro, tranquillitatem reipublicæ tutam ſtare. LOKIUS epiſtola quadam de tolerantia contendit, magiſtratum cohibere haud poſſe, ſi populus vitulo litet, cum ipſe Atheiſmus tolerari debeat.

Niſi legitimam aliquam nobiſcum ſtatuant poteſtatem.

VI. Quocunque igitur ſe vertant, nihil proficiunt, dum legitimam eccleſiaſticam poteſtatem ab eccleſia ad principes transferunt. Quodſi enim veri nominis aliquam auctoritatem principi circa religionem attribuant, pro uno judice eccleſiaſtico tot conſtituunt, quot ſunt ſupremi magiſtratus, quod noſtri conſtanter Anglis præſertim objecerunt. Si vero nullam talem proprie dictam robore ac firmitate, qualis decet religionem, inſtructam admittunt, actum eſt de religione, tantum relinquitur ſceleton ac ſpectrum; nec ipſa religio curabitur, ordinabiturque, ſed tantum exterior ejus forma ac facies, ut poſſit eſſe

inte-

interius toto cœlo diverſa ab externa facie: quæ eſt immanis hypocriſis, quam tamen ut vitarent, potiſſimum libertatem conſcientiæ tantopere urgendam duxerunt. Quæ ſtare non poteſt, ſi opus eſt religionis formam conſtantem ſibi, & cohærentem ſervare. Nec aliter ipſæ Proteſtanticæ eccleſiæ coaluerunt: ab auctoritate avitæ eccleſiæ ſeceſſione facta, aliorſum ea translata eſt ad doctores, aut confeſſiones: *Nam* (verbis utor Vossii ex laudata non ſemel diſſert. de Jure Magiſtr. in rebus eccl.) *ut Pontificii Pontificem, ita hi Lutheri ſectatores Lutherum, ut illi eccleſiam Romanam, ita hi eccleſias Saxonicas, & alias, ut illi mediæ fere aut infimæ antiquitatis concilia aliquot, ita hi, tanquam quod conciliorum ſibi multorum inſtar eſſet, confeſſionem Auguſtanam urgere adverſus diſſentientes cæperunt.*

Quam Proteſtantes nimiam principibus & magiſtratibus tribuunt.

VII. Non diffitetur Vossius multos ita egiſſe Proteſtantium, & carpit; alios diſtinguit, qui contra ad magiſtratus judicium redierint. *Doctores noſtri*, inquit l. c. *ab eccleſiis ad ſcripturæ judicium, a Papa ad magiſtratus judicium provocabant.* Nec his iraſcitur, tribuitque magiſtratui jus circa ſacra, licet diſtinctionem faciat inter interna & externa religionis: quatenus ad imperium ſpectet, quod modo

jus

jus reformandi exercitium religionis vocatur. Quo titulo eccleſiaſtas ſubjicit directo magiſtratus imperio in rebus exterioribus, ſive in actionibus, ordinem ac πολιτείαν eccleſiæ ſpectantibus, indirecte vero in interioribus, quatenus ejus eſt procurare, ut a paſtoribus fiant, atque ad hoc habet vim coactivam. *Cum enim*, inquit, *publica omnia, qua publica, ei ſubſint, qui publicis ſummo cum imperio præeſt, etiam univerſam religionis curam, qua publica eſt, ſummo magiſtratui ſubjectam eſſe neceſſe eſt: eoque reſpectu fatendum, eccleſiaſtas ſecundum exteriora illa, nempe prædicationem evangelii, adminiſtrationem Sacramentorum, impoſitionem manuum, & jus clavium a magiſtratu ſummo dependere. Quod dum dico, non tantum eccleſiaſtas magiſtratui ſubjicio, quatenus in horum arbitrio eſt, quæ religio publice debeat obtinere; ſed etiam quatenus eorundem eſt procurare, quæ ad religionis puræ primitus inſtitutæ conſervationem, aut collapſæ inſtaurationem pertinent.* Huic talo inſiſtit jus illud reformandi in pace Weſtphalica conſtitutum pro ſtatibus imperii, cum temperamento pro diverſitate religionum, quibus pax publica & liberum exercitium erat paciſcendum. Quod tamen male fuit conjunctum cum ſuſpenſione, ceſſationeque jurisdictionis veræ ac legiti-

gitimæ poteſtatis eccleſiaſticæ, cui nervi omnes ſunt acciſi in terris Proteſtantium; ut principum uſurpationibus obſiſtere non poſſint, qui ſe obligatos haud credunt jus reformandi juxta præſcriptum legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis ſecundum decreta & canones eccleſiæ auctoritate ſancitos exercere, qua ſalva recte penes principes jus reformandi conſiſteret: non quatenus in eorum arbitrio eſt, quæ religio publice debeat obtinere, ut falſo contendunt, ſed quatenus eorundem eſt procurare, quæ ad religionis puræ primitus inſtitutæ conſervationem, aut collapſæ inſtaurationem pertinent, ut in theſi non inepte ſtatuit Vossius.

Catholici juſtis limitibus conſtringunt.

VIII. Ita ergo catholici rationes colligunt, ita concordiam ſacerdotium inter & imperium conciliant, atque utrinque limites, & officia diſtinguunt. Eccleſiæ præſulum eſt definitiones, & canones edere, atque de rebus religionis decreta & leges condere, quas auctoritate ſua roborent, tueanturque principes. Vis autem & robur definitionum in materia præſertim fidei ab auctoritate eccleſiaſtica pendet, quæ de jure judicare poteſt, & ſtringere ipſos etiam principes, quibus obligatio incumbit poteſtate ſua confirmare, ſupremam tuitionem impendere, executioni mandare

res

res judicatas, pœnis eccleſiaſticis civiles addere. Ita factum a pientiſſimis principibus & imperatoribus fuit, CONSTANTINO, THEODOSIIS, MARCIANO, JUSTINIANIS: quorum exemplis, ſi qui plus aliquid uſurpabant, ſtatim ſunt a cœptis revocati, præſulum conſtantia, viriliter auſis ſeſe opponentium, & jura eccleſiæ tuentium. *Quando audiſti clementiſſime imperator:* ad VALENTINIANUM ſcribit S. AMBROSIUS ep. 32. *in cauſa fidei laicos de epiſcopis judicaſſe? Ita ergo quadam adulatione curvamur, ut ſacerdotalis juris ſimus immemores, & quod DEUS donavit mihi, hoc ipſe aliis putem eſſe credendum. Si docendus eſt epiſcopus a laico, quid ſequetur? Laicus ergo diſputet, & epiſcopus audiat, epiſcopus diſcat a laico? At certe ſi vel ſcripturarum ſeriem divinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt qui abnuat in cauſa fidei, in cauſa, inquam, fidei epiſcopos ſolere de imperatoribus chriſtianis, non imperatores de epiſcopis judicare? Eris DEO favente etiam ſenectutis maturitate provectior, & tunc de hoc cenſebis, qualis ille epiſcopus ſit, qui laicis jus ſacerdotale ſubſternit.* Ita hic intrepidus poteſtatis eccleſiaſticæ vindex auſus eſt imperatori in faciem loqui, nihil metuens aut fortunarum omnium, aut ipſius vitæ jacturam: loquitur autem non

ſuo tantum, ſed aliorum epiſcoporum nomine, quorum potiſſimum inſtinctu ſeſe lubens cuivis periculo exponebat, ut ſacerdotii auctoritatem ſervaret. *Non*, inquit paulo poſt, *tanti eſt Ambroſius, ut propter ſe dejiciat ſacerdotium: non tanti unius vita, quanti eſt dignitas omnium ſacerdotum, quorum de conſilio iſta dictavi.* Utinam nunquam remiſſum fuiſſet de iſto robore, nec ab extranea manu clavum eccleſiaſticum extrudi ſiviſſent, quibus etiam major potentia eſt, at impar animi virtus, & conſtantia ad tuendum conſervandumque commiſſum miniſterium legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis. *Conſidera enim*, in ſimili cauſa hortatur
a. *Jo.* DAMASCENUS (*a*), *quid dicat apoſtolus:* Et quosdam quidem in eccleſia poſuit primum apoſtolos, deinde prophetas, tum paſtores & doctores. *Ad eccleſiæ conſtitutionem non adhibuit reges. Et rurſum:* Obedite præpoſitis veſtris, ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. *Idemque rurſus:* Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum DEI, quorum intuentes exitum, converſationis imitamini fidem. *Verbum locuti non ſunt vobis reges, ſed apoſtoli & prophetæ, paſtoresque & doctores: cum præcepiſſet DEUS David,*

ut

(*a*) Orat. II. de Imag.

ut ædificaret ſibi domum, ſic allocutus eſt eum: Non ædificabis mihi domum tu, quoniam vir ſanguinum es. *Regum eſt civilis adminiſtratio, eccleſiaſtica vero conſtitutio paſtorum atque doctorum. Impetus iſte latronum eſt: ſcidit Saul pallium Samuelis, & quid ei contigit?*

IX. Sic concidit tantopere olim a Proteſtantibus jactatum Brocardicon: *ejus eſſe religionem, cujus eſſet regio.* Non inficiamur principium iſtud eſſe antiquius reformatione, ut *Paul.* SARPIUS (*a*), & LONDORPIUS (*b*) obſervant: illud enim jam MARSILIUS *Paduanus*, poteſtatis eccleſiaſticæ olim hoſtis, uſurpavit; ſed hoc edicimus, Proteſtantes illo ad jus ſuum reformandi uſos eſſe, ut nec ipſimet diffitentur: quamvis in hoc non idem ſentiant omnes. Non enim vel HOBBESII ſyſtema arriſit, in civitate ſua chriſtiana omnia eccleſiæ jura ad principem deferentis, eique determinationem fidei articulorum adſcribentis. Neque etiam Belgis *Adriano* HOUTWINO, *Lamb.* WELTHUSIO, *Ben.* SPINOZÆ: aut Anglis *Joan.* SELDENO, *Ludovico* MOLINÆO, COLEMANNO aliisque magno numero, adſtipulantur omnes, qui (præſertim HOUTWINUS) nihil non principi in religionem juris tribuunt. Li-

Variæ adverſariorũ opiniones de illo principio: illius eſſe religionem, cujus eſt regio.

(*a*) Hiſt. conc. Trid. L. III. (*b*) T. IV. act. publ. p. 240.

bertas conſcientiæ plerosque ab his exceſſibus retraxit. De Brocardico hoc ſedulo multi Proteſtantium egerunt, illudque reſtrinxerunt, maxime qui cum D. PFAFFIO jura eccleſiæ collegialia admittunt. Ex quibus noviſſime *Ulrich* TRITSCHLER, in diſquiſitione Germanica de jure catholicorum principum in cauſis eccleſiaſticis ac religionis circa ſubditos Proteſtantes ita ſcribit (a): *Was das alte Sprichwort betrift: Cujus eſt regio, illius eſt religio: ſo heißt es eintweders ſo viel: wer die Lands-hoheit beſizet, der hat auch ein Recht vor die Religion zu ſorgen; er hat auch eine Ober-aufſicht über alles, was unter dem Namen der Religion vorgenommen wird; er iſt auch berechtiget, alles mit Gewalt zu hinderen, was unter dem Schein der Religion, dem Staat offenbar ſchädlich iſt. Und ſo mag es dieſes Brocardicum immerhin gelten. Oder es will ſo viel ſagen: wem ein Land zugehört, dem gehöret auch auf eben dieſe Weiſs die Religion zu: wie er alſo in dem Land, und in allen bürgerlichen Sachen gebieten kan: ſo kan er auch in Anſehung der Religion ſeinen Unterthanen gebieten, was ihm gefallt. In dieſem Verſtande iſt obiger Ausſpruch Grund-falſch. Land und Religion haben nach ihren Begriffen ſo wenig Verbin-*

dung

(a) §. 48.

dam non crudus, fed tamen aliter cibo aptus, quam ante. Ita & Ovum, quod ex ollâ, & quod ab Ardea, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura: nec fic Ovum Gallinæ, quod ex ollâ, & quod ex Ardea. Ita & Semen Cucumeris, quod ex Melone, & quod ex Cucumere, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Meloni, quod ex Melone, & quod ex Cucumere, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Papaveris, quod ex Papavere albo, & quod ex Papavere nigro, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Lactucæ, quod ex Lactucâ, & quod ex Cichoreo, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Cichorei, quod ex Cichoreo, & quod ex Lactucâ, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Fœniculi, quod ex Fœniculo, & quod ex Anethi, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Anethi, quod ex Anethi, & quod ex Fœniculo, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Cucurbitæ, quod ex Cucurbitâ, & quod ex Cucumere, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Cucumeris, quod ex Cucumere, & quod ex Cucurbitâ, non eodem modo fe habebit, ab eadem tamen figura. Ita & Semen Cucumeris, quod ex Cucumere, & quod ex Melone

a. in jus reformandi. *Quoties*, (*a*) loquitur quodam loco, *alter jure ſuo adverſus me ita abutitur, ut a me præſtari ea petat, quæ officio meo divina lege mihi impoſito, quæ conſcientiæ meæ repugnent, toties ego non ſum obligatus, ut ei obediam.*

Item de jure reformandi, atque religioni proſpiciendi.

X Idem auctor alibi, quænam veram juris reformandi normam efficiant, ita explicat (*b*): *Normam ergo juri reformandi ante omnia verbum DEI revelatum, & leges naturæ, ſive rationis conſtituunt, ut abſolutiſſimus quisque imperantium nullo modo eo uti poſſit, niſi huic normæ convenienter; ratione ſtatuum imperii vero accedunt & aliæ normæ, pax ſcilicet religioſa, atque Weſtphalica, imo & pacta cum ſubditis inita: jus reformandi hiſce omnibus conformatum ſi regulam dixeris, non aberraveris.* *Conſequenter*, concludit

c. (*c*) poſt pauca, *admittas neceſſe eſt, regulam poſitam eſſe hodie juri reformandi, qualis ſit lex divina, pax religioſa, nec non Weſtphalica, in qua cum tanquam unicum futuræ obſervantiæ fundamentum poſitum ſit die 1. Jan. ratione ſtatuum, & quacunque anni 1624. parte habita poſſeſſio ratione ſubditorum.* Circa annum normalem, quod hic dicitur, non convenit inter nos & Proteſtantes. In concluſo X. Sept. 1721.

(*a*) Part. II. c. 2. §. 17. p. 157.
(*b*) C. III. §. 44. p. 239. (*c*) Pag. 240.

1721. apud SCHAUROTH. (*a*) ita ſtatus quæſtionis proponitur: *Alſo komme es bey dem von denen Hrn. Catholiſchen prætendirten Gebrauch des Juris reformandi eigentlich auf die Frag an: Ob ein Catholiſcher Lands-herr befugt ſeye, das Exercitium Religionis catholicæ an Orten, wo daſſelbe in anno regulativo nicht geweſen, oder anderſt als es geweſen, neben einzuführen? Die Hrn. Catholiſche ſtatuirten affirmativam: Evangelici negativam. Das wäre alſo der Status controverſiæ. Nun wäre bekannt, quod affirmanti incumbat probatio; ſeye auch über dem nicht unbewuſt, daß Evangelici in poſſeſſione Juris negativi ſeyen, und mithin Catholici ihre Affirmativam in petitorio um ſo mehrers auszuführen hätten; wurde derowegen gebetten, die Loca ex Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ zu zeigen, aus welchem ſie dieſe Propoſition (Ein Catholiſcher Lands-herr kan præter ſtatum annorum regulativorum, das Catholiſche Religions-exercitium neben einführen) zu erweiſen gedenken.* Inter alios hoc noviſſime agit illuſtriſſimus auctor (*b*) Sciagraphiæ ita dicti Juris reformandi, potiſſimum contra duo ſcripta in contrarium *falſitas*, & *origo* Si- a. b.

(*a*) T. III. p. 654.
(*b*) Grund-riſs des ſogenannten Juris reformandi.

a. multanei (*a*). De hoc ſuo ſcopo ita in præfatione ſcribit: *Meinen Zweck zu erlangen, habe ich hauptſächlich von dem Jure reformandi dieſe Schrift verfaſſen wollen. Dann der Gegentheil (wie aus deſſen Worten kurz zuvor erhellet) beſchuldiget die Catholiſche: daß dieſe den Gebrauch des Juris reformandi prætendirten, welchen die Herren Proteſtanten denen Catholiſchen nicht eingeſtehen, ſondern ſelben nach dem ſogenannten annum normalem decretorium einſchränken wollen.* Hunc autem annum normalem regulativum contra jus territoriale catholici principis, quo ſtatibus imperii jus reformandi indultum eſt, pro fabula habet. Ab ovo rem repetit, dum inter decem gravamina eadem fere, quæ jam an. 1566. 1576. 1582. commitiis oblata fuerant, ſub tractatione pacis Weſtphalicæ ad finem anni 1645. ſecundo loco gravamen de jure reformandi, ſed quod probe notandum, bona eccleſiaſtica, propoſitum eſt. In tractatu Paſſavienſi 1552. paceque religioſa 1555. bona ejusmodi, quæ in ipſorum ditionibus erant, atque uſque ad annum 1555. occupata erant, quodammodo permiſſa erant, expreſſa tamen conditione, ut ab ulteriore occupatione ejusmodi bonorum abſtineant, quo haud

(*a*) Ungrund, und Urſprung des Simultanei.

haud ſteterunt promiſſo. Inſtiterunt in tractatione pacis Weſtphalicæ quoad ſecundum gravamen circa bona eccleſiaſtica, ut ipſis omnia mediatorum collegiorum, & monaſteriorum bona, quæ an. 1618. poſſederant, a Catholicis vero recuperata erant, plenarie reſtituerentur. Eſt hoc prætenſum Proteſtantium jus reformandi bona eccleſiaſtica in pace Weſtphalica ad annum normalem 1624. aſtrictum, catholicis neceſſitate, cedentibus, etſi, ut diximus in pace religioſa jam an. 1555. jus hoc reformandi bona eccleſiaſtica fuerit caſſatum. Quoad alterum petebant Proteſtantes Auguſtanæ confeſſionis exercitium pro ſubditis in terris Catholicorum ut, prout longo uſu 1624. erat, deinceps permaneret. Qua in re Cæſarei indulgentiores cum eſſent, inſciis aliis catholicorum principum legatis, hi re cognita contra ſunt Proteſtati. Agebatur de exercitio religionis ſimultaneo prout erat 1. Januarii 1624. ut ſic conſervaretur, quin juri reformandi annus decretorius ille alias pro regula conſtitueretur, aut ſubditis contra jus territoriale principis juxta annum illud jus aliquod quæſitum fuerit, ut prout fuit an. 1624. exercitium religionis publicum, ita permitti

8. mitti debeat, quod laudatus auctor (*a*) demonſtrat. Jus illud reformandi primum Proteſtantes, projecta eccleſiæ auctoritate, principi vi juris territorialis adſcribebant. Catholici vero modo mox explicato acceptabant, atque ita famoſo §. 30. art. V. pacis Weſtphalicæ aſſertum fuit his verbis: *Quantum deinde ad comites, barones, nobiles, vaſallos, civitates, fundationes, monaſteria, commendas, communitates, & ſubditos ſtatibus imperii immediatis, ſive eccleſiaſticis, ſive ſæcularibus ſubjectos pertinet; cum ejusmodi ſtatibus immediatis cum jure territorii & ſuperioritatis ex communi per totum imperium hactenus uſitata praxi etiam jus reformandi exercitium religionis competat, ac dudum in pace religionis talium ſtatuum ſubditis, ſi a religione domini territorii diſſentiant, beneficium emigrandi conceſſum, inſuper majoris concordiæ inter ſtatus conſervandæ cauſa, cautum fuerit, quod nemo alienos ſubditos ad ſuam religionem pertrahere, eave cauſa in defenſionem ac protectionem ſuſcipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, conventum eſt hoc idem porro quoque ab utriusque religionis ſtatibus obſervari, nullique ſtatui immediato jus, quod ipſi ratione territorii, & ſuperioritatis in negotio religionis competit, impediri oportere.* Ex actis P. W.

(*a*) Grundriſs c. 7. 8. 9.

Digitized by Google

P. W. conſtat diu Proteſtantes tergiverſatos eſſe, nec ſubſcripſiſſe, donec cernerent nihil cæſareos legatos ob liberum exercitium religionis in cæſaris ditionibus remittere. Addita nihilominus eſt hæc mox ſequenti §. 31. reſtrictio: *Hoc tamen non obſtante ſtatuum catholicorum landſaſſii, vaſalli & ſubditi, cujuscunque generis, quo ſive publicum, ſive privatum A. C. exercitium anno* 1624 *quacunque anni parte ſive certo pacto, aut privilegio, vel longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti anni habuerunt, retineant, id etiam in poſterum unacum annexis quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt.* Erant tunc in paucorum catholicorum principum ditionibus Auguſtanæ confeſſionis profeſſores, in quorum favorem hæc ſunt; Proteſtantes autem extendere conantur ad jus reformandi exercitium religionis ſubditorum univerſim, juxta uſum obſervantiam, exercitium, poſſeſſionem, ſtatum anni decretorii 1624. ceu unicum ſolumq; fundamentum transactionis. Quaſi vero catholici principes jus reformandi, quod communiter mox antea §. 30. ſibi cum Proteſtantibus aſſeruerant, atque ipſi Proteſtantes claris verbis dederant, ſponte abdicaſſent. Patet ex actis P. W. (*a*) a. ipſos

(*a*) T. III. p. 252.

ipſos in ſuis conſultationibus edixiſſe Proteſtantes: *Daß man keinen Reichs-ſtand, der von der anderen Religion zur Catholiſchen übergehen wurde, zwingen könte, das offentliche Religions-exercitium ſeiner Unterthanen zu gedulten.* Idem iterum confeſſi ſunt in collatione cum Cæſareis ſuper materiam §. hujus 31. Item in ſeſſionibus ipſis palam edicebant ſe nullos alios denominaſſe ſubditos, quam qui id rogaſſent, urbes nempe & loca quorundam eccleſiaſticorum principum. *Frag: Ob ein Römiſch-Catholiſcher Fürſt und Herr, welcher einem evangeliſchen Fürſten und Landsherrn in politicis ohndiſputierlich ſuccedirt, auch vigore inſtrumenti P. W. jurisdictionem eccleſiaſticam, wie der hohe Vorfahrer oder Anteceſſor ſelbige gehabt, und exercirt hat, gleicher Weiſe in ſubditos A. confeſſ. exerciren könne. Oder aber, ob die in dem Welt-kündigen Religions-Frieden verordnete, und in dem beſagten inſtrumento P. W. vom Jahr 1648. beſtättigte Suſpenſio jurisdictionis eccleſiaſticæ epiſcoporum catholicorum in Evangelicos auch auf die Römiſch-Catholiſch-weltliche Fürſten zu extendiren, und zu appliciren ſeye?* Leguntur hæc in ſcripto Germanico, illuſtriſſimi auctoris. Ubi etiam refert comitem de TRAUTMANSDORF tandem menſe Majo an. 1647. exercitium religionis ſub non-

nonnullis eccleſiaſticis principibus (non vero in palatinatu Neoburgico) indulſiſſe, Catholicos autem contra proteſtatos eſſe cum ſine eorum conſenſu, quorum hoc maxime intererat, id factum ſit. Ipſum petiiſſe imperatorem, ut §. *Hoc tamen non obſtante* ex Trautmansdorffica formula deleretur, cui elector Saxonicus acceſſerit; atque adeo cæſareos catholicosque nullo modo libertatem exercitii religionis ſub eccleſiaſticis concedere voluiſſe: quod uſque in menſem Martium an. 1648. negotium protraxerit, donec tandem §. iſti ſubſcriberetur. In quo quidem obſervantia exercitii religionis juxta uſum an. 1624. ſolummodo autem pro ſubditis nonnullorum eccleſiaſticorum principum, cum ſub ſæcularibus principibus nullum fuerit publicum adverſum exercitium, conceſſa fuerit. Plurimam vero partem Catholicorum, qui prius contra proteſtati ſint, nunquam deinceps conſenſiſſe. Legatum autem Moguntinum, qui ex neceſſitate ſubſcripſerat, contra hunc §. ſcriptam proteſtationem dediſſe. Ut adeo dici non poſſit annum 1624. ceu annum normalem pro perpetuo ac unico fundamento deciſionis pro omnibus futuris caſibus conſtitutum fuiſſe. Notat præterea tantum a duobus vel tribus Proteſtantibus ſine inſtru-

ſtructione ſuorum principalium, & contra voluntatem electoris Saxonicæ, articulum hunc cæſareis eſſe extorſum. Qui tamen ipſi Proteſtantes ſimul confeſſi ſint, alios imperii ſtatus, ſi ad catholicam religionem redituri ſint, non fore adactos ut publicum religionis exercitium ſuorum ſubditorum tolerent. Petiiſſe eos tantum hoc exercitium ſub eccleſiaſticis principibus, ſecundum allegatam declarationem FERDINANDI, quæ tamen a Catholicis non agnoſcebatur, ut hinc Proteſtantes annum 1624. pro regula futuræ obſervantiæ religionis horum ſubditorum petierint. Optaſſe quidem, ut etiam ſubditi in illis locis, quæ a Catholicis antea oppignorata, ſed iterum redemta erant, in ſuo publico religionis exercitio relinquerentur, quod ipſe comes de TRAUTMANSDORF juxta obſervantiam an. 1624. conceſſerat, ſed Catholicos contra proteſtatos fuiſſe, juſſiſſeque imperatorem, ut conceſſio hæc deleretur, quod & factum, cum regulæ territoriali adverſaretur. Proteſtantes quidem etiam eccleſias ſuas pro ſimultaneo catholico cultu obtuliſſe, dummodo publicum exercitium ſubditorum obtinerent; verum eos nihil egiſſe, atque ad ipſos dominos remiſſos eſſe, ut ab ipſis rem peterent. Atque hinc patet, quo reſtrictum ſit

jus

jus reformandi ad annum normalem. Eſt alia adhuc pacis Weſtphalicæ reſtrictio, nimirum, ut præter religiones, Catholicam, Lutheranam, & Reformatam nulla alia in imperio Romano recipiatur, vel toleretur. Quoad id, quod capitale eſt, nondum omnes conſpirant, qua ratione princeps religioni proſpicere poſſit, ejusque publicum exercitium determinare. CARPZOVIUS admiſit etiam judicialem controverſiarum deciſionem fieri poſſe, non tantum ad verum falſumque diſcernendum, ſed & ad lites inter theologos componendas, tranquillandamque rempublicam: hanc opinionem ſuam ſpeciali diſſertatione de jure decid. controv. Theol. defendit: at non omnes in hac re partes principi concedit, ſed toti eccleſiæ ex tribus ordinibus aggregatæ, pro poteſtate, qua quisque horum ordinum Spiritu S. aſpirante, pollet: ab hac ſententia mihi GROTIUS non longe abire videtur c. 5. & 6. libri de jure ſummarum Poteſt. circa ſacra. Refert, & refutat hanc ſententiam BOEHMERUS (*a*) in Jure ſuo eccleſiaſt. utpote quæ ipſi libertatem conſcientiæ ledere videtur, ipſeque laxiorem tantummodo determinationem admittit, nimirum approbationem publicam doctri-

2.

næ

(*a*) Lib. I. Tit. 1.

næ alicujus controverſæ hoc fine factam, ut approbata tantum doceatur publice in publico religionis exercitio, & ita tranquillitas reipublicæ conſervetur. Hoc jus doctrinam publice approbandi, & formulam præſcribendi, ut ſecundum illud publice doceatur, unice principi attribuit, absque eo, ut miniſterium eccleſiaſticum concurrat. Sicque limitatum admittit vulgatum illud, ejus eſſe religionem, cujus ſit regio: atque jus reformandi in eo conſtituit, ut tollat, vel permittat princeps exercitium religionis publicum, plena cuique relicta conſcientiæ libertate, quoad uſum particularem: qua in re præter alios adſtipulatores habet auctorem illuſtrem Meditationum
a. b. ad Inſt. Pacis (*a*), quoad Jus (*b*) reformandi. Utuntur ad hanc rem explicandam diſtinctione in religionem externam & internam, quæ jure naturali libera ſit. *In ipſam religionem internam*, ſciſcunt, *nullum imperanti imperium competere; ſubditis omnimodam libertatem credendi eſſe relinquendam, nec ſine labe tyrannidis conſtringi poſſe, ſi modo abſit periculum reipublicæ*: ut HEINECCIUS rem explicat.

Refutantur, oſtenditurque,

XI. Quod ſi hic ſermo ſit de controverſiis & dogmatis fidei definiendis ab alia

(*a*) Ad Art. I. §. 30. (*b*) Part. II. c. 3. §. 38.

alia quam ecclesiastica potestate, ultro damus tyrannidem esse summam, principem hanc sibi auctoritatem velle usurpare; namque *Ad sacerdotes*, liceat mihi verbis JOANNIS P. (a) uti, *DEUS voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt pertinere, non ad sæculi potestates, quas, si fideles sunt ecclesiæ suæ, sacerdotibus voluit esse subjectas. De vobis* (laicos alloquitur BASILIUS imperator) *quid amplius dicam non habeo, quam quod nullo modo vobis licet, de ecclesiasticis causis sermonem habere: hæc enim investigare, & querere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui veginimis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, ligandi, atque solvendi potestatem habent, qui ecclesiasticas atque cælestes adepti sunt claves; non nostrum, qui pasci debemus.* Hæc in eum finem adduxi, quod sit confessio imperatoris, atque nobis in memoriam revocet, argumenta pro potestate ecclesiastica jam superius allata. Ex quibus illud pro indubitato sumimus, ad ipsius ecclesiæ pacem, concordiam & unitatem necessario pertinere, ut sit judex aliquis, qui controversias enatas suprema auctoritate decidat, alius omnino a civili magistratu, qui nihil potestatis in causis religionis accepit: nec ipsius arbitrio falsa dogmata in vera abire possunt;

quantum eorum doctrina pugnet cum quiete & pace ubique reipublicæ.

(a) Relat. ad GRAT. dist. 10. c. *Si imperator.*

Lib. III. Aa

ſunt; ſecus religio Protheo mutabilior foret, ut vel unica Arianiſmi hiſtoria nos docet: ubi nunc principes catholici erant, nunc pro Ariano dogmate ſtabant, epiſcoposque minis ac cruciatibus compellebant. Quodſi obediendum tunc fuiſſet, oportuiſſet nunc catholicum, nunc Arianum eſſe, nec hanc mutationem tantum ſemel ſubire. Tunc equidem hoc ad tranquillitatem terrenam reipublicæ quodammodo facere potuiſſet; ſed autonomia ſeu liberum illud religionis examen ac judicium, quod in altero extremo hærentes Neoterici admittunt, eccleſiæ peſſumdat pacem & quietem, unacum civili: utrinque enim tot ſchiſmata, quot diverſæ religionis ſententiæ ſunt, inducuntur. Notiſſima ſunt diſſidia, quæ in utraque republica, eccleſiaſtica & civili omni tempore contentiones & lites de religione ſuſcitarint: de illis tota eccleſiaſtica hiſtoria undique eſt referta; de his præſertim duo poſtrema ſæcula teſtantur. Hæc certe in religione diverſitas unica bellorum fax, ac fomentum extitit, quibus patria noſtra miſerrime fuit afflicta, in partes adverſas ſciſſa, hodieque ſcinditur, ut vere dicas hoc in imperio Romano pomum hactenus fuiſſe Eridos, ob quod ſtatus imperii perpetuo inter ſe digladientur,

com-

committantur. Sic bicipitem aquilam imperii ſtemma, infauſtum præſeferimus omen: quatenus eccleſiaſticæ & civilis poteſtatis ſibi adverſantis figuram repræſentat; quæ in unum debebant conſpirare, & mutua ſibi confœderatione, ſubordinationeque ad eundem ſcopum, pacem & tranquillitatem communem per concordiam ſacerdotii & imperii collimare. Sed in Germania noſtra principes alienam poteſtatem uſurpantes, quierem & pacem publicam amiſerunt, & dum pacem eccleſiæ turbarunt, tranquillitatem regni everterunt, quam nullum pacis politicæ vinculum hactenus potuit conciliare. *Exſpectavimus pacem, & non erat pax.*

XII. Exiſtimatum fuit pacem firmam futuram, quierem durabilem, & concordiam ſtabilem, ſi dominis territorialibus æquale jus reformandi concederetur, quoad tres religionum formas in Romano imperio tolerandas, Catholicam, Lutheranam, & Calvinianam: ſed quantum profectum ſit, religionis gravamina produnt, quæ fere ſemper majorem partem actorum publicorum imperialium comitiorum, aliorumque tribunalium conficiunt. Laudanda fuit eo tempore, quo de pace actum, Cæſaris conſtantia, cujus nomine comes Traut-

Effectus juris reformandi ratione publici exercitii religionis, cui principes addictus, Catholicis negati.

MANSDORFFIUS legatus *magnis execrationibus*, ut habent *Chr.* FORSTNERI (*a*) literæ de Pace Osnabrugo-Monasteriensi, *caput suum devovit*, *si unquam Cæsar in suis ditionibus legem in negotio religionis a quoquam sibi dici patiatur*. Imitati sunt, quantum valuere, principes ac status imperii ad castra nostra conversi, & officium suum strenue prosecuti, religionis catholicæ exercitium publicum invehentes, jureque reformandi utentes in Protestantes subditos: sed quanta ipsis obstacula ab adversariis fint posita, ponanturque, olim causa Hildesiensis, hodie Hohenloica abunde loquitur, atque Hasfica. Nempe etiam hoc jus extorquere conati sunt, conanturque adversarii. Notæ sunt in causa Hildesiensi Vindiciæ, & Anti-Vindiciæ, utrum principi ad sacra Pontificiorum transeunti salvo instrumento pacis, permissum, integrumque sit publicum religionis noviter assumtæ exercitium in territorio suo introducere, si subditis de cætero exercitium A. C. publicum relinquere velit, utut anno 1624. illa nova sacra in eo loco publicum exercitium haud habuerint? Sic nobis statum quæstionis efformat BOEHMERUS (*b*), atque ex

a. b.

(*a*) Ap. *Godofr. Hofm.* ferie rerum &c. *P. II. p.* 17.
(*b*) Jur. Eccl. L. I. Tit. 1.

Digitized by Google

ſcriptis cominus hac in in cauſa editis rationes in utramque partem in medium adducit. Tandem & ipſe in eam ſententiam declinat, earenus hoc concedendum, quatenus introductio novæ religionis veterem anno normali obtinentem non turbat, neque directe aut indirecte in ejus præjudicium quid attentat. Sic concedit principem evangelicum permittere poſſe exercitium religionis catholicæ ſine externa pompa, proceſſionibus ſolemnibus &c. Idem indulget principi catholico, ubi exercitium Auguſtanæ confeſſionis viget, quoad catholicæ religionis privatum: non tamen publicum uſum poſſit inſtruere, quoad hoc fieri nequeat ſine infigni præjudicio eorum, qui rem divinam ritu Evangelicorum faciunt. Rationes autem diſparitatis inter religionem catholicam & proteſtanticam deſumit ex cæremoniarum ac rituum diverſitate: cum Proteſtantes templis fere incluſa habeant omnia religionis munera: Catholici publicas imagines ſuſpendant, proceſſiones agant, ferias multiplicent, atque in his conformitatem a Proteſtantibus prætendant, quam præſtare non ſtatuat conſcientia. Hodie adhuc ulterius itum, atque auctor conſideriationum ſuper ædificio clauſtrali in Dierdorf p. 4. §. 2. o-

mnino jus reformandi solis tribuit Protestantibus. *Der Herr Graf von Wiedrunckel hat gleich andern Evangelischen Reichs-ständen das denenselben gemeine, in Ansehung der Catholischen vorzüglich eigene, den Evangelischen allein zum Besten, und Sicherheit entstandene, und durch den Westphälischen Friedens-schluß insgemein bevestigte Jus reformandi.* At vero ipsi Protestantes hoc turbarunt, dum, nihil proficiente epistola dehortatoria nomine Corporis Evangelici ad laudatum comitem, principem Reformato-Evangelicum imperii Germanici, ut indultum ædificii clausstralis pro Patribus Capucinis retractaret, eo processum est, ut via facti ipsum destrueretur clausstrum.

Controversiæ de competente principibus catholicis jurisdictione ecclesiastica in subditos Protestandicos.

XIII. Auctor Meditationum in Jus reformandi similem sententiam ad exercitium jurisdictionis extendit, arrepta occasione ducis Megapolitani medio superiore sæculo ad nostra sacra redeuntis, qui prius per pacta cum agnato suo Gustavo Adolpho jus episcopale exercuerat; an illud deinceps conjunctim exercere potuerit, an non potius soli agnato relinquere debuerit? Negat is porro catholicum principem jus suum tueri potuisse. I. Quod in Pace Westphalica omnis jurisdictio ecclesiastica in subditos Protestantes sit suspensa; nempe non distin-

distinguir jurisdictionem a Jure reformandi. II. Quod in principiis catholicis principes sint incapaces jurium episcopalium. III. Quod finis pacis Westphalicæ hoc neutiquam ferat, qui fuerit, turbas cavere, atque conscientiæ libertati consulere, collisiones imperii statuum inter se, atque cum suis subditis inhibere: quod sane nunquam obtinendum sit, nisi hæc jurisdictio ab iis exerceatur, qui eorum religioni sunt addicti, quorum jura ecclesiæ exercent. Distinguit jura majestatica a collegialibus, a principibus nonnisi qua membris ecclesiæ exercendis; quæ putat ad collegium revocanda, quoties dominus diversa atque contraria a subditis sequitur facra; tuncque jura hæc ad consistoria devolvi, non solum collegialia, sed etiam majestatica, quando per se ea exercere nequeat princeps, ut in dato casu: ut quidem admitti possit, consistorium habere jurisdictionem a principe, ejusque nomine illam exercere, sed lege publica illam perpetuam, irrevocabilem, atque in suo exercitio a principis arbitrio haud dependentem esse. Ita ille. In causa Hohenlohe, quæ inter duas hujus nobilissimæ familiæ tramites altera comitum Hohenlohe-Neuenstein, altera Principum Hohenlohe-Waldenburg,

burg, quarum illa a ſacris Proteſtanticis ad gremium eccleſiæ ſuperiore jam ſæculo, tertio anno, poſtquam cauſa ducis Megapolitani in comitiis imperii eſt compoſita an. 1665. rediit. Nunc vero primum recruduit, comitibus de Hohenlohe an. 1744. Proteſtanticos prædicantes & ſubditos adigentibus, paſcha cum Catholicis celebrare, renitentibus quibusdam depoſitis aut ſuſpenſis, ſubditis vero graviter mulctatis. Occaſione præſertim cujusdam prædicantis in Syndringen, *Hieronymi* JELIN, inquieti hominis, jurgii flamma vehementius exarſit.

Rationes in utramque partem ab ipſis Proteſtantibus allatæ.

XIV. Utrinque ex ſtatibus imperii patronos ſuos advocatosque habent litigantes partes, ipſis etiam Proteſtanticis, quod mireris, non idem ſentientibus: utrum nimirum principi catholico jus reformandi, ac jurisdictio in ſubditos etiam alienæ religionis in imperio toleratæ competat. Cum primum CHRISTIANUS dux Megapol. proteſtanticam cum catholica religione permutavit, in comitiis 1664. quæſtio eſt mota: An dux CHRISTIANUS cum ſuo cognato GUSTAVO ADOLPHO hactenus conjunctim exercitum jus epiſcopale, quod per pacta commune permanſerat, deinceps in ſuis ditionibus conjunctim exercere poſſit; an vero propter mutatam religionem eam

eam adminiſtrationem in re communi duci GUSTAVO ADOLPHO ſoli relinquere debeat? Qua in re in conſultatione Evangelicorum de 21. Febr. 1665. legatus Suecicus declaravit, nullam duci CHRISTIANO hic eſſe movendam quæſtionem, dummodo in terminis Inſtrumenti pacis permaneat, atque conſiſtorium ex perſonis evangelicis conſtituat. Ei legati Saxo-Gothicus & Zellenſis acceſſerunt, ex hoc fundamento, quod regula, principem, ab evangelica ad catholicam redeuntem religionem, antea exercitum jus epiſcopale amittere, nullibi reperiatur: ſique opponatur, catholicos principes ejusmodi jurium vi papalium decretorum incapaces eſſe, ducem reponere, ſe cum papa deſuper conventurum, ut adeo exceptio foret de jure tertii. Secus Evangelicos contra propria principia pugnaturos, quibus ſtatuerent, ſæculari principi jura competere, quæ alias epiſcopalia dicerentur. Adducebatur ſimul exemplum Saxo-Lauenburgici principis, qui utut catholicus in ſubditos Evangelicos per conſiſtorium conſtans ex perſonis Evangelicis, jura eccleſiaſtica exerceat. Præter eos autem, qui Suecico accedebant voto, alii tunc a voto abſtinebant, resque ac quæſtio in ſuſpenſo hærebat, donec poſtea ite-

rum mota, Brandenburgicus legatus maxime juri illi ſe opponeret. Annoque 1725. legatus Brandenburgicus Ratisbonæ theſin hanc de jurisdictione eccleſiaſtica propoſuit: *Quod nulla dominis catholicis territorialibus in ſubditos Evangelicos competat jurisdictio eccleſiaſtica.* Quam Suecico legato communicavit, qui vero ſecundum ſingularem inſtructionem ab aula acceptam ei minime accedere potuit. Referam ex ſcriptis publicis legatorum Brandenburgici, & Suecici, utriusque partis rationes, quas illi compendio in cauſa ducis Megapolitani in conſultatione Evangelicorum ſunt complexi. Legatus ergo Brandenburgicus poſtquam retuliſſet, dominos territoriales religionis catholicæ ſibi arrogare vindicareque jus epiſcopale ac diœceſanum in evangelicos incolas & ſubditos, hoc ipſe auſum non ſolum paci religioſæ, ſed etiam inſtrumento Pac. Weſt. repugnare regerit: ubi aperte conſtitutum ſit, eccleſiaſticam jurisdictionem in A. C. addictorum religionem, miniſterii ordinationem, eccleſiaſticos ritus, ordinem ac cæremonias uſque ad amicabilem compoſitionem ſuſpenſam eſſe, atque adeo ablatam non ſolum quoad catholicam hierarchiam, ac ordinem eccleſiaſticum, qui ſolus in principiis Catholicorum juris-

risdictionis capax ſit, ſed etiam dominos territoriales catholicos: ne altera manu videantur paciſcentes iterum reſtituiſſe, quod altera abſtulerint. Id quod etiam finis Pacis Weſtphalicæ omnino requirat, qui fuerit ſecuritas, quies, concordia, & fiducia ſtatuum ac ſubditorum, patriæque conſervatio. Unde etiam proviſum ſit, ut emergentibus litibus, præſertim in miniſterio conſtituendo, non domini territoriales judicent, ſed apud ſequeſtros, arbitrosque res agatur. Cum etiam jurisdictio Catholicorum in Evangelicos ſubditos ad annum normalem ſit reſtricta: nec in aliis locum habere poſſit, quam rebus Auguſtanam confeſſionem nullatenus attinentibus &c. Contradixit legatus Suecicus theſi legati Brandenburgici: nimirum quod nulla dominis territorialibus catholicis in ſubditos Evangelicos competat jurisdictio eccleſiaſtica, dummodo in terminis Inſtr. P. Weſt. ſiſtatur, atque conſiſtorium ex perſonis Evangelicis conſtituatur. Non negat optandum hoc maxime Proteſtantibus, ne hoc jus Catholicis eſſet: nec dubitandum, ſi de pace adhuc ſancienda, paciſcendaque ageretur, hoc ſummum negotium fore, ut theſis iſta ſtabiliatur; adeoque mirandum eſſe, ſupremos paciſcentes, qui tam ſolicite epiſcoporum

catho-

catholicorum jurisdictionem excluſerint, non idem feciſſe quoad jurisdictionem eccleſiaſticam dominorum territorialium. Sed jam non eſſe quæſtionem de pace ſancienda, ſed de ſancita: quare tam ex pacis Weſtphalicæ tenore, quam etiam ſubſecuta praxi, & obſervantia imperii hanc theſin ſuſtineri poſſe negat; ſed æquali utrisque dominis territorialibus jure integro adſcripto, elaborandum contendit, ut ſublato abuſu, & manente uſu Evangelici ſubditi ſtatuum Catholicorum nullum gravamen in religione ac libertate conſcientiæ patiantur. Ad confirmationem aliorum etiam ſimilem ſententiam in cauſa præſertim ducis Megapolitani ſuperiore ſæculo fuiſſe dicit. Poſtremo idem legatus provocat ad eos principes, qui ad caſtra catholica redierint, aut ſuis in ditionibus ſubditos Evangelicos alias habeant: an iſti pro ſua potentia in Romano imperio, præſertim electores Saxonicus & Palatinus, ipſeque imperator hoc ſibi jus eripi paſſuri ſint, atque ſuos ſubditos Evangelicos ita liberos independentes quoad jurisdictionem eccleſiaſticam laturi, ut in terris neminis, in cœlis ſolius DEI rationibus obnoxii eſſent: atque ſtatus imperii alias morbidi convulſio, ac interitus timendus ſit, ſi præfracte inſiſteretur theſi. Hæc

ante

ante annos 25. a legatis iſta ſunt ſcripta, hodie vel maxime fervente lite locum habent, poſtquam Proteſtantici comites Hohenlohe-Waldenburg in *Pfedelbach* demortui ſunt, adeoque eorum jura ad principes devoluta. Tam in cauſa Hohenlohe, quam etiam ædificii clauſtralis Capucinorum in Dierdorf novis animadverſionibus aucta recuduntur ſcripta. Omnique conatu adverſantes partes aut extorquere, aut adſtruere ſtudent laceſſitum jus principum ſecundum regulam territorialem reformandi, aut jurisdictionem in ſubditos Proteſtantes etiam quod religionem exercendi. In recentiſſima cauſa Haſſiæ ducis etiam ad pacta familiæ hic provocatur, vi quarum exercitium religionis Aug. Conf. conſtanter retineri debeat. Quæ 1568. inita, non ita multo poſt ſunt poſthabita, alia religione ab Haſſiæ ducibus inducta, quæ res inter Haſſiæ ducem & Marggravium Darmſtadium contentionem movit in pacis ac unitatis receſſu 1648. certis conditionibus compoſitæ. Neque vero hic peculiaribus pactis locus eſſe poteſt, contra leges publicas, pacis Weſtph. regulam, indultumque jus territoriale. Quod ſibi nullus ſtatus imperii ab anteceſſoribus ſuis impedire ſinet, ut contra regulam territorialem ſe obſtringat publicum exercitium

ercitium religionis permittere, vel jurisdictionem eccleſiaſticam ſibi competentem deſerere; niſi ſponte id faciat, veluti ex gratia collegium Dresdenſe in Saxonia jurisdictionem Evangelicam exercet, & ſi quæ alia ſunt exempla, quæ legibus non præjudicant.

De jure reformandi, & jurisdictione eccleſiaſtica catholicorũ dominorũ inter Evangelicos ſubditos.

XV. Ad tria tota cauſa revocatur: I. An Catholicis æque ac Proteſtanticis jus reformandi competat vi art. V. §. 30. Pac. Weſt. II. An jus ſeu facultas pleniſſima Catholicis haud minus, quam Proteſtanticis ſit, Catholicum ſeu Proteſtanticum, cui addicti ſunt, publicum exercitium religionis in immediatis ſibi ſubjectis terris inducendi, etſi in anno decretorio non obtinuerit vi Art. XVII. §. 3. Art. V. §. 42. III. An jurisdictio eccleſiaſtica in ſubditos Proteſtantes Catholicis æque ac Proteſtantibus ſine diſcrimine competat vi Art. V. §. 1. & 48. Primum quod ſpectat, adeo clarus eſt Art. V. §. 30. textus, ut nihil contra cum aliqua veriſimilitudine dici poſſit. Quoad ſecundum vero, ut jam vidimus ex mox ſequenti §. 31. quem ceu exceptionem a regula imprimis auctor: *Ungrund des Simultanei* contra jus eorum principum, qui ad eccleſiam catholicam redeunt, eouſque urget, ut vix privatum religionis exercitium in principis aula indulgeat pro-

ut

ut Lutheranos & Calvinistas inter conventum fuerit. Integrum vero esse vult Protestanticum publicum exercitium non obstante jure territoriali, quod in negotia etiam religionis se extendit, quod illustrissimi pacifcentes se obstrinxerunt in nullo impedire, connexumque jus reformandi habet. Equidem jus diœcesanum Catholicorum Art. V. §. 48. suspensum est in territoriis Protestantium usque ad amicabilem compositionem. Non hic inquiro, quo jure haec suspensio a principibus laicis fieri potuerit: quoad præsentem casum, princeps qui ad catholicam religionem redit ad Augustanæ confessionis assecias non amplius pertinet, plenissimaque libertate vi regulæ territorialis liberum religionis exercitium potest reformare, quin impediri a quopiam in hoc possit, nisi velit ex gratia publicum exercitium adversæ religionis admittere. Quodsi nolit, nullam idcirco jurisdictionem catholicorum episcoporum exercet, cujus incapax est: cum ne quidem religionem adversam eo loco habeat, in quo possit habere locum exercitium veræ jurisdictionis ecclesiasticæ, nec exercitium pro veræ religionis exercitio, nec ministerium protestanticum, quod constituit, pro ministerio veræ ecclesiæ, censuras non fert, aut alia com-

committit, quæ ad jurisdictionem vere talem pertineant in vere tali ecclesia, quam solam catholicam agnoscit, in qua sit ecclesiastica jurisdictio. Tractat autem suos subditos protestanticos, secundum propria eorum principia, ac jus, quod ipsi principi attribuunt, ac domino territoriali, qualis est, & per J. P. jus acquisitum habet, atque capax est juris sacrorum, licet nec episcopus, nec membrum sit adversæ religionis. Paciscentes vero pacis Westphalicæ nec potuerunt, nec voluerunt verum jus circa sacra, veramque jurisdictionem ecclesiasticam pro statibus imperii constituere: cum jus reformandi nihil aliud sit, quam regula territorialis, ne status statum in ordinando exercitio religionis in suis ditionibus impedire possit, ut habetur Art. V. §. 30. *Jus, quod ei in negotio religionis competit, impediri non debet.* Qualecunque sit illud jus, prout apud Catholicos determinatur legibus ecclesiæ, apud Protestantes autem jure territoriali principum, quibus in sacra æque ac profana potestatem ipsimet attribuunt, in pace Westph. conventum est, ut intra terminos cujusque territorii jurisdictio ecclesiastica & jus diœcesanum se contineat. Princeps autem catholicus non cessat esse dominus territorialis in suos subditos

tos religionis adverſæ. Equidem tot principum proteſtantium acceſſione ad catholicam religionem creſcit res catholica, & proteſtantica minuitur, præſertim ſi princeps jure ſuo utens, publicum exercitium religionis catholicæ inducat, proteſtanticum ſupprimat, quod ipſi integrum eſt, atque ſubditi ferre debent, etſi incommoda ſentiant ex eo, quod princeps utatur jure ſuo, in quo a ſubditis multo minus impediri poteſt, cum etiam pari poteſtate gaudentes principes ſeſe obſtrinxerint, ne quis alterum in hoc impediat. Frivolum eſt, quod vult BOEHMERUS: Idcirco non licere catholicis principibus in terris ſuis evangelicæ religioni addictis exercitium publicum religionis catholicæ inducere, eoquod ſine perturbatione Evangelicorum ob publicos ſacros ritus fieri nequeat: cum ſit catholicis par jus in Pace Weſt. indultum, quod Proteſtantibus. Sicuti ergo in claris juribus aliis neceſſario connnexa incommoda non attenduntur, ſic nec hic attendi debent, alias omnino omnis religionis diverſitas ex Romano imperio exulare deberet, cum plurimas calamitates, & incommoda ſecum ferat: atque magis conſiderari utique deceat jus domini circa exercitium ſuæ religionis, quam jus ſubditorum

circa illius tolerantiam, nulla vi aut coactione accedente, quoad propriam ipſorum religionem: cum etiam ſint incommoda Catholicis, ubi publice Proteſtantes exercent religionem, e. g. quando diebus feſtis laborant &c. Quoad rationes ab illis allatas, qui jurisdictionem Catholicis in Proteſtantes ſubditos ademtam volunt: illæ, ut nec æquiores ex ipſis Proteſtantibus diffitentur, nullius omnino momenti ſunt. Dum enim omnibus omnino ſtatibus æquale jus in Pace Weſtphalica tributum fuit, quare una pars illa privetur? Cum nullibi hoc inveniatur ſancitum, principi ad ſinum eccleſiæ catholicæ redeunti jus ſuum in quoquam diminui. Non obeſt, quod ajunt, eſſe incapaces jurisdictionis ſacræ in principiis ſuis catholicos principes: reponitur enim, quod olim dux Megapolitanus in hac cauſa replicuit: *Daß er ſich mit dem Pabſt ſchon wurde zu vergleichen wiſſen, alſo es ein Exception wäre de jure tertii, und wurde es denen Evangeliſchen ihre eigne Principia umſtoſſen, welche ſtatuiren, daß einem weltlichen Fürſten die jura epiſcopalia zukämen.* Deinde licet ſecundum formam eccleſiæ catholicam principes juris epiſcopalis non ſint capaces, hoc tamen non idem accidit in ſchemate eccleſiæ proteſtantico, ubi nulla hierarchia

eſt,

est, solummodo doctores, pastores, & auditores: nulla sacra, quæ a Catholicis pro ratibus revera habeantur; nec enim in conceptu ecclesiæ catholico Protestantes agnosci pro cœtu ecclesiastico possint: ut, quin in hoste jure proprio jurisdictionem secundum sua principia exerceant, nihil impediat Catholicos: quod etiam Protestantes jure potestati civili innato principibus concedunt, equidem aliter, ac Catholici: utrinque tamen ob eundem finem tranquillitatem saltem reipublicæ. Hoc ergo fixum certumque sit, quod occasione alia PLATNERUS Consiliarius Saxonicus durantibus tractatibus Westphalicis edixit (a). *Tritt ein Evangelischer Reichs-Stand von der Evangelischen Religion ab, und begibt sich zu dem Pabsthum, oder fallen einem Päbstlichen Reichs-Stand Land und Leuthe an, welche der Augspurgischen Confession verwandt seyn, so bleibt dem Reichs-Stand doch nichts minders die Lands-Direction tam in facultativis quam ecclesiasticis, nur daß er nicht nach seinem Kopf, sondern nach denen Lands- und Kirchen-Ordnungen dirigiren muß &c.* Confpirat RITTMEYERUS (b) *Es ist demnach ein ausgemachte klare Sach, daß*

a.

b.

(a) Apud CONRARI in observ. ad P. rel. relata p. 242.

(b) Vindic. jur. reform.

daſs ein unmittelbarer Stand des Reichs in caſu ſucceſſionis, vel mutatæ religionis die jurisdictionem eccleſiaſticam über die proteſtirende Unterthanen, gleich denen Evangeliſchen Mit-ſtänden (ja ſo ihnen nichts, welches wider ihren Glauben und Gewiſſen lauft, zugemuthet wird) behaupten, und würklich exerciren, die in ihren Landen vorhin üblich geweſene Conſiſtoria nach hohem Gefallen mit Catholiſchen oder Evangeliſchen Præſidenten, Räthen, und Aſſeſſoribus beſezen, ja ſolche geiſtliche Gericht gar abſtellen, und die dahin gehörige Sachen vor dero Canzleyen und Regierungen entſcheiden, oder Commiſſarios darzu verordnen können. Certe aliter, ſi ejusmodi conſiſtoria conſtituantur, ſecundum auctorem Meditationum in jus reformandi, independentia a principe, accidet id, quod tantopere reformidant Proteſtantes: ſcilicet ſtatus in ſtatu orietur, ſuperioritas territorii diviſa erit, & hierarchia eccleſiaſtica talis conſtituetur, qualem non ſolum Proteſtantes damnant, ſed nec in conceptu catholico admitti poteſt, nullo ordinis charactere inſtructa, nulla ſucceſſionis apoſtolicæ auctoritate gaudens, nulla eccleſiæ repreſentantis dignitate veſtita, nulla judicandi facultate, ligandi ſolvendique poteſtate legitima accepta. Nec ergo Catholicis, nec Proteſtantibus

talia

talia consistoria placere possunt: cum Protestantes unam tantum coercendi, cogendique potestatem agnoscant politicam; Catholici duplicem quidem, sed diversam plane a consistoriali hujusmodi.

XVI. Hoc eos maxime ferit, qui jura ecclesiæ collegialia admittunt, quique hic fortius insurgunt, atque ad negandam principi catholico in subditos Protestantes jurisdictionem meliori fundamento agere sibi videntur. Dum enim hic quæstio est, in quem suspensa in terris Protestantium catholicorum episcopalis jurisdictio transferatur: si in principem dicunt transferri, nullam rationem habent, cur principi catholico etiam in Protestantes non competat. Idem multo magis valet, si vi jurisdictionis territorialis tale jus dicunt competere. Aliud igitur effugium quærunt statuentes jura collegialia, quæ pacto solum & conventione principi cedant. Ex D. Pfaffii sententia jura hæc collegialia ab ecclesia ei tantum deferuntur, quem idoneum maxime censet, atque persuasa est, ab eo optime administratum iri, qua persuasione Protestantes de Catholico principe duci haud queant. Idem in academicis sermonibus de jure ecclesiastico p. 476. affruit: nihil minus præsumi posse, quam a communitate ecclesiastica jura sua in alienæ fidei ho-

Secundum principia Protestantica & communia pacta.

minem translatum iri. Nunquam tamen demonſtravit, quod eccleſia directionem circa ſacra nulli, quam ſuæ communionis conſorti committere poſſit. Imo vi-
a. ſus eſt vir (a) iſte celebris nonnullis ex illis etiam, qui ejus doctrinæ fuerunt addicti, atque in ea luſtranda, illuſtrandaque toti quanti occupati, dominis territorialibus univerſim directionem eccleſiarum adſcribere, quibus in perpetuum jura collegialia ſint irrevocabili translatione commiſſa. Nec aliter certe ſtatui poteſt, ſi, quæ in cauſa religionis, præſertim in Pace Weſtphalica, circa hanc rem fuerunt transacta a ſtatibus imperii, attendantur; quibus utique jam ſtandum, licet oneri ſint aliquando Proteſtantibus: cum catholicis principibus iisdem ſeſe ſubjicere dira neceſſitas fuerit cum ingenti rei catholicæ damno. Illuſtriſſimus
b. (b) auctor de jure reformandi ſolide convellit, quod hic nova comento obtendi ſolet jus ſubditorum contra jus territoriale, quod æque catholicis principibus inter imperii ordines competit,
c. quam Proteſtantibus. Auctor (c) qui con-

(a) Vid. *Chriſtianus Liber* in der Unterſuchung der Conventional - oder Collegial-Rechte der Kirche, §. 18. *Præf.*

(b) Grund-riß des ſogenannten Juris reformandi. c. 10.

(c) Ungrund des Simultanei. §. 49.

contra *Simulzaneum* scripsit, hoc agit, ut principi limites ponat, ne in suo territorio circa externa religionis disponere possit sine subditorum consensu juxta libertatem conscientiæ. Quam utique Protestantes restrictam quoad publicum religionis exercitium ferre debent, prout solemni pacificatione Westphalica ordinibus imperii cum jure territoriali jure reformandi publicum exercitium religionis est indultum. Quod adhuc, ut jam dixi, quoad eos magis valet, qui universim principibus jus sacrorum vindicant vi dominii territorialis, unde non pauci Protestantes jus reformandi repetunt GROTIUM secuti in tractatu inscripto: *Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ pietas*, ubi celebre statuum Hollandiæ decretum a. 1614. defendit, magistratuiq; politico jus sacrorum assertum it. CONRINGIUS, quo ipso tempore negotium pacis Westphalicæ tractabatur an. 1645. in dissertatione de majestatis civilis auctoritate & officio circa sacra idem volvit saxum, atque ab auctore repertorii realis pragmatici juris publici &c. Tit. *Ecclesiastica* §. 2. primus dicitur, qui cæteris in asserendo jure hoc præierit. Quod catholici principes pro se sumunt quoad subditos acatholicos, licet quoad catholicos jurisdictionem ecclesiasticam nullam sibi attribuant,

niſi jus reformandi, non ſuo, ſed eccleſiæ dictatu. Atque ſecundum hoc utitur jure ſuo princeps, reformando in ſuis ditionibus exercitium religionis, quod ipſi eccleſia præſcribit, cujus ſequitur infallibilem auctoritatem. Quin etiam juxta Proteſtantica principia hoc ſuo jure facit in Proteſtantes ſubditos, in quos ei jus ſacrorum competit, juxta jurisprudentiam proteſtanticam, & vi pacis Weſtphalicæ ſpeciali gaudet jure reformandi.

Cum nihil obſtet, quo minus princeps catholicus quoad ſubditos Proteſtantes juribus his utatur.

XVII. Cum enim jus reformandi conceſſum ſit domino territoriali, catholico principi id negari non poteſt etiam in Proteſtantes, licet eorum non adſtipuletur fidei, eamque damnet; nec ſperandum ſit alienæ religioni addictum, ordinandæ adverſæ fidei cum ſtudioſitate incubiturum. Primo mox §. 1. art. V. inter utriusque religionis electores, principes, & ſtatus omnes & ſingulos æqualitas exacta, mutuaque ſtatuitur, ut, quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum. Nec refert, quod jurisdictionem hanc principia catholica reſtringant, id enim Catholicos ſpectat non Proteſtantes: in illos nulli jurisdictioni locus eſt ſive proteſtantium ſive catholicorum principum, cum propria gaudeant legitima eccleſiaſtica poteſtate ſeu jurisdictione, quæ tantum ſuſpenſa eſt quoad Proteſtan-

ſtantes. Quæ certe catholico principi in Proteſtantes ſubditos æque ac proteſtantico principi debetur, inſtrumento pacis æqualitatem in exercenda jurisdictione tam eccleſiaſtica quam politica ſtatuente. Nec quidquam hic populo proteſtantico juris attributum in eodem inſtrumento eſt, reſpectu cujuscunque ſive catholici ſive acatholici principis; ſed quod epiſcopis eſt ablatum circa proteſtanticas terras, id domino territoriali attributum, de populo nec cogitarunt paciſcentes; ut adeo præſumtio unice pro domino territoriali ſtet, nec anarchiæ locus ſit, poſſintque catholici principes pro ſe uti ſententia Proteſtantium præcipuorum, jurisdictionem omnem eccleſiaſticam ex ſuperioritate territoriali derivantium: vi cujus ſi Proteſtantes principes ea gaudent, eodem jure etiam catholici habent, non utique minus domini territoriales: quæ jurisdictio catholicis principibus æqualiter a paciſcentibus eſt adſcripta, ſuſpenſa ſolummodo jurisdictione eccleſiaſtica epiſcoporum ſuper Proteſtantes. Nec refert catholicos principes ſecundum jus canonicum capaces haud eſſe jurisdictionis eccleſiaſticæ, id uſuvenit quoad catholicum tantum ſyſtema, hinc ad catholicos ſubditos reſtringitur. Proteſtantes ca-

tholici pro ſtatu aliquo religioſo ac eccleſia non habent, adeoque contra ſua principia non peccant, libereque ſe conformant principiis proteſtantibus, juxta quæ hoc jus eis competit, atque vigore Pacis Weſt. reipſa eſt conceſſum, quo hic ſtandum eſt, jure canonico apud Proteſtantes auctoritatem nullam habente: ut adeo nec ſubjectiva nec objectiva in principe catholico ſit incapacitas jurisdictionis in proteſtantes ſubditos æquo jure & portione exercendi, ac id faciunt proteſtantes principes. Licet enim ſit laicus princeps catholicus, hoc tamen jurisdictionem in Proteſtantes non impedit, qui diſtinctionem ordinum laici, ac clericalis non admittunt, hinc ſubjectiva in principe catholico ceſſat incapacitas: nec objectiva ulla eſt in ipſis proteſtanticis principiis ac ſubditis, alias non minus proteſtantici quam catholici principes inepti ad illam forent. Jus autem canonicum propriam tantum, qualis eſt apud Catholicos erga Catholicos, jurisdictionem principi non concedit, cujusmodi apud Proteſtantes haud reperitur: quod etiam ſi foret, haberet eccleſia, & Pontifex, quod quereretur, non Proteſtantes; quibus lege ac praxi imperii, communi opera & conſenſu in pace Weſtphalica ſtabilita, ſtandum; quod ſalvo

ſuo

suo religionis systemate faciunt, juxta quod principes inepti non sunt hujus juris, quin imo publicis pactis id stabilitum, & jugi observantia tritum est.

XVIII. Secus se res habet apud Catholicos, quibus in pace Westf. aequale jus ac Protestantibus utique est, ne turbentur ullo modo in exercitio suae religionis, ac fidei. In hac autem fundamentum praecipuum est hierarchia ecclesiastica, & jurisdictio distincta, statusque separatus: hinc sine laesione pacis Westf. quae salvam & integram in imperio vult catholicam religionem, nulli extraneae potestati, praeter legitimam ecclesiasticam, aliquod jus esse in Catholicos potest, cuicunque subsint sive principi, sive etiam episcopo acatholico. Vanus est autem timor, ne subjecti protestantici a catholicis principibus opprimantur, cum huic periculo per instrumentum pacis satis sit praecautum, habeantque tribunalia, ubi praetensa sua jura quaerant, quod certe in obviis ac minimis rebus confidenter profequuntur, ut quotidiana docet experientia. Quin imo quid sic dictum Corpus Evangelicum a longo tempore sibi sumat, nemînem in imperio Germanico latet. Quodsi quaestio moveretur, rectene an secus ecclesiastica proprie dicta Catholicorum juris-

Secus se res, quoad Catholicos habet, licet Instrumento Pacis plus damni sufferant, quam Protestantes.

jurisdictio in terris Protestantium sit suspensa: nos Catholici longe majorem causam ac rationes querendi haberemus, cum nobis non illis præjudicium hic sit factum, & ingens injuria legitimæ ecclesiasticæ potestati illata. Factum esse & nos ingemiscimus; ut vero adversarii commoda inde sentiant, incommoda vero nobis omnia unice relinquenda putent, urque, quod inde principibus catholicis jus accrescit super Protestantes subditos, id etiam demtum velint, nunquam ferent Catholici. Tenebunt se ad pacta, nec se dejici querelis finent incommodorum, si etiam reipsa sint aliqua, quæ utique ferre debent, cum se ipsi solemnibus pactis & sanctionibus adstrinxerint, fidem dederint, receperintque. Quod si Protestantes pactorum pœniteat, petantque rem in priorem statum restitui, catholica ecclesia in integrum restituta gaudebit, quo jure excidit, jurisdictioneque in magnam imperii partem spoliata est, & dejecta.

Cum jurisdictio ecclesiastica, jus reformandi, ac liberum religionis exercitii, damna ingenti Pro-

XIX. In hunc ergo statum res christiana in nostra Germania prolapsa est, & catholica fides tam antiqua sua possessione, qua antea quiete fruebatur, est depulsa, deberque liberum religionis exercitium eis permittere, quos Christi hostes, & catholicæ ecclesiæ rebelles filios agnoscit; ut, si quando principes ac ita-

Digitized by Google

ſtatus hujus imperii iterum ad matris gremium redeunt, ægre avite religionis publicum exercitium revocandi eis facultas fiat. Illud quidem in J. P. conventum eſt, ſi princeps eos tolerandos non putet, emigrationem illis imperare poſſit. Sed hoc factum ipſos etiam Catholicos tangit, ut a terris Proteſtantium ob religionem Patrum ſuorum migrandi, ſi ita principibus lubuerit, neceſſitate conſtringantur. Imo, non obſtante libertate conſcientiæ tantopere venditata, ſi novam reformationem ſuſcipere nollet ſubditus, excedendum fuit, ſi ita libuit principi mox initio reformationis, dudum, antequam hoc communiter in pace Weſtphalica conventum eſſet, atque diſpoſitio exercitii religionis ſtatibus proteſtanticis in ſuis ditionibus juxta jus territoriale concederetur ex neceſſitate, quin nova probaretur religio, contra unicam veterem catholicam, cujus exercitium publicum ex ſe reformari nunquam poteſt, cum alias conſtans fides non eſſet ac vera apoſtolica eccleſia. Ubi illa omnibus indulta antiquitatis præſcriptio? Ubi chriſtiana conſtantia, robur, ac invicta fortitudo, a nullis tyrannis labefactata, nullis terroribus fracta? Quanta conſtantia ſeſe oppoſuit imperatori, & proceribus regni, dum de unica hæreticis

teſtantibus conceſſa ſint.

traden-

tradenda Basilica ageretur, S. AMBROSIUS? *Convenerunt me*, scribit ad sororem MARCELLINAM, *principes virtutum, viri comites consistoriales, ut Basilicam traderem, & procurarem, ne quid populus turbarum moveret: respondi quod erat ordinis, templum DEI tradi a sacerdotibus non posse . . . Convenior ipse a comitibus, & tribunis, ut Basilica fieret matura traditio, dicentibus imperatorem jure suo uti, eoquod in potestate ejus essent omnia. Respondi: si a me peteret, quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, me non refragaturum, verum ea, quæ divina, imperatoriæ potestati non esse subjecta . . . mandatur denique: Trade Basilicam: Respondeo: nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere, imperator, expedit. Domum privati nullo potes jure temerare, domum DEI existimas asserendam? Allegatur imperatori licere omnia, ipsius esse universa: Respondeo: noli te gravare imperator, ne putes te in ea, quæ divina sunt, imperiale aliquod jus habere: noli te extollere &c.* quæ a me alio jam sunt laudata, & descripta loco. Similem in simili prorsus causa CHRYSOSTOMUS in oriente fortem obstirmaturumque contra imperatoris postulatum exhibuit animum, dum iridem de Basilica hereticis concedenda contenderetur. *Ne*, alloquitur ille Imperatorem,

rem (a), *ipsud tibi pollicevere, neque sanctum dari canibus mandes: nam nunquam equidem patior, ut qui DEUM verum sanctè & auguste laudibus, & hymnis celebrant, expellantur e sacro templo, idemque tribuatur his, qui contra eum loquuntur blasphemias.* Insuſtis temporibus noſtris, non de uno templo, ſed de totius nationis Germanicæ eccleſia agitur. Ea non ſolum ſchiſmate ac hæreſi in innumeras partes ſcinditur; ſed etiam undique mutilatur, bonis ac decore ſuo ſpoliatur: poteſtas ac jurisdictio a DEO data aufertur, & rebellibus filiis traditur: fateor grandis neceſſitas hoc malum extorſit: bella, arma, metus ingens de patriæ interitu huic compulit. Verum eſt, cedendum nonnunquam neceſſitati, & ubi majus ingruit malum, nec aliter vitari poteſt, minus eſſe amplectendum. Quodſi talis neceſſitas Germaniam noſtram ad tam miſerum ſtatum depreſſit, deploranda ſane ejus ſors, non accuſanda ſocordia: ſed tale eſt malum, ut neſciam, num ullum majus excogitari valeat, eccleſiam juribus ſuis privari, homines ſibi in cauſa religionis relinqui: hoc eſt, libertatem concedi a vera fide deficiendi. *Fruſtra dicis*, verba uſurpo S. AUGUSTINI (b), *velin-*

(a) THEODORET. L. V. c. 33.
(b) L. IX. contra CRESC. c. 51.

relinquat libero arbitrio, cur enim non in homicidiis, & stupris, & quibuscunque aliis facinoribus, & flagitiis libero te arbitrio dimittendum esse proclamas? Quæ tamen omnia justis legibus comprimi utilissimum est. Quis non laudibus extollat JOVINIANI pietatem, qui a militibus imperator postulatus, tum demum oblatum imperium se suscepturum affirmabat, ubi omnes, qui ipsi, atque imperio Romano militarent, unius christianæ fidei professores se esse velle testarentur: hoc Patres in concilio Toletano VI. fancivere-
1. runt (a): *Ut quisquis succedentium temporum regni fortiretur apicem, non ante consedendi regni sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta polliceretur: non futurum se degere in regno suo eum, qui non est Catholicus.* Experti sunt pii ac fideles principes, duplici se suo fructu hoc feciſſe; cum unitate fidei, cum pace eccleſiæ, regni etiam concordiam, & tranquillitatem conſecuti: quando enim commota eccleſiæ navis, ubi non ſimul mare hujus ſæculi turbatum ſit? Cum nihil pronius, quam eos qui interna animi ſententia diſſident, etiam in externis rebus ſeſe averſari, præſertim in religionis cauſa, qua quisque eum, a quo fidei ſenſu differt, tanquam DEI inimicum habet.

Certe

(a) Anno 638.

Certe JULIANO illi infensissimo christiani nominis hosti nullum aptius consilium est visum ad ecclesiæ perniciem. Hinc narrante AMIANO, *dissidentes christianorum antistites in plebe discissa in Palatium introniissos monebat, ut civilibus discordiis consopitis sue quisque religioni servirent inviolate: quod agebat ideo obstinate, ut dissensiones augente licentia non timeret unanimantem postea plebem. Eo modo*, inquit AUGUSTINUS (a), *putans, christianum nomen posse perire de terris, si unitati ecclesiæ, de qua lapsus fuerat, invideret, & sacrilegas dissensiones liberas esse permitteret.*

(a) Epist. 166.

CAPUT IV.

DE CURA PRINCIPUM CIRCA SACRA, SACRASQUE PERSONAS, PRÆSERTIM IN EARUM ELECTIONIBUS, INVESTITURIS. DE PRAGMATICA SANCTIONE, CONCORDATIS.

I.

Iniunitas ecclesiastica a civili iurisdictione ex mente concilii Tridentini.

EX illis, quæ primum, quantum principium interfit, ut in suis actionibus unitas, pax, & tranquillitas ecclesiæ conservetur, declaravimus, abunde elucescit, hanc primam præcipuamque curam, & solicitudinem esse debere, ut in singulis ecclesiasticarum rerum, & negotiorum capitibus congruus ordo obtineat: cui tamen nihil magis nocivum esse potest, quam si ipsi principes debitos fines, & limites transgredianur. Cum enim illis ob potentiam, & vim minus resisti, eorumque conatus cohiberi possint, eo majorem stragem edere in ecclesia possunt: maxime si legitimæ ecclesiasticæ potestati insidientur, eosque, penes quos illa a DEO est reposita, sibi subjici, suisque nutibus

Digitized by Google

bus ſervire velint: id eſt, ſi eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem, quæ ex mente concilii Tridentini (*a*), *DEI ordinatione, & canonicis ſanctionibus inſtituta eſt*, infringere conentur. *Propterea*, ſancta illa Tridentina ſynodus *admonet imperatorem, reges, respublicas, principes, & omnes & ſingulos cujuscunque ſtatus & dignitatis extiterint, ut quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctius, quæ eccleſiaſtici juris ſunt, tanquam DEI præcipua, ejusque patrocinio tecta venerentur:* Præſertim autem immunitatem illam quoad ipſas perſonas eccleſiaſticas, quia ſecundum concilium Lateranenſe, *a jure tam divino, quam humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa eſt*, integram, intemeratamque a principum attentatis idem Tridentinum cupit: unde, *confidere ſe*, inquit (*b*), *ſæculares principes, ut catholicos, quos DEUS ſanctæ fidei, eccleſiæque protectores eſſe voluit, jus ſuum eccleſiæ reſtitui, non tantum eſſe conceſſuros; ſed etiam ſubditos ſuos omnes ad debitam erga clerum, parochos, ſuperiores ordines reverentiam revocaturos: nec permiſſuros, ut officiales, aut inferiores magiſtratus eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem DEI ordinatione, & canonicis ſanctioni-* a. b.

(*a*) Seſſ. XXV. c. 20. (*b*) Loc. c.

Etionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu in conſideratione aliqua violent; ſed unacum ipſis principibus debitam ſacris ſummorum Pontificum, & conciliorum conſtitutionibus obſervantiam præſtent. Sunt ergo & eccleſiaſticæ perſonæ, & res immunes a laicorum poteſtate, quatenus ambæ a Chriſto ſunt, qui & eccleſiam ſuam, & eos, quibus funĉtiones, ac miniſteria eccleſiaſtica obeunda concrediditur, nulli niſi ſibi ipſi obnoxios fecit. Studioſe res ſacras cum perſonis conjungimus, ne videamur omnino exleges facere eccleſiaſticas perſonas, cum PAULUS omnem animam poteſtatibus ſubditam velit, & clericos oporteat exemplo in omnibus præluceré, adeoque etiam in obſervantia juſtarum legum. Tenenda eſt ergo Patrum regula, expreſſa in cleri Cpolitani libello ſupplice imperatori durante concilio Epheſino oblato: *Profeſſionis*, ajunt, *noſtræ ſcopus eſt, piiſſimi imperatores, inter alias leges omnibus quoque principibus obediendum eſſe; dummodo tamen hujusmodi obedientia ſaluti detrimentum non afferat.* Horum ergo judicium, arbitriumque penes eccleſiam eſt, immune prorſus ab extranea poteſtate, quæ ad animorum ſalutem, quæ eſt eccleſiæ finis, referuntur. Sive autem res, ſive perſonas eccleſiaſticas in rebus eccleſiaſti-

Digitized by Google

fiasticis aliquid ſpectet, rorum ad eccleſiam pertinet, non ad civilem poteſtatem.

II. Quoad perſonas eccleſiaſticas duplex poteſt eſſe queſtio, una de ipſa ordinis collatione: altera de perſonarum jam in ordine eccleſiaſtico conſtitutarum cauſis & negotiis: quovis autem modo hæc conſideres, ubique plena immunitas a ſæculari poteſtate eis competit: de ipſa ordinis poteſtate nemini dubium eſt, eam a magiſtratu non eſſe, ſed totam a Chriſto. Quoad perſonarum ad eccleſiaſticum ordinem ſuſceptionem, electionemque, negari nequit, principes ſuas hic vindicaſſe partes; ſed tum ſolum, quando aliqua ſæcularis ratio & cauſa intervenit, quare his rebus ſeſe immiſcerent. Sic accidit, ut in urbibus regiis in electione cleri, præſertim epiſcopi, princeps aut præſentaret, quem libenter vellet; aut confirmaret, a quo non abhorreret. Bonis temporalibus, immobilibus maxime feudis, ac regalibus fundis poſſeſſionem auctæ ſunt eccleſiæ, earum cauſa præſules magis obnoxii eſſe cœperunt principibus, ob temporales ſciſcet rationes. Unde vix ulla canonica electio fuit, in qua non principum voluntas aliquo modo intercederet: hinc ortæ invectitiuræ, quæ tantos in eccleſia morus & turbas excitarunt: hinc denominationes

De immunitate circa perſonas eccleſiaſticas præſertim in earum electionibus.

nes episcopatuum aliarumque dignitatum ad hodiernum usque diem perseverant plerisque in regnis. Ab initio autem non fuit sic: a conciliis comprovincialium episcoporum, sicuti hodie in plurimis locis a capitulo fit, electio fuit facta, ut tamen consensus cleri & populi accederet, nequis ecclesiæ alicui invitus episcopus obtruderetur. Hæc regulariter se ita habebant, ut tamen quandoque plus populi, aut cleri voluntas attenderetur: obtinere vero per sæculi potestatem, ut loquitur JOANNES *Scholasticus*, ἀχρονικῶς δυναστικῶς ecclesiam regendam, etiam canonibus prohibitum erat, ut in hanc rem extat canon apostolicus XXXI. Una ex causis, quare principes electionibus se miscerent, erat eorum munus & officium tuendi ecclesiam, ordinemque in ea conservandi: unde, si quando motus & dissidia in electionibus orirentur, potestas principis interveniebat; uti & vetera & nova monumenta docent, ac vel inde patet, nonnisi temporaneis, aut extraordinariis causis accedentibus principes ita se gessisse. Agnovit hoc LUDOVICUS *Pius* eo tempore, quo jam in omnibus electionibus principum auctoritas locum habebat; qui tamen hoc jus abdicavit. *Sacrorum*, inquit (*a*), *canonum*

(*a*) L. I. capit. 85. cap. 3.

Digitized by Google

num non ignari, ut in DEI nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, adsensum ordini ecclesiastico præbuimus: ut fidelium episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta canonum de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur, ut verbo, & exemplo sibi subjectis usquequaque valeant prodesse. Precibus episcoporum exoratus hoc constituit: sed res jam nimia consuetudine inveterata erat, nec principum potentia dejici jure semel quæsito poruit, ne in electionibus ecclesiasticis partem sibi sumerent: cum nec Romana ecclesia ab hac sorte esset immunis, imperatoribus primum orientalibus, & horum exemplo postea etiam occidentalibus, quod esset urbs principalis, aut denominationem, aut confirmationem Pontificis usurpantibus.

III. Ubi tamen observandum, dominium temporale, quod reliquis episcopatibus hanc fervitutem conciliarat, inde hanc sedem liberasse: quod singulari providentiæ divinæ tribuendum norat ipse Abbas FLEURIUS, summum Pontificem divino consilio ab omni imperio post divitionem imperii liberum effectum, ne reges & principes, ad quorum dictiones non pertineret, obsequium detre-

Præsertim sedis Romanæ singulari Dei providentia ad ecclesiæ commodum

ſtarent. *Tant*, inquit, *que l'Empire Romaine a ſubſiſté, il renformoit dans la vaſte étendue presque tout la chretienté: mais depuis que l'Europe eſt diviſée entre pluſſieurs princes independans les uns des autres, ſi le Pape eût eté ſujet de l'un d'eux, il eût eté a craindre, que les autres n' euſſent eu peine a le reconoitre pour leur pere commun, & que les ſchiſmes n' euſſent eté frequentes. On peut donc croire, que c'eſt par un effet particulier de la providence, que le Pape s'eſt trouvè independant, & maitre. D'un etat aſſés puiſſant pour n'etre pas aiſément opprimé par les autres ſouverains: a fin qu'il fut plus libre dans l'exercice de ſa puiſſance ſpirituelle, & qu'il pût contenir plus facilement tous les autres evêques dans leur devoir. C'etoit la penſée d'un grand evêque de notre tems.* Quam ſint hæc veritati conſentanea, facile perſpiciet, qui ſtatum imperii Romani poſteriorem ad hæc uſque tempora cum antiquo contendere, ac conferre voluerit. Olim ſub unius imperio orbis pene continebatur, & parebat: poteratque imperator, eccleſiæ utilitatum ſtudioſus, verum ſe eccleſiæ protectorem ac canonum tutorem exhibere. Nec deerant muneri huic ſuo plerique principes, neque deerant eis vires, & auctoritas. Nunc in diverſas diſtracto imperio portiones, regionesque, Romani

mani Pontificis electio & dependentia ab uno principum, ac regum, causa esset, ut apud reliquos auctoritas pontificis vilescceret: ac inter æmulos præsertim & inimicos haud minus periculum schismatis impenderet, quam olim diviso regno Israelitico & Judaico. Et vel hodie licet animadvertere, quam e re sua esse putent potiores reges, ne quis e numero Cardinalium coronæ alicui addictorum summum pontificatum conscendat.

IV. Nec in hoc desunt principum votis, qui electionem summi Pontificis curant, sinuntque hoc exceptionis jure uti imperatorem, ac præcipuos Europæ monarchas, quamvis nulli eorum in electionem Romani Pontificis aliquod jus competat: gaudeatque hac in re plena libertate ecclesia Romana nunc multo magis, quod temporalem etiam dominationem in urbem Romam, ac partem suburbicarum provinciarum obtineat, neminique ob regalia sit obnoxia, iis qui in occidente longo sæculorum tractu nomen ac dignitatem imperatorum Romanorum sustinent, nihil sibi hic juris arrogantibus. Refert quidem SIGEBERTUS *Gemblacensis* (*a*) synodi cujusdam Romanæ decretum, & ex illo GRATIANUS descripsit, quo HADRIA-

Quid hodie ac olim principes in electionibus Romani Pontificis juris possederint.

8.

(*a*) Chron. ad an. DCCLXXIII.

nus I. Carolo dederit jus eligendi Pontificem, & ordinandi apoſtolicam ſedem, unacum dignitate Patricii. Sed unius Sigeberti auctoritas hic facillat, ſilentibus Eginardo & cæteris coævis annalium ſcriptoribus, non ſolum de hoc concilio Romano Patrum CLIII. atque de decreto illius tanti momenti, verum etiam de illo itinere Romam, poſt Papiam captam, inſtituto, quod Baronius confictum a Sigeberto unacum tota rei ſerie putat, ad tuendas Henrici imperatoris partes, contra Paschalem II. Alii tamen atque inter hos illuſtr.
2. *Petrus de* Marca (*a*), licet etiam pro ſpurio habeat decretum iſtud, nihilominus Sigebertum de crimine falſi excuſatum, liberatumque vult, eoquod habeat Sigebertus auctorem, quem laudet, Leonem VIII. ſedis apoſtolicæ invaſorem. Cujus conſtitutio in Romana ſynodo edita in gratiam Ottonis I. extat apud Gratianum, & apud *Theodoricum* Nihemum, quam ill. Præſul contra eminentiſſimum annalium conditorem, qui eam itidem falſi coarguit, vindicat, potius Leoni fraudem tribuens, qui dignitati ſuæ conſulere volens, oſtenderit nihil novùm a ſe in eccleſiam inferri, ſed ſequi ſe Hadriani exemplum, qui ſimilem

præro-

(*a*) De Conc. Sacerd. & Imp. L. VIII. c. 12.

Digitized by Google

prærogativam CAROLO contulerit. Quod quam falſum ſit, tum invicta argumenta a viris doctis in hanc rem accumulata, tum ipſa hiſtoria electionum Rom. Pontificum docet, quæ fuerunt CAROLI ætate, liberæ ab interventu principis: ſcribente FLORO adhuc ad annum DCCCXIII. in eccleſia Romana uſque in præſentem diem absque interrogatione principis ſolo diſpoſitionis (divinæ) judicio, & fidelium ſuffragio legitime pontifices conſecrari. Hæc valde ſubleſtam fidem reddunt eorum, quæ etiam de LUDOVICO *Pio* narrantur, & LOTHARIO, contendentibus, ne citra eorum conſenſum fierent ordinationes Rom. Rontificis, quamquam electionis libertati nihil detraxerint. Et ſane incredibile eſt LUDOVICUM *Pium* primum hoc jus ſibi arrogaſſe, qui inferiorum ſedium electionem liberam reſtituit; quibus tamen frequentior ſervitus eſt impoſita, & cum minori totius eccleſiæ diſpendio.

V. Sed jam hoc ipſum aggrediamur, atque ab ovo repetamus jus principum circa electiones. Electionis forma a Chriſto nulla eſt determinata, atque inſtituta. Id tamen ex forma eccleſiæ independente omnino ab omni ſæculari principatu conjicitur, habetque praxis priorum, ac puriorum eccleſiæ ſæculorum

Quam ſollicite caverit eccleſia primum ne principum favore electiones fierent.

rum ſacrarum electionum jus eſſe ipſi eccleſiæ inſitum. Quid ? quod canone apoſt. XXXI. vetitum expreſſe ſit, ne per ſæculi poteſtates eccleſiam epiſcopus obtineat. Sed hoc reſtringendum videtur pro temporum illorum ratione, propter ambitum, qualis in JOANNE *Samoſateno* notatur: quo Gentilium favore & ſtudio quis forte ad epiſcopatum intruderetur, aut ad invitos cives quis epiſcopus e palatio mittatur ſtipatus militibus, quod canoni eccleſiaſtico adverſari apud ATHANASIUM notat JULIUS I. aut ſi quis per ſolum principem vel magiſtratum eccleſiæ obtruderetur. Id quod etiam illorum temporum decretis prohibetur, quo frequenter jam partes ſibi in electionibus principes uſurpabant. Veluti in concilio Avernenſi an. 535. ſtatuitur, *ut quis eminentiſſimæ dignitatis apicem electione conſcendat omnium, non favore paucorum . . . non patrocinia potentum adhibeat.* Satis verba produnt Patres tantum integra voluiſſe cleri, & populi vota, ne quis favore & patrocinio per ambitum & ſimoniam muneri paſtorali irrepat, & invitis obtrudatur. Cujusmodi electiones irritæ declarantur in concilio Pariſ. III. an. 557. *Nullus civibus invitis ordinetur epiſcopus, niſi quem populi & clericorum electio pleniſſima quæſierit volun-*

luntate. Non principis imperio, neque per quamlibet conditionem contra metropolis voluntatem, vel epiſcoporum comprovincialium ingeratur. Quodſi per ordinationem regiam honoris iſtius culmen pervadere aliquis nimia temeritate præſumſerit, a comprovincialibus loci illius recipi nullatenus mereatur, quem indebite ordinatum agnoſcunt.

VI. Sed ipſa veruſtior eligendi ratio tumultuantis vulgi turbis obnoxia, curam & operas principis deſiderabat. Ita CONSTANTINUS Imp. ſeſe interpoſuit factioſæ & contra canones factæ electioni EUSEBII *Cæſarienſis*, quem Antiocheni cives transferri poſtulabant ad ſuæ civitatis præſidatum. Eadem pietate THEODOSIUS Senior conſuluit Cpolitanæ eccleſiæ GREGORII & MAXIMI ordinationibus turbatæ. NECTARIUM cum conſenſu tamen ſynodi, & plebis Cpolitanæ mox accedente, præfecit, ut SOCRATES (*a*) & SOZOMENUS (*b*) teſtantur. Qui poſterior refert, THEODOSIUM ſibi nomina ab epiſcopis deſcribi poſtulaſſe, reſervata ſibi unius ex illis electione. Poſt NECTARII obitum ARCADIUS digniſſimam CHRYSOSTOMI perſonam Antiochia Cpolin transferendam ad epiſcopalem ſedem curavit: cum populus, ac clerus hoc cenſerent,

Qui acciderit, ut principes partem in electionibus epiſcoporum ſumerent.

a. b.

(*a*) L. V. c. 8. (*b*) L. VII. c. 8.

rent, imperator consensit, misitque, qui eum adducerent, ut narrat SOZOMENUS. Fecit hoc ergo ex populi & cleri votis, ut VALENTINIANUS circa AMBROSIUM, de quo episcopi non cogitabant, donec populi subitam consensionem divinum consilium interpretarentur, imperator autem interpellatus renitentem ordinari facerent. Hic principem populi voluntati obsecundantem videmus: accidit etiam, ut eam anteverterent. Ita THEODOSIUM Juniorem post mortem MAXIMIANI Cpolitani, antequam corpus illius sepulturæ daretur, mandasse narrat SOCRATES, episcopis, ut PROCLUM constituerent, facti hujus ratione reddita, ne, ut jam acciderat prius, seditiones excitatæ ecclesiam illam concuterent. At saltem episcopis est relicta electio, quorum erat, ne esse debet longe potior pars in electionibus, quæ antiquis moribus semper in conciliis factæ sunt. Quod cum postea fieri cessaret, incrementum sumsit potestas regia in electionibus: quamdiu enim conventui episcoporum confirmatio electionis est permissa, quos principes ipsi nominabant, adhuc examini episcopali subeuant. Sic in concilio V. Paris. cavetur de episcopo, *si de Palatio eligitur, per meritum personæ, & doctrinæ ordinetur.* Atque hoc modo conciliari poterat potestas

teſtas principum cum ſuffragio plebis, cleri, & epiſcoporum. Et quamvis poteſtas regia ex paulo ante allata ratione creverit paulatim, ſemper tamen populi & cleri adhuc interceſſit ſuffragium, aliquando præeundo, aliquando ſequendo, ſemper *cum voluntate regis juxta electionem cleri ac plebis* facta eſt electio: uti habet concilium Aurelianenſe an. 549. Ita vero poſt diviſum Romanum imperium ubique obtinuit. In Francia mox altero, poſt habitum modo citatum concilium Aurelianenſe, anno NICETIUS pleno regis & populi ſuffragio epiſcopus Lugdunenſis ordinatus eſt, ut refert GREGORIUS *Turonenſis*. (*a*) Poſtea CAROLO M. LUDOVICUS *Pius*, CAROLUS *Calvus* libertati electionum impenſius favebant, reſtituebantque, ſibi ſola reliicta confirmatione, ut etiam oblatas denominationes quandoque recuſarint: quin tamen officio ſuo defuerint, indignos, ſi qui eligerentur factione plebis, repellendo. Curam, & vigilantiam ipſi præſules eccleſiæ principibus inſpirabant. HINCMARUS oſtendit, quam ſit principi curandum, ut idoneus epiſcopus, & rite eligatur. *Qualiter autem*, inquit (*b*), *conſenſu principis terræ, qui res eccleſiaſticas divino*

a.

b.

(*a*) Vit. PP. c. 8.
(*b*) De poteſt. regia & Pontif. c. 5.

divino judicio tuendas, & defenſandas ſuſcepit, electione cleri & plebis quisque ad eccleſiaſticum regimen absque ulla venalitate provehi debeat, & Dominus in Evangelio, & ſacri canones aperte demonſtrant &c. unde principi terræ magnopere providendum, atque cavendum eſt, ne in his DEUS offendatur, per quos religio chriſtiana conſiſtere debet, & cæteri ab offenſione ſalvari. Ex quibus ſtatui poteſt, an electionis libertas cum regii aſſenſus neceſſitate conſiſtere queat. Quæ quæſtio ſi decidatur juxta veterem praxin æquitate charitateque chriſtiana nitentem, difficultatem non habet, remotis factionibus, ac ſtudiis partium: dum communiter utilitati eccleſiæ conſulitur, non privatis commodis, atque jurium amplificationibus. Quibus ceſſantibus aliquando in Francia potiſſimum ſub Carolingica ſtirpe in Germania ſub OTTONIBUS, CONRADIS, & HENRICIS primis, atque in aliis orbis chriſtiani regnis pulchre ſecum conſtiterunt imperium & ſacerdotium.

Deinceps etiam abbatum.

VII. Cauſa abbatum, quod eorum electionem ſpectat, fere eadem fuit ac epiſcoporum. Equidem peculiari jure quodam, quoad abbatum electiones, principes gaudere ſibi videbantur, cum abbatiæ forte ab ipſis fundatæ magis obnoxiæ eſſent, & conditiones, ſibi factas

mona-

monachi ne ſubirent, detrectare difficilius poſſent. Nec infrequens erat, ut de electione cum conſenſu facienda, vel ſaltem confirmanda conditio apponeretur. Poſterius, quod confirmationem attinet, & æquius erat, nec tantum præjudicium afferebat monaſticis inſtitutis, quibus congruit, ut e proprio gremio fratrum electione & votis abbas præficiatur. Certe in regula S. BENEDICTI *de ordinando abbate*, *in abbatis ordinatione*, inquit ſanctus legislator (*a*), *illa ſemper conſideretur ratio, ut hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors congregatio ſecundum timorem DEI, ſive etiam pars quamvis parva congregationis ſaniori conſilio elegerit, vitæ autem merito, & ſapientiæ doctrina eligatur, qui ordinandus eſt, etiamſi ultimus ſit in ordine congregationis.* Ad hoc ſapienter reſpexerunt, ſi quando Patres in conciliis de hac re decreta ederent. Idque ſignanter notavit concilium Troſslejanum, quanti momenti eſſe debeat, quamque ad mentem legislatoris ſumme neceſſarium, ut eligatur ex ipſo gremio a fratribus, eoquod ſtatim principio hoc collocarit S. Pater *in ipſo ingreſſu lectionis ſanctæ regulæ legitur de eligendo abbate, & qualis eſſe debeat.* De fundatorum vero pietate præſumi debet, eos conſtruendo 2.

(*a*) Reg. S. BENED. c. 59.

monaſteria haud voluiſſe eam libertatem, quam inſtituta monaſtica dabant, petebantque, laceſſere. Summi Pontifices & epiſcopi hoc ſollicite curabant, nec pii principes etiam defuerunt. Dum primum fundaretur, inſtruereturque Cluniacenſis congregatio, tam WILHELMUS dux Aquitaniæ, quam ſummus Pontifex AGAPETUS inter alia ſtatuebant, ut habeant liberam facultatem ſine cujuslibet principis conſultu, ut notanter dicit Pontifex, quemcunque ſecundum regulam
a. S. BENEDICTI (*a*) ſibi voluerint, ordinare. Et NICOLAUS I. id adhuc expreſſioribus verbis pro Corbejenſi monaſterio inculcat, ut neque rex, neque poteſtas aliqua ullam monaſterio Corbejenſi præponant perſonam. Hoc igitur plerumque in primis fundationibus, inſtitutionibus ſervatum, & ſanctum erat. Nec his contraveniebatur, niſi ab illis, qui forte minori pietate in religionem ordinemque monaſticum tenebantur, quam primi fundatores. Quorum certe ex animo & voluntate factum non fuit, ſi juxta canonicam auctoritatem, & regulam S. BENEDICTI (ut concilium Pariſienſe an. 846. hanc electionis libertatem vocat) non liberæ permitterentur electiones, aut etiam laicis & militibus commendarentur ſucceſſu

(*a*) Spicil. T. VI. p. 420.

Digitized by Google

ceſſu temporum. Ab initio autem non fuit ſic. Monachi regulæ inhærentes, atque legibus ſuis vivere permiſſi, ſibi abſtinebant ab eo ipſo tempore, quo regula S. BENEDICTI nata primum fuit, & recepta in Italia, indeque in alias regiones fuit propagata, eodem uſu fluberæ. & regularis electionis conſtanter obtinente; neque uſque ad finem ſeculi octavi de alio quam regulari abbate cogitatum fuit. Contra auſus adverſos monachi de privilegiis a ſummis Pontificibus, epiſcopis, ac regibus obtinendis ſibi profuiciebant.

VIII. Quæ vero cauſæ extiterunt, ut Poſteriores cauſæ, cur principes electionibus abbatum ſuccefſu temporum, eæ etiam, ac multo magis in epiſcopis locum habebant. Duæ autem ſe miſcepotiſſimæ erant. A tempore CLODOVÆI rent, præcum reliquis proceribus ad conſilia regum tertim inadminiſtrationemque regni adhibebantur vehituræ. epiſcopi, ac etiam, licet infrequentius, abbates. Regis ergo intererat, ne ſibi invitis aut inconſultis obtruderentur conſiliarii, & adminiſtri regni, quorum perſpectam non haberent fidem, & probitatem, ut eorum prudentia & dexteritate uterentur in ipſa adminiſtratione regni, partim conſervanda ſubditorum populorum, ſua opera & auctoritate, fidelita-

litate, postquam præfertim feuda in imperio obtinuerunt. Atque hinc altera, primaria tamen enascitur causa, quod bona ecclesiæ temporalia, non solum communi custodiæ & tuitionis nomine, verum etiam ob memoratam feudi rationem regibus singulariter erant obnoxia. Primam rationem tangit HINCMARUS (a): *Quia princeps terræ res ecclesiasticas divino judicio tuendas defensandasque suscepit, consensu ejus, electione cleri, ac plebis, & approbatione episcoporum provinciæ quisque ad ecclesiasticum regimen provehi debet.* Simul ergo & regia auctoritas, & electionis legitimæ jura consistebant. Sed multo adhuc magis dignitates ecclesiasticas obstringebat principibus fundatio, dotatioque ipsa amplissimis opibus, ut principes haud minus, quam ecclesiæ antistites, ditiones & provincias sub suo dominio haberent: quas vel ideo principes lubentissime in ecclesiasticos profundebant, quod certiorem de eorum fidelitate conceperant spem, ac fiduciam. Id ut obtinerent, ne ingratos, sibique minus acceptos aut adiitrictos nanciscerentur fiduciarios, in ipsa statim electione sibi invigilandum existimabant. Ut jam fere auctoritate principum translgerentur, dum aur ab illis deno-

2.

(a) Apud du Chesne. T. II. p. 489.

Digitized by Google

denominarentur, præſentarenturque præſules eccleſiæ, qui ſæpe aulicorum precibus, cupiditatibusque pulſati dignitates conferebant hujusmodi ſacras: aut electionem ſaltem in aula ex præſentium epiſcoporum, & magnatum votis faciebant: aut clerum ipſum, ac capitula res eccleſiarum ad nutum ſuum flectebant, qui beneficiis mactati, prædiis ditionibusque locupletati, tuitione tum ſumme neceſſaria ob inveſtationes, incurſionesque tum exteras, tum domeſticas, obtinente præſertim *jure manuario*, quod vulgo *Fauſt-Recht* vocabant, faciles ac promti erant ad obſecundandum regibus & imperatoribus. Acceſſit his jus inveſtiturarum, quod etſi electioni nihil officeret, magnam tamen auctoritatem tribuebat circa ordinandos ſacros præſules. Licet vero per ejusmodi inveſtituras epiſcopos temporalibus tantum bonis, ditionibus ac feudis immittebant, ac veluti veſtiebant, epiſcopatus tamen, & abbatias per ejusmodi ſigna dabant, quæ ad ſpiritualem, ac paſtoralem eccleſiæ curam & deſtinationem pertinebant per annulum ſcilicet & baculum. Tulit nihilominus hoc eccleſia quamdiu principes ſobrie, & moderate agebant: quamdiu præmiſſa prius legitima electione hoc jure inveſtituræ utebantur: aut a regibus da-

bantur præſules muneri apti, non muneribus per illicitam ſimoniam facti. Diſſimulabat prudenti diſpenſatione eccleſia, quibus ſignis fieret inveſtitura, dummodo nihil illegitime, ac incompetenter daretur, ſed tantum ob temporalia fieret iſta immiſſio. Ita ſub piis tribus OTTONIBUS, & aliquamdiu poſt viguit honeſtiſſime jus iſtud. In Galliis major moderatio adhibita fuit quoad exteriorem modum inveſtiendi. Nec ſatis conſtat, an per baculum, & annulum facta fuerit. Hinc, cum excitatis poſtea ingentibus turbis nihil huic feliciſſimo regno erat commune, tum extorqueri cœperunt HENRICIS Imp. inveſtituræ, atque etiam hæreſeos infamia, exacerbatis animis, notari. Forte ſub iſtis tumultibus, graſſationibusque, invidiæ declinandæ cauſa, *regaliorum* nomen ortum ſuum traxit, quo quodammodo diſtinguitur, quid reges jure ſuo dent, præſtentque. Quidquid enim de regalium origine diſputent, mihi omnino arridet *Petri de* MARCA ſententia, diverſum illud non eſſe ab inveſtituris, quinimo ipſas eſſe inveſtituras, prout cum conſenſu regum Galliæ moderatæ fuerunt in conciliis Claromontano & Remenſi, & a CALISTO II. ac prout uſu ipſo explicatæ ſunt poſt tempora ejusdem Pontificis: quod egregie

gregie probatum aſſertumque vide ab illuſtriſſimo auctore poſteriore parte libri octavi de concordia ſacerdotii & imperii. Ubi etiam quodam loco eam obiter perſtringit quorundam aulicorum ſententiam, jus regalium eſſe mere regium, & ad coronam pertinere. Laudat vero æquanimitatem PASQUIERII (*a*), qui tametſi regius in camera computorum advocatus eſſet, opinionem illam erroneam eſſe contendit, & dignam potius adulatore aulæ, quam jurisconſulto Gallo. Ex quo etiam de illa Germanorum Proteſtantium ſententia judicium ferri poteſt, qui jus inveſtituræ in tota ſua amplitudine ſpectatum nimium extendunt, ita ut SCHILTERUS (*b*) etiam ad illud ipſam manuum impoſitionem apud ſuos referat, atque ad jura majeſtatica revocet. a. b.

IX. Idem illuſt. Præſul ex origine atque convenientia regalium cum inveſtituris eum ingruentem ævo medio uſum, contra ac priſcæ regulæ ſtatuerant, deſignat, quo principes uſusfructus redituum eccleſiæ vacantis occuparunt. *Si quis vero*, inquit (*c*), *inquirat in cauſas tam magnæ immutationis, is reperiet eam* c.

Ob quas magis obnoxii reddebantur perſonæ eccleſiaſticæ principibus.

(*a*) *Pet. de* MARCA L. VIII. c. 24. n. 9.
(*b*) Inſt. jur. can. L. I. tit. 16. §. 9.
(*c*) *Pet. de* Marca de conc. ſac. & Imp. L. VIII. c. 19. n. 1.

esse profectam ex immutatione, quæ facta est in conditione & qualitate bonorum ab ecclesia possessorum: quemadmodum enim in republica quoddam bonorum genus extat, quod vulgo feudum vocant, incognitum Romano juri, ideoque novis constitutionibus, & antiquarum legum dispositioni contrariis inductum, sic, cum ecclesiæ regum beneficio donatæ fuissent bonis hujuscemodi, necessarium prorsus fuit, ut illæ possiderent feuda iis conditionibus, quas in prima feudorum origine invexit, publica utilitas. Ergo personæ ecclesiasticæ, quæ feuda possidebant, per consequentiam fiebant vasalli regum, illisque præstare tenebantur homagium, & juramentum fidelitatis, itemque certum militum numerum juxta valorem feudorum: præterea regi tradere tenebantur arces & castra, quoties id regis utilitas postulabat. Ex quo sequitur necessario, regem post obitum episcopi, quod eo casu feudum vacet, illud recipere posse, ac retinere, donec novus episcopus investituram feudi acceperit, homagiumque ac juramentum fidelitatis præstiterit, ut interim regi competat jus quoddam fruendi reditibus, dum custodia durat. In capitularibus Caroli *Calvi* habetur ad eam custodiam provisio, atque ita statuitur *c.* 8. *Si quis episcopus interim obierit, archi-*

chiepiſcopus ipſi ſedi viſitatorem ſecundum ſacros canones deputet, qui unacum comite ipſam eccleſiam, ne prædetur, cuſtodiat, uſquedum ipſius epiſcopi obitus ad veſtram notitiam pervenerit. Erat autem tunc ea feudorum ſors, & inde uſitatarum inveſtiturarum ratio, ut interim, dum vacabat feudum, in manu domini eſſet, donec facta nova electione, inveſtiretur feudatarius. Hoc modo æquali ſorti cum cæteris feuda eccleſiaſtica etiam ſuccumbere compellebantur, quod deinde cum utrinque ceſſarit, ceſſavit ratio, quod eccleſiaſtica etiam bona oneri tali ſubjicerent principes, imo feudorum prætextu uſumfructum aliorum etiam bonorum, ac redituum eccleſiaſticorum ad ſe raperent. Luculenta eſt abdicatio a FRIDERICO an. MCCXIII. facta in manus HONORII III. quam GOLDASTUS refert: *Illum quoque dimittimus, & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam eccleſiarum vacantium noſtri conſueverunt anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis. Omnia nos ſpiritualia vobis & aliis eccleſiarum prælatis relinquimus, libere diſponenda, ut quæ ſunt cæſaris cæſari, & quæ DEI DEO recta diſtributione reddantur.* Univerſalis eſt hæc abdicatio quoad onera feudalia ob fructus vacantiarum.

Ei vero juri, ut bona feudalia, defuncto præſule ad dominum feudi redirent, jam OTTO IV. renunciavit. Alia autem ob intronizationem tributa principibus, quæ etiam antiquitus orientales repetebant, licet non inulitata fuerint, infrequentia tamen erant.

Hinc turbæ maximæ in eccleſia præſertim ſub HENRICIS Imp. ob inveſtituras.

X. Propter inveſtituras vero, præterquam quod bona vacantium ſedium invaderentur, non feuda tantum regalia, ſed etiam alia latifundia & domania eccleſiæ propria uſurpabantur, quæ privatorum munificentia in eccleſias collata fuerunt, ac frugalitate indruſtiaque clericorum & monachorum aucta. Præterea, ut diutius poſſent frui reditibus hujusmodi, diu vacare ſinebant. Electiones ſæculo præſertim undecimo penitus fere proterebantur, & ſimoniace dignitates paſſim conferebantur. LAMBERTUS 2. (*a*) ſcriptor coævus, præſertim de abbatiis refert, eas in aula cæſarea proſtitiſſe venales: *Ut abbatiæ publice venales proſtituantur in palatio, nec quisquam tanti venales proponere queat, quin protinus emtorem inveniat.* HENRICUS IV. ob infamia etiam ſcelera dignitates, & inveſtituras conferebat. Tum vero ratio ea conferendi per annulum & baculum, ſigna ſpiritualia, opinionem in animum princi-

(*a*) Apud BARON. ad an. 1072. n. 3.

principum inducebant, inveſtitura dignitatem ſe epiſcopalem, aut abbatialem conferre. Hinc ad eas aut penitus tollendas, aut moderandas, reſtituendamque liberam electionem itum. Quæ hujus rei cauſa turbæ, & bella exarſerint, paulo poſt dicemus. Nunc quæ pactiones & transactiones factæ ſint, quantum attinet ad curam, & jura principum circa conferendas dignitates eccleſiaſticas declaranda referemus. Sub HENRICO IV. nihil ſtabile ac firmum fuit: ſub HENRICO V. filio primum conſilia inita, quæ nodum cito omnem ſolviſſent. PASCHALIS II. (*a*) conqueritur ad HENRICUM ſcribens: *In ſui regni partibus epiſcopos & abbates adeo curis ſæcularibus occupari, ut comitatum aſſidue frequentare, & militiam exercere cogantur*, ſunt ipſa PASCHALIS verba, qui addit poſtea: *Miniſtri vero altaris, miniſtri curiæ facti ſunt, quia civitates, ducatus, marchionatus, monetas, turres, & cætera ad regni ſervitium pertinentia a regibus acceperunt.* Agitabatur igitur litteris, ac legatis ultro citroque miſſis Pontificem & imperatorem inter conſilium, ut cæſar renuntiaret inveſtituræ majorum eccleſiæ dignitatum, quæ per baculum atque annulum fiebat: Pontifex vero induceret epiſcopos,

(*a*) Epiſt. 22.

pos, ut imperio feuda, regaliaque restituerent. Hæc jam Pontificem inter & Imperatorem pacta erant: atque Imperator ad ea executioni mandanda ipse Romam iter aggressus erat. Ibi, cum in basilica S. Petri conventionis capita recitarentur, publice protestari sunt præfules, atque obnunciarunt Paschali; nullum ei jus esse spoliandi ecclesias, atque opes ecclesiasticas in proprios usus transferendi. Die litigando consumta, noctu etiam ad arma processum, atque inter eos tumultus Pontifex captivus cum clero Romano in castra abductus est ab Imperatore. In istis angustiis extorqueri investituras sibi permisit Paschalis, concessitque imperatori episcopatus & abbatias per baculum & annulum conferendi privilegium. Quod ægre tulit ecclesia, atque ipse pœnituit Paschalis libertati integræ, conscientiæque suæ restitutus, post discessum Imperatoris Roma. Privilegium istud pravilegium dictum ab ipso Pontifice in frequenti Patrum Romæ consessu, ceu vi extortum revocatum fuit an. MCXII. totumque concilium canonica censura & ecclesiastica auctoritate judicio sancti Spiritus damnavit, ut habent concilii verba, & irritum esse judicavit. Fecerunt hoc Patres ad petitionem Paschalis. Sub Gelasio II. motus

motus recruduerunt, ac demum ſub CALISTO II. via ac ratio excogitata eſt componendæ rei, dum utrinque aliquid remiſſum, cæſar inveſtituræ per annulum & baculum renunciavit, bona ſeu regalia eccleſiæ ademta reſtituit, electionesque liberas fieri permiſit. CALIXTUS e contra cæſari indulſit, ut electiones Germaniæ in ejus vel legatorum præſentia peragerentur absque ſimonia, lites exortas metropolitani & provincialium conſilio & judicio imperator dirimeret: electus vero regalia per ſceptrum ab eo reciperet, exceptis omnibus, quæ ad Romanam eccleſiam pertinerent, faceretque, quæ ex his jure deberentur imperatori.

XI. Poſtrema verba non ſunt ſine animadverſione dimittenda, quibus imperatori præſtanda conceduntur ab epiſcopis omnia jura, & obſequia, quæ feudis ſunt implicata. Inter ea præcipuo loco erat homagium, & juramentum fidelitatis principi præſtandum, tenendumque a feudatario. De eo uſu, univerſimque de modo eligendi inveſtiendique apud abbatem SUGGERIUM in vita LUDOVICI *Craſſi* ita alloquitur archiepiſcopus Trevirenſis legatus imperatoris Pontificem an. MCVII. Catalauni præſente LUDOVICO *Craſſo*: *Temporibus anteceſſorum noſtrorum ſanctorum, & apoſtolicorum virorum Magni*

Sub FRIDERICIS poſtea ob homagia.

Magni Gregorii, & aliorum, hoc ad jus imperii pertinere dignoſcitur, ut in omni electione hic ordo ſervetur: antequam electio in palam proferatur, ad aures domini imperatoris proferre, etſi perſona deceat, aſſenſum ab eo ante factam electionem aſſumere, deinde in conventu ſecundum canones petitione populi, electione cleri aſſenſu honoratorum proferre: conſecratum libere, nec ſimoniace ad dominum imperatorem pro regalibus, ut annulo & virga inveſtiatur, redire, fidelitatem & hominium facere. Inveſtituris in controverſiam vocatis, etiam hominia epiſcopis ſunt prohibita principibus præſtare. In quam rem *Petrus de* MARCA decretum GREGORII VII. producit, quod ita habet (*a*): *Ut clericus a laico nunquam juſtificetur, nec pro terra, nec pro aliis rebus, quas ab illo teneat, nec ſibi hominatum faciat: ſed omnino, quæ ab eo tenet, ſibi antequam ullam patiatur injuriam, dimittat.* In medium profert alia in eandem rem ſtatuta eccleſiaſtica, ac rationes, quibus inducti ſunt Pontifices, ad hoc jus negandum principibus. At dicit his prohibitionibus nequaquam obſecutos eſſe Gallos, nec Anglos, neque etiam Germanos. Accommodarunt ſeſe nonnunquam Pontifices neceſſitati, atque hominia præſtanda indul-

(*a*) L. VIII. c. 21. n. 4.

dulſerunt; difficiliores tamen fuerunt in hac licentia danda erga reliquos clericos, quam epiſcopos & abbates. Facilius etiam juramenta fidelitatis indulſerunt, quam homagia, qua quibus arctius obſtringebatur principi ac *homo* fiebat laici: quod dignitati ſacerdotali repugnare credebant, etiam quoad modum & ritum, quo hominium iſtud præſtabatur per inſertionem manuum, qua ſubjici nimium, & ad ſervitia illiberalia adigi videbantur. Ut vero ſub HENRICIS de inveſtitura, ita ſub FRIDERICIS de hoc homagio potiſſimum agebatur. ADRIANUS IV. inter alia per legatos FRIDERICO I. proponi curabat, ab epiſcopis Italiæ ſolum juramentum fidelitatis ſine hominio cæſari fieri debere: ad quod legati ſequens reſponſum nomine cæſaris dederunt (*a*): *Quamvis non ignorem ad tanta negotia non ex animi mei ſententia, ſed ex conſilio principum me reſpondere debere, ſine præjudicio tamen ſapientum hoc absque conſultatione reſpondeo. Epiſcoporum Italiæ ego quidem non affecto hominium, ſi tamen & eos de noſtris regalibus nihil delectat habere. Qui ſi gratanter audierint a Romano præſule quid tibi & regi? Conſequenter quoque eos ab imperatore non pigeat audire, quid tibi & poſſeſſioni?* Acrius ſane, quam par eſt, re-

(*a*) Apud RADEVICIUM L. II. c. 30.

respondum erat. Cum non negaretur juramentum fidelitatis feudalis præstandum imperatori ab episcopis feudatariis: quod satis esse potuisset, quin hominium seu homagium superadderetur, ac professio obsequii, qua homo seu vasallus servitiver efficeretur persona in dignitate ecclesiastica constituta: quod unice ægre ferebant pontifices, qua immunitas personalis clericorum læderetur, atque ad hanc æquabilitatem postea res abiit post diuturnas contentiones, imperatoribus ac regibus ad statuta ecclesiæ sese accommodantibus.

Alii abusus in electionibus, & ad eos tollendos consilia, præsertim *sanctionis pragmaticæ* in Gallia.

XII. Multa fuerunt, quoad electiones ipsas, denominationesque variis modis mutata, nec fixum aliquid firmumque obtinuit apud diversas nationes ab eo tempore, quo tribunalia continua fervebant circa ejusmodi causas beneficiales, cum majoris inter eas momenti essent promotiones ad dignitates præcipuas ecclesiasticas: ipsi summi Pontifices, ut dicemus postea, tum ut usurpationes potestatis civilis impedirent, cum etiam suis inservirent commodis, præsertim tempore fœcessionis & schismatis Avenionensis, hic plus sibi indulserunt per reservationes, & exspectativas. Sperabatur per concilium Constantiense abusibus omnibus ingruentibus fore, ut obviam

viam iretur. Multa in eam rem provide fuerunt decreta, & votis concepta, ſed minus reſpondente effectu. In concilio poſteri Baſileenſi res iterum ſollicite tractabatur, multis capitibus comprehenſa; ſed cum ad auctoritatem ſummam nunquam eniti potuiſſet ea ſynodus invito ſummo Pontifice, ad particularia ſtatuta, & conventiones ventum fuit. Galli cum in conventu Bituricenſi an. 1438. partes concilii Baſileenſis ſuſcepiſſent contra ſynodum Florentiæ congregatam, ea occaſione ex decretis concilii Baſileenſis congeſti canones numero XL. CAROLO VII. regi Galliarum fuerunt oblati per oratores. Eos ad epiſcopos Bituricis congregatos miſit rex, ut ſuos adderent calculos: quod haud gravate fecerunt epiſcopi illi, utpote ſuis juribus inſigniter faventes, præſertim autem electionum ſacrarum pleniſſimam libertatem reſtituentes. Rex eosdem articulos ad 37. vel 38. redactos ſuo edicto confirmat. Atque hæc eſt celebris illa ſanctio pragmatica, quam non dubitat DUARENUS Palladium Franciæ appellitare. Solent autem jurisconſulti illa regum ac principum edicta pragmaticas nominare ſanctiones, in quibus princeps conſilio & tractatu adhibito prudentum, ac peritorum articulatim reſpondet ad preces,

relationem, aut suggestionem judicum, aut aliarum personarum: ut habetur cod. de diversis rescriptis *L. I. tit.* 23. unde constat Græcam notionem & phrasin hic servari, qui *προσγματικὸν* vocant, quidquid longa deliberatione, & tractatu conficitur. Circumfertur pragmatica sanctio ejusdem argumenti, quæ a S. Ludovico IX. rege Gallorum emanarit: sed illam communiter rejiciunt eruditi, quod non ævo tantum sanctî Ludovici, sed duorum admodum post sæculorum intervallo nulla de ea mentio habeatur.

8. *Ed.* Richerius (*a*), qui in historia conciliorum generalium illius exemplum refert, dicit se illud sumsisse ex codice vetustissimo manuscripto bibliothecæ collegii regii Navarræ; sed non designat sæculum, ur inde aliquid pro ætate S. Ludovici statui queat, qua nihil occurrit, quod ansam dare potuisset ad eam edendam: neque ea allegata est postea in diuturnis contentionibus Bonifacium inter VIII. & Philippum *Pulchrum*, quando multum causæ regiæ pondus afferre potuisset illius auctoritas. Neque de pietate, & observantia sanctissimi regis præsumi potest, eum voluisse aliquid in causa ecclesiastica tanti momenti sibi sumere. Quod postea factum sub Carolo VII. in

(*a*) Hist. conc. gener. T. II. P. II. c. 7. p. 189.

in adornanda pragmatica ſanctione, diu haud ſubſtitit, legitima auctoritate deſtitutum, & repugnante Romana ſede. Licet enim ex ſtatutis concilii Baſileenſis fere coaluerit pragmatica ſanctio illa, tamen nec concilium iſtud omnimodam auctoritatem ei conferre potuit, diſſoluta communione poteſtatis legitimæ inter ſummos eccleſiæ paſtores, neque etiam integra fide concilii iſtius decreta in ſanctionem pragmaticam ſunt adoptata, ſed variis modis circumciſa. Quare cum jam in Galliis robur, & confirmationem accepiſſet, atque congregatis adhuc concilii Patribus eſſet oblata, ut illam ſua roborarent auctoritate; detrectavit id facere concilium ob dictas modificationes, atque etiam a LUDOVICO XI. aliquamdiu poſtea penitus abrogata fuit.

Quæ adverſante Romano Pontifice haud ſubſtitit.

XIII. *Æneas* SYLVIUS contra ſanctionem pragmaticam præcipue in libro de moribus Germanorum vires ingenii exercuit, conſtitutus adhuc in minoribus: tum poſtea factus Pontifex aſſumto PII II. nomine, etiam auctoritatem interpoſuit, ad eandem abolendam duabus potiſſimum de cauſis: altera, quia ingratitudinem, ut ipſe loquitur, ſapit: altera, quia non ſedi apoſtolicæ tantum, ſed univerſæ reipublicæ chriſtianæ damnoſa eſt,

& univerſum religionis catholicæ ſtatum confundit; audet SYLVIUS eam præterea vocare deteſtabilem, abominabilem, & absque DEO, quæ tollat ſedis apoſtolicæ eminentiam, & plenitudinem jure divino, naturali, & canonico fultam: ſcindat unionem eccleſiæ catholicæ: velit ſedem apoſtolicam eſſe pauperem, abjectam, atque impotentem. Quæ refert,
a. & examinat *Ed.* RICHERIUS (*a*). Taliter animatum adverſus pragmaticam ſanctionem, quis ambigat Pontificem tunc, quando hæc eum propius tangebant, nihil reſidui facturum ad illius exitium. Id vero dum deſperaret ſeſe apud CAROLUM VII. effecturum, LUDOVICUM filium ſolicitavit antequam regni gubernacula capeſſeret, atque ab eo promiſſum accepit, eam a ſe abrogatum iri, ſi quando ad regnum perveniſſet. Nihil non egit ſenatus Pariſienſis, ut regem a propoſito abolendæ ſanctionis pragmaticæ averteret. Contra PIUS Pontifex ſpe lactarat regem, ſi pragmaticam antiquaret, ſe legatum in Gallias miſſurum, qui pro regis arbitrio beneficia conferret: ita ut neque Annatæ perſolverentur, neque pecuniæ regni Romam deferrentur. Itaque Pontifex injectis a parlamento timoribus regem liberavit,

atque

(*a*) Hiſt. Conc. general. T. III. P. I. c. 1.

atque ad abrogandam pragmaticam intendit, qui pro ea re litteras ad Pontificem dedit: funtque, qui credant eas ab ipso Pio II. compositas fuisse & Ludovico XI. missas, ut ei conceptis verbis ostenderet, quæ formula irritam declaret pragmaticam, ut habet l. c. Richerius. In illis litteris significat rex se instinctu Pontificis pragmaticam abrogaturum omnino velle. *Omnibus*, inquit (a), *itaque victimis postorum obedientiam intelligentes assensi fumus his, quæ tuo nomine nobis aperta fuit: ipsam scilicet pragmaticam sanctionem tibi tuæque sedi esse infensam: utpote quæ in seditione, & schismatis tempore, atque per seditionem, sectionisque a tua sede figuram nata sit, & quæ dum vibi, a quo sacræ leges oriuntur, & manant, quantamlibet eripit auctoritatem, omne jus, & omnem legem dissolvit. Illud enim exoritur, quod idem consiliarius noster nomine tuæ Sanctitatis adstruxit: ut dum per pragmaticam ipsam summa in ecclesia tua sedis auctoritas minuitur, in regno nostro quoddam licentiæ templum per illam profituitur: dum congruens unitas ad alia regna, conformitasque tolli videtur, abrogandæ sit ipsa pragmatica, pellendaque a regno nostro. Quippe quæ adversus tuam sedem, omnium ecclesiarum matrem, ab inferioribus*

(a) Inter Epist. Æneæ Sylvii 388.

prælatis lata ſit, tanquam ut ſcriptura loquitur, quomodo ſi elevetur virga contra levantem ſe, aut baculus, qui utique lignum eſt. Alias litteras patentes rex ad parlamentum miſit, ut promulgarentur, & pragmatica abrogaretur menſe Septembri tempore vacationum parlamenti. Sed M. JOANNES *a S. Romano* cognitor regius generalis interceſſit, quo minus ejusmodi edictum regis promulgaretur, conteſtatus ſe officium cognitoris regii potius ejuraturum, quam paſſurum rem tam damnoſam eccleſiæ & regno fieri. Academia Pariſienſis legatis pontificiis in faciem appellationem ad futurum concilium ob prædictam abrogationem denunciavit, atque in acta referri juſſit. Regem etiam facti ſui pœnituiſſe refert MONSTRELETUS in Chronico, ut curiæ parlamenti demandarit, ſi quas habeat juſtas conquerendi cauſas ob pragmaticæ abrogationem, ad ſe deferat, quod incunctanter fecit parlamentum, atque regi obtulit defenſionem pro libertate eccleſiæ Gallicæ adverſus aulam Romanam, quam edidit *Fr.* DUARENUS e Gallico in Latinum ſermonem converſam in calce libri de ſacris eccleſiæ miniſteriis & beneficiis: & ex eo *Ed.* RI-
8. CHERIUS. (*a*) Ad quatuor potiſſimum capi-
ta

(*a*) T. III. P. I. c. 1. Hiſt. conc. gen.

Digitized by Google

ta ibi revocantur incommoda ex ejusmodi abrogatione. *Primum eſt*, ajunt, *totius ordinis eccleſiaſtici confuſio. Secundum eſt patriæ deſolatio, ac deſertio. Tertium eſt, pecuniarum regni exinanitio. Quartum eſt, eccleſiarum ruina, & ſubverſio.* Quæ omnia comprobare nituntur. Cum poſtea inter ſucceſſores LUDOVICI XI. & Romanos Pontifices acerbiſſimæ contentiones, & bella ferverent, præſertim JULIO II. in Concilio Lateranenſi V. ſeſs. 4. & 5. iterum monitoria contra pragmaticam ejusque aſſertores edente, ad concordata pars utraque animum admovit. Ac LEO X. Seſs. 11. Conc. Lateran. pragmaticam penitus abolevit, prohibuitque, ne quis eam domi retineret, atque, ut ex omnibus archivis etiam regiis deleretur, juſſit.

In ejus locum concordatis in Gallia ſubſtitutis.

XIV. Quod & factum, conſpirantibus ad illius exitium LEONE X. & FRANCISCO I. ac Bononiæ concordata paciſcentibus, quibus utrinque convenit, ut ne amplius capitula epiſcopos eligant, ſed rex intra ſex menſes Pontifici nominet, quem dignum putaret doctorem vel licentiatum in theologia vel jure: elapſis ſex menſibus trimeſtres adhuc regi ſint induciæ, quibus expletis ad Pontificem devolvatur proviſio, exceptis vacantibus in curia, quæ ſolus Pontifex confe-

rat. Quoad abbatias, & prioratus conventuales vere electivos ea ratio statuitur: Quod si rex ad abbatias aut ad prioratus nominet sæcularem, vel alterius ordinis regularem, aut minime idoneum, post sex menses tres habet alios, quibus absumtis jus ad solum devolvetur Pontificem. Alia, quæ non sunt hujus loci, in concordatis sunt pacta. Dici vero non potest, quam acerbe hæc in Gallijs sint accepta. Acta ob hanc rem in curia parlamenti m. Majo an. MDXVII. super publicatione concordatorum referuntur apud *Ed.* RICHERIUM (*a*); dum primum regem adeunt, suppliciter ab eo contendentes, ne illius modi concordatis ecclesiæ Gallicanæ libertatem excindi, regnumque universum opibus, & pecuniis propter annatas, quas roborabant, funditus vacuari patereretur. In plenis etiam conventibus concorditer statutum, Patres nec posse nec unquam debere decernere, ut concordata publicarentur, & in acta referrentur, sed multo magis ut sanctio pragmatica accuratius quam antea, si fieri posset, servaretur, ac dies Parisiensi academiæ & reliquis Galliarum scholis audiendis diceretur: utque de abdicatione pragmaticæ provocaretur ad concilium: quod etiam so-

(*a*) *Hist. Conc. gen. T. III. P. II. c. 4.*

ſolemniter factum, provocatumque (*a*) *Ad Papam melius conſultum, & futurum concilium generale legitime congregandum, & ad illum, vel ad illos, ad quem, ſeu ad quos, petendo apoſtolos inſtanter, inſtantius, inſtantiſſime.* Ab academia etiam Pariſienſi ſequenti anno MDXVII. emanavit ſolemnis appellatio pro ſacrarum electionum, & juris communis defenſione adverſus concordata Bononienſia. Sed vanæ fuerunt omnes molitiones iſtæ ac conatus. Narrat *Ed.* RICHERIUS, ſed ex fama tantum, FRANCISCUM regem, cum eſſet morti affinis, infortuniorum ſuorum, atque odii, quo præſertim apud ordinem eccleſiaſticum flagrabat, ſibi conſcium, HENRICO (*b*) filio regni hærede accerſito lacrymando præcepiſſe, ut ſacras electiones eccleſiæ ademtas bona fide reſtitueret. GENEBRARDUS etiam in chronico graves movet querimonias contra concordata, atque labem eccleſiæ Gallicanæ per ea aſperſam. *Hinc*, inquit, *tota Galliæ pernicies: in ea enim omnis generis hæreſeon, ſimoniarum, commendarum, fiduciarum, atque aliarum nundinationum ſeminarium uberrimum: ſcientiarum quoque, virtutis, pietatisque exterminatio, & horrenda confuſio Babylonica.* Sed his ma-

a.

b.

(*a*) L. c. p. 42.
(*b*) L. c. p. 54.

Iis majorem in partem obventum regum vigilantia præfertim Ludovici M.

Germaniæ consilium aliquando fuit de adoptanda sanctione pragmatica.

XV. Fuit aliquando Germanis consilium pragmaticam sanctionem suos etiam in usus, & observantiam convertendi, ut ſtatus imperii declararunt in gravaminibus, cum remediis, & aviſamentis ad cæſaream majeſtatem Maximilianum I. an. 1510. Inter *aviſamenta* enim, cum primum de obſervandis concordatis ſit, alterum hoc conſilium complectitur: (a)

a. *Poſſet etiam cæſarea majeſtas per litteras aut oratores facile in regno Franciæ experiri, quomodo illic beneficia conferantur, & quam auctoritatem in conferendis beneficiis habeat ſummus Pontifex. Secundum hoc poſſet moderamen fieri in imperio Romano, & frenum inexplebilis avaritiæ curtiſamorum adhiberi. Si præclaræ univerſitates, præcipue facultas theologica Pariſienſis, approbarit modum illum, qui de diſponendis, & conferendis beneficiis in Francia ſervatur, nemo dubitet cæſaream majeſtatem, & principes Germanos, ſi ſe iſto modo conformaverint, apud DEUM tutos fore, & excuſatos. Præſumendum enim eſt, quod tanti prælati, tanti doctores, tam probati viri, qui in regno Franciæ, ac in ſtudio Pariſienſi vivunt, nihil approbent, quod contra DEUM, aut juſti-*

(a) Apud *Frid.* Georgii Gravamin Imp. totiusque nationis Germ. L. I. c. 7. p. 290.

juſtitiam committeretur. Nemini mirum videri debet, cur ſtatus imperii, cum in primo *aviſamento* faſſi eſſent, ſicut regnum Franciæ pragmaticam ſanctionem habeat, cui in conferendis beneficiis innititur, ſic imperium Romanum habere concordata: licet agnoſcant raro ea hactenus per ſummos Pontifices eſſe violata, facile etiam fore violationibus omnibus obſiſtere: cur inquam, his nihil obſtantibus, ad mutanda concordata deferendaque, ac ſanctionem pragmaticam adoptandam animum admoverint: cum tamen diu ante conſilium hoc non inierint, quando 1479. (*a*) ingens copia querelarum a clero nationis Germanicæ contra gravamina, & infractiones concordatorum propoſitæ ſunt nomine totius cleri Moguntinenſis, Colonienſis, & Trevirenſis diœceſis, ad Romanam curiam deferendæ. Nimirum eo tempore in Galliis ſub LUDOVICO XI. pragmatica ſanctio conciderat: poſtea autem cum in Galliis novas vires, & robur nanciſceretur, de illa adoptanda cogitarunt Germani, utpote quæ, cum primum ederetur ex ſanctionibus concilii Baſileenſis, ad mentem Germanorum erat, atque etiam publicata alicubi proſtat ſub nomine ALBERTI II. imperatoris Auguſti & CAROLI VII. regis

(*a*) L. I. c. 6. p. 254.

regis Francorum. MAXIMILIANUS ad petitionem ordinum imperii paulo ante relatam rem communicandam duxit cum *Jacobo* WIMPHELINGIO Seleſtadienſi, tunc percelebri Argentorati Theol. Profeſſore. Igitur litteris ad eum datis petiit, ut ex pragmatica ſanctione extraheret, & annotaret, quæ ad Germaniæ commodum conducerent: quod & præſtitit WIMPHELINGIUS, atque ad cæſarem miſit additiones, ut vocat, ad pragmaticam, quæ apud GOLDASTUM Germanice in *Reichs-Satzungen* 228. apud FREHERUM *T. II. p.* 379. ac noviſſime apud *Frider.* GEORGII in collectione gravaminum Germ. *L. I. c.* 7. legi poſſunt.

Sed etiam concordatis initis ſibi conſuluerunt.

XVI. Sed effectu hæc funt deſtituta, Germanis poſtea ad mitiora conſilia adductis, eum in ipſa Gallia pragmatica abrogaretur. Itaque apud concordata res manſit, hodieque ſtat apud Germanos. Poſt diuturnas conflictationes circa inveſtituras, cum illis tandem imperatores ſe abdicarent, atque ea abdicatione ſe ſancte continerent, præſertim Auſtriacæ proſapiæ imperatores, quorum primus RUDOLPHUS poſt OTTONEM IV. & FRIDERICUM II. juri regalium omnino renunciavit, electionum obtinuit plena libertas, a Pontificibus potius, quam imperatoribus turbata. Qua de cauſa tempore concilii

cilii Basileensis omnia plena erant querelarum in Germania contra præservationes, exspectativasque pontificias: & quando de concordatis pacificendis agebatur inter pontificios, & imperatorios legatos, Germani standum primum existimarunt decretis Basileensibus, legati pontificii ea penitus posthabenda volebant. Tandem agente potissimum Æneæ Sylvio ad mediam viam, & rationem itum. Rem ipse nobis enarrat Æneas Sylvius: *Prater decreta ista*, scribit, *Basileensis concilii inter sedem apostolicam, & nationem vestram diffidium vapit; cum vos illa prorsus tenenda diceretis, apostolica vero sedes omnia rejiceret. Itaque fuit denique compositio, in qua nos imperatorio nomine interfuimus. Ea vertam legem dedit deinde inviolabiliter observandam, per quam aliqua ex decretis concilii prædicti recepta videntur, aliqua rejecta.* Feliciter cessit hæc compositio, ac temperamentum concilii Basileensis intercedente legitima Romanæ sedis auctoritate factum. Cum pragmatica sanctio idem temperamentum propositum habens, nec ipsis Patribus Basileensibus probata fuerit, & a summa sede usque ad extium exagitata. Id quod tam bene cessit Germaniæ, dum annatis reservationibus, aliisque exactionibus Romanæ sedis mo-

modus eſt poſitus, electiones vero canonicæ in metropolitanis, & cathedralibus eccleſiis, nec non monaſteriis ſtabilitæ. Addita quidem erat clauſula: *Niſi ex rationabili & evidenti cauſa, ac de conſilio Cardinalium de digniori & ultiliori perſona Papa duxerit providendum.* Sed non habet quod de Pontifice hic conqueratur Germania, cum hactenus ſervarit, quod jam tunc CALISTUS III. promiſerat, ea poteſtate non uti, niſi ex magna & urgentiſſima cauſa. Nec etiam Germania multum gravatur beneficiis vacantibus in curia. Reſervationes ordinariæ reſtrictæ ſunt ad majores poſt pontificalem dignitates in eccleſiis cathedralibus, & principales in collegiatis. Quoad menſes autem papales & annatas conditio adjecta eſt: *Niſi in futuro concilio de conſenſu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum.* Qui animo ſecum revolvet maximas turbas, & bella, quæ hæc materia beneficiorum, ac dignitatum in Germania excitarit, gratulabitur Germanicæ libertati, liberalitate, & pietate Auſtriaca obtentæ. Cum antea imperatores in electionibus ſua privata commoda ſectarentur, Pontificibus ſeſe opponentibus, poſtea imperatores Auſtriaci non ſolum libertatem eccleſiæ Germanicæ ſervarunt, verum etiam contra uſurpationes defenderunt.

Uti-

Digitized by Google

Utinam gloriam hanc pietate & religione partam invictiſſima Auſtria augeat magis, quam minuat? Quæ quanta ſit, referam hic verbis auctoris a ſtudio partium plane alieni *Ludovici* THOMASINI. *Illud*, inquit (*a*), *arcanæ Numinis providentiæ non poſſumus non magnopere mirari conſilium, quod cum in Germania electiones & audacius fuerint, & diutius oppugnatæ: ea ipſa nunc ſit earum retinentiſſima, & una propemodum chriſtiani orbis provincia, in qua adhuc vigeant. Nec illud forſan minus ſtupendum, quod, ut prius Rom. Pontifices invictiſſima conſtantia fregerunt contumaciam principum Germanorum electiones impugnantium, ita poſt Germani principes ſtrenue certarint, ut concordata ſibi ſua ad tuendas electiones concederentur a Pontificibus adverſus pontificias maxime reſervationes.* a.

CAP. V.

(*a*) De Benef. P. II. L. II. c. 38. n. 10.

CAPUT V.

DE EXEMPTIONE CLERICORUM A JUDICIO SÆCULARI, EORUMQUE IMMUNITATE TAM PERSONALI, QUAM REALI.

I.

Immunitas ecclesiastica semper hostes fuit nacta.

Quodi ipse ad sacra accessus tantopere difficultatibus, invasionibusque est obsepturs, ac expositus, mirum nemini videbitur, si deinceps per vitam conflictandum sit clericis cum honoris sui, nominis, ac bonorum procis ob multiplicis generis immunitates, quibus tam personæ, quam res clericorum gaudent, ne quantum lubido fert multorum irreligiosorum hominum, possint grassari, debacharique. Postquam ecclesia statu persecutionum emersit, certatim pii principes ad eam ampliandam incubuerunt, præsertim clericorum dignitati prospiciendo. Semper tamen alii etiam fuerunt, qui eidem detraherent, atque laederent, quove magis immunitates hæ respiendescerent, eo plures æmulos, acriores invidiæ stimulos excitabant, varia semper fata ex-

expertæ. Jam olim HINCMARUS Remenſis hoc in argumento tractatum elucubravit, complexus copioſam in hanc rem congeriem legum imperialium, canonum ſynodalium, & decretorum pontificiorum, ſacrarum ſcripturæ legum.

II. Quid ſi hodie reviviſceret, atque hoc momento inter ſuos degeret, cerneretque collegis ſuis tantam concitari ob immunitates ſuas invidiam, tot libros in vulgus ſpargi, adque regem ipſum deſtinari? Sunt mihi præ manibus complures id genus libellorum famoſorum, nunc primum in malam lucem prodeuntium: inter alios unum ſpiſſius volumen non hujus tantum ſæculi, ſed præcedentium magno numero factorum traditionem refert (*a*). Sic illi Chriſtum, Chriſtosque domini a PILATO ad HERODEM judicandos trahunt. De aliis hujus farinæ ſcriptis in præſentiarum nihil commemorem, quæ tam in ea cauſa, quæ modo tribunal inter ſacrum, & pro-

Hoc cum primis poſteriore ævo.

(*a*)

(*a*) Tradition de faits (ita inſcriptio habet) qui manifeſtent le ſyſteme d'independence, que les Eveques ont opposé dans les differens ſiècles aux principes invariables de la juſtice ſouveraine du Roi ſur tous ſes ſujets indiſtinctement; & la neceſſité de laiſſer agir les juges ſeculiers contre leurs entrepriſes pour maintenir l'obſervation des loix, & la tranquillité publique.

Digitized by Google

fanum in Galliis fervet, quam in aliis certatim prodierunt, atque sub specioso etiam libertatum ecclesiæ Gallicanæ nomine ipsam libertatem, immunitatemque ecclesiasticam affligunt. Nec conatus ac censura cleri Gallicani superiore jam sæculo proficere satis potuit, dum magna collectio ejusmodi ederetur. Pluribus tomis in Gallia edita sunt scripta pro & contra immunitates. In illis, quodam etiam loco, acerbæ Gallicanæ ecclesiæ summorum præsulum leguntur querimoniæ ad Card. TENCIN perscriptæ *T. VII. p.* 168. adversus injuriosos irreligiososque libellos in statum ecclesiasticum, quibus repletur orbis. Certe ubique gentium hostes immunitatis ecclesiasticæ prodeunt, in Germania nostra præsertim, ubi major inter status imperii est facerdotii potentia. Auctor principiorum], E. paucis verbis stimulos ingentes usurpationibus invidorum addidit, potestati principum circa politiam ecclesiasticam terminos præfitutos infringendi libertatem tribuens, nihil obstantibus pactis, legibus, ac jure jam obtinente. *Maxime*, inquit (*a*), *cum, quæ ex majestate queunt derivari jura, atque officia veluti servandi in ecclesiis suorum statuum tranquillitatem, extirpandi hæreses, abo-*

a.

(*a*) Princ. J. P. E. c. VII. n. 10.

Digitized by Google

abolendi schismata &c. nulla tollantur præscriptione ; ne dicam, materiam exemptionis, & immunitatis ecclesiasticæ nondum esse quoad omnia inter principes & clerum compositam, nec potestati laicali præcisum hactenus limitem assignatum. Paulo hæc distant a *grandi illo verbo* Jo. Barclaji, clericos per totum orbem, quocunque ordine vel gradu sint, non esse adhuc ullo modo exemptos, & liberatos a potestate temporali principum sæcularium, in quorum regnis & regionibus vitam degunt: sed perinde, ac cæteri cives, iis subjectos esse in omnibus, quæ ad politiam, & temporalem administrationem & jurisdictionem pertinent, inque eos jus vitæ ac necis sicut in cæteros subditos ad hujusmodi principes pertinere. Hoc *grande verbum*, sententia Bellarmini (a), nihil est aliud, nisi grandis temeritas, & intolerabilis error hominis, qui, ut regibus aduletur, non veretur opponere se veritati, & scriptoribus omnibus theologis & canonistis. Utinam citatus auctor Principiorum J. P. E. Catholicorum ad statum Germaniæ accommodat. Ad hos potius fontes respexisset, quam ad protestanticos scriptores, qui sacra & profana omnia confundunt jura, ecclesiamque omni sua legitima potestate

(a) Contra Barcl. c. 35.

re spoliatom principibus, ac magistratibus subjiciunt. Non levis est suspicio, auctorem hunc in hunc finem statim in ipsa libelli inscriptione *Juris publici ecclesiastici* nomen adhibere, & ad statum Germaniæ accommodatum voluisse: juxta publicas nimirum leges, pacis præsertim Westphalicæ, ubi in terris Protestantium jurisdictio ecclesiastica est suspensa, aliaque principi attribuuntur, quidni ea etiam quæ versantur circa immunitates clericorum. At nihil opus est hic monere, illa ad solos Protestantes pertinere, cum principiis autem catholicis ejusmodi Principia juris publici ecclesiastici minime consistere.

Immunitas ista, an sit juris divini?

III. Non me hic ingeram quæstioni operosæ, sitne immunitas ecclesiastica divini vel positivi juris: diversimode enim considerari posset, tum quoad diversas partes hujus immunitatis, quam etiam quoad ipsam disciplinam, quæ varias exceptiones, & limitationes fert, tulitque. Eas anxie distinctas reperies apud *Steph.* AUFRERIUM in repetitione CAPIT. I. *Ut Clericorum. De officio Ordinarii*, in qua agit de Pontificis & Imperatoris potestate, & clericorum correctione. Item de jurisdictione sæculari super personis ecclesiasticis, & rebus earum, & vice versa de Jurisdictione ecclesiæ super laicis, co-

eorumque bonis. Itemque tractatu de Recuſationibus Judicum : cave tamen, ut eum tibi in omnibus ſequendum putes. Mox prima quæſtione primi tractatus de præſenti materia tractat, ſibique diſtinguendum putat inter duplex privilegium ſcilicet fori & perſonæ. *Idcirco*, ſciſcit (*a*), *dicendum videtur, quod privilegium immunitatis, quoad perſonam clericorum, eſt de jure poſitivo quo ad c. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. *ſed privilegium immunitatis quoad rerum exemptionem, ut clerici ſint de foro judicis eccleſiaſtici, eſt de jure divino, & a DEO emanavit, & id bene videtur probari ex his quæ leguntur Gen.* 47. *& Eſdræ* 8. *idque ratio naturalis ſuadet.* Tum relata in eandem ſententiam aliorum adſtipulatione, addit : *Sed adhuc præſuppoſito citra præjudicium veritatis, quod de jure divino clerici non eſſent exempti, in hoc tamen bene videtur omnes convenire, quod clerici per Papam potuerunt eximi étiam ſine conſenſu imperatoris.* Quod etiam a BELLARMINO notatur contra BARCLAJUM. Ita vero inter alios rationem etiam iniit COVARRUVIAS inſignis inter Hiſpanos canonici juris doctor: & quamvis immunitatem fori clericalem non vindicet juri divino, niſi ad res ſpirituales & eccleſiaſticas, congruam ta-

(*a*) Repet. CLEM. I. de offic. ord.

men judicat tam naturali, quam divino juri, & jure positivo recte ac necessario omnino constituram, tum derivari ex sacris litteris, & conciliis, & Patribus &c.

8. *Ergo*, inquit (*a*), *utile quidem est, & denique necessarium ad liberius & rectius ministrandum ecclesiis, quod clerici & eorum res sint a sæcularibus judicibus immunes: præsertim quod hæc immunitas maximam originem ducat a divinis veteris testamenti constitutionibus, a sanctorum Patrum testimoniis, publicis imperatorum concessionibus; ut tandem totus orbis christianus in hanc exemptionem propter utilitatem publicam consenserit, eaque propter summorum Pontificum auctoritatem, hunc tacitum & expressum quandoque consensum habuerit.* Quæ sane rationi valde consentanea sunt quoad ea, quæ pro exemtione ex statu antiquo ante Christum tam apud Judæos, quam alibi gentium (veluti ipsa scriptura de Ægyptiis & Persis perhibet) habentur.

Præsertim in lege evangelica.

IV. Recte ALEXANDER III. hinc arguit (*b*): non decere ecclesiam DEI minus liberam esse tempore principum christianorum, quam fuerit tempore Pharaonis. Idem de præstantia ordinis ecclesiastici præ Levitico dici potest, vel ipso PAULO Hebr. VII. judice, tum totius

(*a*) COVAR. quæst. pract. T. II. c. 31.
(*b*) Cap. Non minus *de immunitat.*

tius chriſtiani orbis conſenſu, ac rei natura id prodente: *Cum hic & ordo clarior levitarum*, ut loquitur S. LEO (*a*), *& dignitas amplior ſeniorum, & ſacratior unctio ſacerdotum.* Qui immunitatem juri divino adſcribunt, invictius illam ex novo teſtamento probare ſtudent, præſertim ex Matth. XVII. *Quod autem*, ſunt verba BELLARMINI contra BARCLAJUM, *Chriſtus non liberaverit nominatim & expreſſe Petrum & apoſtolos ab obligatione qua tenebantur ethnicis principibus, videtur omnino evangelio repugnare: ſiquidem Chriſtus Matth.* 17. *ſolvit didrachma pro ſe, & Petro ob ſcandalum vitandum: nam alioquin neque ſe, nec Petrum ad id vectigal ſolvendum obligatos fuiſſe demonſtravit illis verbis: Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel cenſum, a ſuis filiis, an ab alienis? Et reſpondente Petro, ab alienis, dixit illi JESUS: Ergo liberi ſunt filii: quibus verbis declaravit ſe, quod filius eſſet regis omnium regum, immunem eſſe ab omni tributo & cenſu, & quoniam cum filius regis immunis eſt, ipſa quoque ejus familia cenſetur immunis, ideo Petrus & apoſtoli, qui ad familiam Chriſti ipſius beneficio pertinebant, immunes quoque eſſe debebant.* Quod ſi hæc ratiocinatio rem conficeret, plurimum probaret etiam quoad immu-

(*a*) Serm. 8. de Paſſ.

nitatem ab ipſis ethnicis principibus, quod primum nec ipſe BELLARMINUS agnovit, ſed poſtea mutavit ſententiam. Apud quem variis in locis hoc, aliaque argumenta copioſe ac ſolide tractata reperies. Quod evangelicum illud ſpectat, dudum ab aliis eſt adhibitum: in celebri jam illo conventu præſulum & procerum Pariſiis ſub *Philippo* VALESIO an. 1329. clerus inde multo plus ſe obſtringi aſſeruit, ne in præſentiarum juri ſuo cederent, quam olim Chriſtus. *Quia*, ajunt, *tempore Chriſti fuiſſet ſcandalum puſillorum ex ignorantia, & non ex malitia: & nunc eſſet ſcandalum Phariſæorum, qui peccant ex malitia: ideo tunc fuit ſolvendum propter*
a. *ſcandalum vitandum, ſed modo non.* (*a*) Certe theſin quod ſpectat, clerus Gallicanus primum an. 1750. declaravit, ſe adhuc eadem eſſe perſuaſione, immunitatem etiam circa bona eccleſiaſtica eſſe juris divini ſecundum auctoritatem, quam J. Ch. conſtituit ad conducendos reges & populos in via ſalutis, tam veteris, quam novi teſtamenti, traditionis, definitionisque plurimum conciliorum etiam
b. œcumenicorum. Hoc *Jac.* ALMAIN (*b*), aliique reſtringunt ad ea bona, quæ eis com-

(*a*) Remonſtrance de l'aſſemblée du cherge de 1750. au Roi, ſcriptisque ad ejus defenſionem exaratis.

(*b*) De ſuprema poteſt. eccl. & laica. c. 8.

Digitized by Google

competunt jure divino, e. g. decimæ; non quantum ad præcia, & res immobiles. Quoad personas vero, in quo est difficultas, probabilius tenet etiam jure divino eos esse exemtos.

V. Quodsi in animum revocemus, quanto studio, & contentione humillimi aliunde, & sanctissimi ecclesiæ præsules pro hac immunitate invicto & infracto animo pugnarint, usque ad effusionem etiam sanguinis, quanta ea res sit, judicabimus. Præsertim si nobiscum reputemus, pro martyribus etiam ab ecclesia coli eos, qui pro illius defensione mortem oppetierint, quali honore afficiuntur, qui pro capitalibus tantum rei christianæ dogmatibus & momentis id periculum subeunt. Et tamen publicæ venerationi fidelium ceu martyrem observandum proposuit ecclesia S. THOMAM, qui pro tuitione immunitatis ecclesiasticæ supplicium est passus. Nec dubitarunt præsules collationis illius sub *Philippo* VALESIO, cujus paulo ante meminimus, exemplo sanctissimi pastoris THOMÆ pro ovibus suis animam ponentis, simili potius offerre se sorti, quam quidquam hic remittere. IVO *Carnotensis* canonum peritissimus, omniumque canonum peritorum antesignanus & patronus, canonicis Bellovacensibus [illegible] canonici cau-

Quam pro hac immunitate victæ decertarit ecclesia.

ſam, eamque criminalem idem conſulit.

a. *Si*, inquit (*a*), *ſciremus vos eſſe paratos, ut cum gladio tollerare poſſetis ruinas domorum, exterminationes corporum, rapinas bonorum veſtrorum, poſſumus vos exhortari, ut ſequeremini conſilium Suſannæ, quæ magis elegit in manus hominum incidere, quam DEI legem derelinquere.*

Quamque firmiter roborarit contra infractores.

VI. Ergo tuitionem immunitàtis pro lege divina habuit Ivo. Et certe ſi hoc non evincunt, quæ ex utriusque teſtamenti paginis proferuntur, momenta, ad quæſtionem facti æque ac juris pertinentia, tot canones eccleſiæ in omnibus fere conciliis tam œcumenicis, quam aliis cujuscunque generis, robur invictum habent. Quibus adeo dira anathematum fulmina tam contra illegitimos uſurpatores, quam ignavos, ſuique officii oblitos juris deſertores vibrata: in quibus recenſendis infinitum ac inutilem laborem ſumerem in collectionibus canonum & decretalium, atque a theologis & canoniſtis toties jam, præſertim a BELLARMINO, compluribus in locis ſatis præoccupatum. Ut adeo non ceu privilegium res hæc conſiderari queat, quo quis uti queat, aut non. Cum non ſit beneficium, ut INNOCENTIUS III. reſcribit ad archiepiſc. Piſanum, hoc perſonale, cui renunciari

(*a*) Ivo Epiſt. 162.

ciari valeat, ſed potius toti collegio eccleſiaſtico ſit publice indultum, cui privatorum pacto derogari non poteſt. Qua de cauſa Ivo in dicta canonicorum Bellovacenſium cauſa illis ob oculos ponit rei gravitatem, dum utrinque offendiculum occurrat. *Oportet*, inquit (*a*), *ut aut legem offendatis, aut regem.* Et certe bruta fulmina eccleſiæ non ſunt tot conciliorum, nec leve piaculum contra tot decreta. Ne quid de quotannis fieri ſolita Romæ fulminatione dicam in celebri bulla in cœna Domini, ubi immunitatum eccleſiaſticarum infractores quicunque fulminibus Vaticanis percelluntur. Ut enim de receptione hujus bullæ apud varios extra Italiam nationes ſileam, cenſuræ & anathemata toties jam ab eccleſia etiam in generalibus conciliis congregata, hic majori vi & terrore repetita tantum, nihil valeant? Nihil terreant chriſtianum pectus? Idque in Germania noſtra, ubi non æque bullæ cœnæ reſiſtitur ac in Gallia, equidem contra vota cleri non ſemel ejus promulgationem urgentis. Quodſi tamen, nondum facta ejus promulgatione, vim habere non ſupponatur ſuapte, habet ſaltem hic, quatenus ſtatutis conciliorum Germanicorum conſpirat, præſertim capitalium urbium imperii

(*a*) Epiſt. 162.

perii Colonienſis & Moguntinæ, tum etiam Salisburgenſis, ubi præterea fraudi obvenitur laicorum in jus vocantium res, non perſonas, atque utrumque æque damnatur, ut in bulla cœnæ. *Allegantes*, ſic habet concilium Salisb. 1420. *quod non contra clericos, ſed ipſorum bona duntaxat jus dicant & procedant; non attendentes quod clerici, & clericorum bona eodem gaudent privilegio, & nulla ſit eis de rebus & perſonis eccleſiarum attributa judicandi facultas.* In Germania vero noſtra & Imperio eo fortius & conſtantius ſunt proſequenda, quo majore gaudent libertate, ac privilegiis ſtatus imperii immediati.

Cauſæ & judicia eccleſiaſtica quæcunque immunia a poteſtate ſæculari.

VII. Licet vero alibi epiſcopi, ac clerus in ditionibus principum ac regum verſentur, tamen, quod illorum perſonas & cauſas attinet, judicio ſæculari non ſubjacent: quin in ipſis etiam temporaneis cauſis principes pii epiſcopalem audientiam firmarunt, *ut etiam hi*, utor S. Leonis verbis (*a*), *quos ſub imperiali nomine terris divina potentia præeſſe præcepit, diſtinguendorum negotiorum epiſcopis ſanctis juxta divalia inſtituta permiſerant:* ita ut nulli licuerit judicio epiſcoporum appellare, prout pluribus imperatorum reſcriptis conſtat: ſic enim Arcadius, Ho-

a.

NO-

(*a*) Epiſt. 96.

NORIUS, & THEODOSIUS imperatores ſciſcunt (*a*) : *Epiſcopale judicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri a ſacerdotibus elegerint* : & JUSTINIANUS *contra horum*, inquit, agens de Patriarchis, *antiſtitum ſententiam non eſſe locum appellationi a majoribus noſtris conſtitutum eſt.* Idem JUSTINIANUS agnoſcit & declarat, clericorum cauſas non ad alios, quam eccleſiaſticos judices pertinere. S. GREGORIUS M. (*b*) JUSTINIANUM citans, *De perſona*, inquit, *presbyteri, hoc attendendum eſt, quia, ſi quam cauſam habuit, non ab alio teneri, ſed epiſcopus ipſius adiri debuit, ſicut novella conſtitutio manifeſtat.* S. AMBROSIUS (*c*) ejusmodi etiam legem affert ex reſcripto imperatorio: *In cauſa fidei, aut eccleſiaſtici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar ſit, nec jure diſſimilis. Hæc enim*, pergit, *verba ſunt reſcripti, hoc eſt, ſacerdotes de ſacerdotibus voluit judicare.* Sed nullus in hac re religioſior fuit CONSTANTINO, qui, cum ad ipſum cauſæ epiſcoporum deferrentur, aut oblatos libellos reſcidit, ut fecit in Nicæno concilio, aut judices eccleſiaſticos delegavit, ut in Donatiſtarum cauſa, quibus pri-

a.

b.

c.

(*a*) L. I. cod. de ſent. præt. l. à Proconſule C. Th. de appellat. l. ſancimus cod. de epiſcopali aud.

(*b*) L. II. Ep. 54. apud GRAT.

(*c*) L. V. Ep. 35.

primo judices dedit MELCHIADEM cum episcopis Italis & Gallicanis : sed cum non acquiescerent, *non ausus est tamen cognitionem suscipere, ut de judicio episcoporum, qui Romæ sederant*, ut inquit S. AUGUSTINUS (*a*), *ipse judicaret.* Equidem postea importunitate ipsorum victus recognovit causam, *eisque*, ut ibidem inquit S. Patet, *cessit, ut de ipsa causa post episcopos judicaret, a sanctis antistibus postea veniam petiturus; dum tamen illi, quod ulterius dicerent, non haberent.* Idem tamen AUGUSTINUS eadem epistola habet, nec suo rem confeciſſe judicio imperatorem, sed dediſſe eis Arelatense concilium : a quo cum ad ipsum denuo provocarent, appellationem ut frivolam rejecerit. Quodsi principes eadem forma & prudentia uterentur inadmittendis appellationibus *ab abusu* nihil adeo mali timendum ab illis esset ecclesiæ : sed quis nescit, quam facile extra rhombum ferantur hominum studia, & potestatis dilatandæ ostentatio.

Immunitas ecclesiastica etiam in profanis quatenus justa.

VIII. Id vero antiquis moribus & observantia est inauditum, ut, dum aut suscipiendum, aut restaurandum ecclesiasticæ causæ judicium, id aliis committeretur quam ecclesiasticis arbitris, aliique designarentur judices, quam huic mune-

(*a*) Ep. 162.

muneri pares, ſecus ac nunc in Gallia accidit in noviſſima cleri cum parlamento lite: merito obnitente clero, atque contra incompetentes judices excipiente; niſi ex meris viris eccleſiaſticis conſtitueretur, proteſtati, nunquam ſe judicatis ſummiſſuros. Quod eo majore jure faciunt in cauſa mere eccleſiaſtica & ſpirituali, cum immunitas eccleſiaſtica clericos etiam in politicis cauſis, quatenus illis implicari poſſunt ut membra reipublicæ, a judicio ſæculari eximat. Scio hic multos non ſolum Proteſtantes, omne jus circa ſacra principi attribuere, clerumque penitus in ordinem redigere, ſed etiam noſtrates indignari, quaſi hoc modo reipublicæ perturbatio ſequeretur, ſi ſint inter cives, qui ſe legibus reipublicæ ſolutos exiſtiment. Proteſtantes hic abſurdum ſtatus intra ſtatum cum ſuo PUFFENDORFFIO, maxime ingeminant. Pragmatici cum ſuo BARCLAJO ex æquo eſſe judicant, cuique ſuum tribuere, ut principes temporales ſubjecti eſſe debeant epiſcopis quoad ſpiritualia, & contra epiſcopi principibus quoad temporalia. Quis neget ad æqualitatem hanc partitionem eſſe factam, ad conciliandam ſacerdotium inter & imperium concordiam, conſervandamque reipublicæ unitæ ac coaleſcentis ex ſtatu eccleſiaſti-

co & civili ? Nec ipſe *Franciſcus* ROMULUS hic refragatur ; dummodo integra ſit cleri immunitas : id eſt, non trahantur clerici ad forum ſæculare, nec talis ſubjectio ultra ſtringatur, quam ſatis eſt ad obſervandas leges politicas , & non perturbandum ordinem politicum a regibus conſtitutum. Ita ex mente *Franc.* ROMULI ſuiipſius optimus verborum interpres loquitur BELLARMINUS (*a*). *Sed hinc*, addit, *non ſequitur poſſe cogi epiſcopum a rege ad obediendum, vel puniri, ſi non obediat, cum rex nullam habeat in epiſcopos, vel clericos poteſtatem, quod apertiſſime legitur in concilio Conſtantienſi Seſſ.* 31. Hæc jam bilem movent. Nec me latet, quæ fata habuerint BELLARMINI contra BARCLAJUM ſcripta: quare potius ad ea , quæ idem alibi docet, provocamus. *Non ſunt*, inquit (*b*), *exempti clerici ullo modo ab obligatione legum civilium, quæ non repugnant ſacris canonibus, vel officio clericali.* His nec ſibi contrariatur BELLARMINUS, nec immunitatem lædit eccleſiaſticam , quæ non ad licentiam, ſed ad reverentiam cleri pertinet.

a.

b.

Non ad licentiam contra leges civiles, ſed

IX. Memores ſunt Eccleſiaſtici illius apoſtoli PETRI (*c*): *Subditi igitur eſtote omni*

(*a*) Contra BARCLAJUM c. 15.
(*b*) BELLARM. de Clericis c. 28.
(*c*) 1. Pet. II. 13.

Digitized by Google

omni humanæ creaturæ propter DEUM, ſive regi, quaſi præcellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia ſic eſt voluntas DEI. Anne clerici ii ſint, qui voluntati DEI refragentur? Quin, etſi ſtatus ſui dignitas eos ſupra quamvis poteſtatem terrenam evexit, & exemit, DEI tamen voluntas eos multo fortius conſtringit, legibus etiam regum & principum hujus ſæculi ſecundum apoſtoli præceptum. (a) *Omnis anima*, ait, *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas niſi a DEO: quæ autem ſunt, a DEO ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, DEI ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Hæc ſibi etiam dicta eſſe non ambigunt ſummi quique eccleſiæ paſtores, qui cives ac membra reipublicæ alicujus exiſtunt, ubi ſuprema politica eſt poteſtas. *Omnis anima*, inquit S. CHRYSOSTOMUS in hunc locum, *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, etiamſi apoſtolus ſit, ſi evangeliſta, ſi propheta, neque enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio.* Addo, nec immunitatem ſubvertit, dum clerici ut cives, quæ pro ſalute & utilitate reipublicæ ſunt conſtituta, iis parent, atque eo majore promtitudine, & religio-

quatenus dignitati clericali ſit conſultum.

a.

(a) Rom. XIII.

ne obſervant, quo ſublimiori ducuntur ratione, divinæ nimirum voluntatis, ordinationisque: *Cui qui reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Hæc eſt autem voluntas DEI & ordinatio, ut omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: *Sive ſit ſacerdos*, commentatur in laudatum PAULI ad Rom. XIII. locum, *ſive antiſtes, ſive vitam monaſticam profeſſus, iis cedat, quibus mandati ſunt magiſtratus.* Et S. BERNARDUS temporibus & moribus noſtris propinquior ad illuſtrem eccleſiæ præſulem HENRICUM archiepiſcopum Senonenſem, cui tunc ipſa Pariſiorum metropolis ſubjecta erat, Epiſt. 42. ſcribit: *Omnis anima, ergo veſtra: Si quis vos excipit ab univerſitate, ſi quis tentat excipere, tentat decipere.* Igitur certi ſint principes de clericorum promitudine ſuis obſecundandi legibus: teneant obſequium legum ſuarum, ſed leges altiores de immunitate clericorum ne violent. Non ſibi in animum inducant, ſuas illas eſſe, quas poſſint libere infringere, aut mutare. In hoc conſpirant doctores catholici omnes, eam aut juris divini eſſe, aut ea firmitate, conſenſioneque omnium eccleſiaſticorum canonum, cui refragari, ac præjudicare princeps minime valuerit unquam, aut voluerit: quin ut vidimus, ſuis pragmaticis ſanctionibus ſta-

bi-

bilierunt, ut vel hac religione teneantur, ne lædant jura iſta. *Demonſtratum eſt*, utor BELLARMINI contra BARCLAJUM verbis, *ſummos principes potuiſſe, & voluiſſe clericos a ſua poteſtate eximere: tum quia licet ipſi non voluiſſent, aut non potuiſſent, potuit & voluit ſummus Pontifex illos eximere, aut jure divino exemptos declarare: neque poſſunt principes etiam ſupremi hanc exemptionem impedire: atque hæc eſt communis doctorum theologorum & canoniſtarum ſententia, cui hactenus nonniſi hæretici reſtiterunt.* Iſta autem immunitas quoad leges politicas, non in licentia transgrediendi conſiſtit, ſed ne earum gratia apud judices incompetentes judicio indecenti ſubjiciantur, coerceanturque, non ut impunitas impertiatur. Lex divina, ac cenſura eccleſiaſtica clericos longe arctius ad obſervantiam legum quarumcunque obſtringit, quam tribunalium ſæcularium ſtrepitus, a quibus eos dignitas ſtatus ſui exemptos reddit, ne miniſterium ſacrum vileſcat, & legitima eccleſiaſtica poteſtas contemtui ſit, ſi ad tribunal evocetur judicum hujus ſæculi is, qui DEI vice fungitur in terris.

X. Quod ſi hæc firma ſint in temporaneis ac ſæcularibus cauſis, quanto magis in ſacris & eccleſiaſticis ſunt incon- Licet aliquando imperatores cura-

rint cauſas coram competente judice tranſigi.

cuſſe ſervanda, ut ne quid ſibi hic quævis politica uſurpet poteſtas. Niſi quando tanquam cuſtos & patronus canonicorum decretorum & hominum, bona eccleſiæ venia, interpellatus operas ſuas afflictis rebus ac perſonis navet. Qua in re nihil tamen propria auctoritate tanquam judices ſuſceperunt chriſtiani principes obſervantes eccleſiaſtici honoris; ſed aut ſynodale judicium procurarunt, aut conſentaneos judices dederunt. Quod poſtremum non æque uſu tritum fuit, aut probatum, ut prius illud omnium maxime appoſitum tribunal ſynodalis audientiæ. Et tamen hic etiam non ſemel peccatum fuit uſurpatione principum, inconſulto ac temerario epiſcopos ad ſynodos & judicia cogentium, ut vel CONSTANTII exemplo docemur, qui paternum temperamentum hic minime eſt ſecutus. Potuiſſet a patre CONSTANTINO ſapere, a quo ipſo admiſſæ hujusmodi querelæ & interpellationes proſpero ut plurimum ſucceſſu caruerunt, ut cauſæ CÆCILIANI & ATHANASII perſpicuum faciunt, illum Donatiſtarum, hunc Arianorum furore proſequente, auresque imperatoris pii pulſante. Recuſarat primum appellationem Donatiſtarum. Si in propoſito perſtitiſſet, re Romæ ſemel confecta, minus fati-

fatigaſſet eccleſiæ præſules repetitis conventibus & conciliis, quibus tamen haud ceſſerunt unquam pervicaces. Quodſi ad calumnias Euſebianorum contra ATHANASIUM obſurduiſſet, ei propoſito inhærens, quo in concilio Nicæno omnes hujusmodi accuſationes, appellationesque repulit, eccleſiæ, ſibi, & innocentiæ ATHANASII melius conſuluiſſet: qui extrema neceſſitate compulſus, a contumaciſſimis, & litigioſiſſimis, ut loquitur S. AUGUSTINUS, imperatorem interpellavit quidem ipſe, ſed contra iniquos judices, quibus imperator cauſam ſuam delegarat, non ut rei arbitrum, ſed perverſi judicii auctorem: ut potius accuſatio, quam appellatio ad imperatorem dici queat, quatenus retractaret, quod judices imperatoria poteſtate abutentes, nefarie erant machinati; quod tamen inimici ejus ipſi crimini verterunt.

XI. Ipſi vero catholici præſules, ne res pravo exemplo eſſet, imo potius infelices exitus partim præ oculis habentes, partim præſagientes, canonibus malo obviam iverunt, ſeveris pœnis interdicentes, ne quis comitatum peteret, ne ad principem curſitarent epiſcopi, ne ſæcularem judicem pulſarent, primate non permittente, ne clericus ad judicem ſæcularem quemcunque alium clericorum accuſare,

Cautum tamen, ne ipſi eas ad ſua tribunalia evocarent, tam quoad clericorum perſonas.

cuſare, aut ad cauſam dicendam trahere præſumat, ſed cauſæ omnes ad epiſcopum primum deferrentur, etiamſi gravamen contra ipſum epiſcopum, aut eccleſiæ officiales foret, tum, ſi ſuſpectus, ad arbitros, metropolitanum, concilium demum provinciale iret. Infiniti ſunt in hanc rem canones, clericis, & monachis ad eandem obſervantiam obſtrictis ſub gravibus cenſuris & pœnis. Nec ſcimus unquam principes illis interceſſiſſe, aut juri ſuo demtum aliquid cauſatos eſſe, quin iſtis teneri ſe putabant, & ſuis etiam legibus roborabant. Ipſis laicis cohibitio ſevere eſt facta, ne quid in clericos judicii arrogarent, aut aliquid pœnæ ſtringerent, quod in ſynodo Cpolitana ſub PHOTIO tanquam diverſis canonibus, & conſtitutionibus ſtatutum firmatur. *A diverſis canonibus*, ita canon 3. inter alia habet, *& novellis conſtitutionibus didiciſti, quod laici magiſtratus nullam habent in epiſcopos jurisdictionem. Unde etiam laicus, qui quemvis antiſtitem vel verberat, vel conjicit in carcerem, etiamſi ex cauſa longe juſtiſſima, & majorem magiſtratum gerat, punietur; & cauſæ bonitas ac probabilitas ei non proderit. Audiet enim quod ſynodis, iisque ſolis contra epiſcopos permiſſum eſt, & debebat de antiſtite cognitionem ad convenientem ſynodum remittere.*

Cap. Quod omnipotentia sit qua
omnia quæ vult facit, et quod
omnipotentiam ejus nulla quæ
vult facere impotentia sequatur,
nisi nolle omnia. Hilar. pict.
Quod omnipotentia sit qua omnia
quæ vult facit, et quod omnipotentiam
ejus nulla quæ vult facere impotentia
sequatur,

delegationes illæ iterum reſuſcitatæ ſunt, regia, non apoſtolicæ ſedis auctoritate inſtitutæ, contra ac longo ſæculorum tractu congruenter ad immunitatis, libertatisque eccleſiaſticæ leges uſu conſtanti obtinuit.

Tam quoad eorum corpora: ubi de militia clericorum.

XII. Quod alterum ſpectatur in perſona clerici, maxima ſemper libertate fruebatur, corpus intelligo. Quatenus in miniſterio ſacro conſtituti liberrime altari & ſacro miniſterio deſervire valeant, Deoque dicati ab omnibus perſonalibus muneribus exiſtant immunes: quæ nimirum vel cum animi ſollicitudine, vel cum corporis labore ſuſtinentur, aut ſervitutem præſeferunt, præſertim in militia. Quamvis medio ævo huic ſeſe oneri quadantenus ſubjicere neceſſitas fuerit. Jam tempore CAROLI M. in toto pene occidente, ut obſervat *Lud.* THOMASINUS (*a*), clerici & epiſcopi arma induebant, & cum militum ſuorum cuneis regiis exercitibus accedebant. Quem abuſum CAROLUS M. ſedis apoſtolicæ obſecundans monitis, & precibus epiſcoporum ſuorum, abrogavit, ſtatuitque, ut deinceps præter duo aut tres haud eſſent in exercitu epiſcopi cum presbyteris aliquot ad ſpirituales neceſſitates, & ad ſacramentorum adminiſtratio-

a.

(*a*) De Benef. P. III. L. I. c. 4. n. 1.

tionem: quæ certe laudatiſſima, & ſumme neceſſaria clericorum in caſtris eſt præagones. Tum etiam Moysis inſtar preſentia, ubi ſunt tot animarum pericula, & cibus ceu armis potentiſſimis rite juvant, quibus alioquin piaculum eſt arma tractare, & in hoſtes irruere. Clerici, quippe quibus arma tractare negat lex eccleſiæ, bello ſuperant inimicos ſpirituali. Pius etiam erat uſus a CAROLO M. inductus, quo ſacrarum reliquiarum pignora, ceu in caſtris ISRAEL arcam Levitæ, deportarent. Uſuveniebat etiam, ut armatorum turmas in bella ducerent epiſcopi, idque oneris & ſancti præſules, cujusmodi HERIBERTUS, UDALRICUS Auguſtanus ſubibant: a ſanctis etiam principibus duces ejusmodi ſeligebantur, veluti S. HENRICUS imperator exercitum in Italiam triplicem duxit, uni ipſe, alteri archiepiſcopus Trevirenſis, tertio Colonienſis præerat. Cautum tamen, ne contra lenitatem ſacerdotalem ipſi ſanguinem funderent. Etiam ſub CAROLO *Craſſo* parochi cum turma parochianorum ſuorum caſtra ſequi debebant. Nec abbates ab hoc onere liberi erant. Ipſe S. BERNARDUS in conventu Carnotenſi electus eſt dux exercitus ad recuperandam terram ſanctam, ſed prævertit hæc molimina apud EUGENIUM III. In

bellis ejusmodi ſacris minus offendiculi habet, ſi clerici mereant, veluti præſertim in Hiſpania contra Mauros frequenter accidit. Et ipſi ſummi Pontifices licet aliunde infenſi militiæ clericorum, pro eccleſiæ utilitate & immunitate ad arma incitare non abhorrebant. Certe GREGORIUS IX. contra FRIDERICUM II. etiam a clericis militiam poſtulavit. Quin ipſi aliquando in bella proceſſerunt. Sed hæc in exemplum trahenda non ſunt. Et bene onus iſtud poſtea ceſſavit, poſtquam exactiones pecuniarum frequentari cœperunt, aut milites ſine ducibus clericis, ſed conductitiis tribunis & centurionibus in bella proceſſerunt.

Quam quoad res eccleſiaſticas, quæ dicitur immunitas realis.

XIII. Ad immunitatem, quam vocant realem, progrediamur: ea non minus legibus profanis, quam ſacris canonibus ſtabilita eſt, & firmata, quibus res eccleſiaſticæ a cenſu vel collectis poteſtatum ſæcularium liberæ redduntur, atque ſub excommunicationis & interdicti pœna conſtitutum eſt, ne quis eorum, qui jurisdictionem temporalem obtinent, poſſit tributa, collecta, ſeu quascunque exactiones ſub quovis titulo vel colore imponere eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis pro domibus, prædiis, vel quibuscunque poſſeſſionibus legitime acquiſitis, etiamſi ipſæ eccleſiæ, vel perſonæ

vel

vel res ſint intra illorum territorium conſtitutæ : ut habet *Paulus* LANCELLOTUS, qui addit (*a*): *Si tanta tamen ſit in republica neceſſitas, aut utilitas, ut epiſcopus cum clero ſuo, laicorum non ſuppetentibus facultatibus, communes utilitates per ſubſidia eccleſiaſtica ſublevandas ducant, Romano prius conſulto Pontifice, omni penitus ceſſante coactione, poterunt aliquid in commune conferre, & laici humiliter ac devote cum gratiarum actione ſuſcipere.* Vocari ſolent hæ contributiones, præſertim in Gallia, *dona gratuita*, quo nomine jam apud HINCMARUM (*b*) veniunt. Nuperque oſtendit clerus Gallicanus, quam juri huic tenaciter inhæreat, dum a rege viceſimæ bonorum eccleſiaſticorum exigerentur, quas conſtanter renuerunt, tanquam rem a tempore CLODOVEI inauditam, ut bonis eccleſiæ taxationes imponerentur. Multo ſane firmius hactenus clerus Gallicanus his avitis juribus inſiſtit, quam in noſtra Germania aut etiam in Polonia fiat, ubi ſtatus eccleſiaſticus maxime videtur eminere. Et tamen vel inde adhuc ſibi plaudunt, ſi in collectis matriculæ, ut vocant, non ultra ſæculares ſtatus onerentur, dum interim gravis lex amortitationis obtruditur. *Etſi autem*, verbis utor

a.

b.

(*a*) Inſtit. Juris can. L. II. tit. 20.
(*b*) Epiſt. 29.

5. Quod si Flaminicæ filii ex duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ex quibus alter civis Romanus, alter Latinus, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est. Quod si ex civibus Romanis duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est. Quod si ex civibus Romanis duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est. Quod si ex civibus Romanis duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est. Quod si ex civibus Romanis duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est. Quod si ex civibus Romanis duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est. Quod si ex civibus Romanis duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est. Quod si ex civibus Romanis duobus patribus, ut supra dictum est, fuerint, ad civem Romanum pertinebunt, quia deterior conditio peregrini est.

eſt antiquitus pro pace & quiete, qua nos tueri & defenſare debent. Feudorum onera ferunt eccleſiaſtici, quæque beneficiario jure poſſident: ac cum onere fundos recipiunt (quæ antiqua tributa vocari ſolent) niſi onus condonetur, quod identidem eſt factum a piis principibus, quoad ea præſertim onera, quæ cum ſacro ſtatu non ſatis congruere videbantur ac ſordida vocabantur munera. (*a*) *Repellatur ab his exactio munerum ſordidorum, negotiatorum diſpendiis minime obligentur*, ut habet CONSTANTII lex, HONORII item ac THEODOSII (*b*): *Ne prædia uſibus cæleſtium ſecretorum dicata ſordidorum munerum faſce vexentur. Nulla jugatione muniendi itineris conſtringat injuria. Nihil extraordinarium ab hac ſuperindictitiumve flagitetur. Nulla pontium inſtauratio, nulla translationum ſollicitudo gignatur. Non aurum cæteraque talia poſcantur. Poſtremo nihil præter canonicam inlationem, quod adventione neceſſitatis ſarcina repopoſcerit, ejus functionibus adſcribatur.* At quam in multis ab hac pietate recedit recentior politia, quam opus eſt religioſo S. AMBROSII animo (*c*): *Si tributum petit imperator, non negamus. Agri eccleſiæ ſolvunt tributum. Si agros conſiderat imperator, poteſta-*

a. b. c.

(*a*) Cod. THEOD. Lib. XVI. tit. 2. de epiſc. & cler. l. 10. (*b*) L. XL. (*c*) Ep. 32.

teſtatem habet vindicandorum. Nemo noſtrum intervenit. Poteſt pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris invidiam. Tollant eos, ſi libitum eſt imperatori. Non nego eos, ſed non dono. Pari chriſtiani animi moderatione, ſi utuntur eccleſiaſtici, non negant, ſed non donant, feruntque perſæpe immunitates ſuas laceſſiri, ſi bona DEO conſecrata atque ad uſus pios, appetantur, vique abſtrahantur. Dum nihil penſi habent potentes hujus ſæculi, quæ immunitates ſacro ordini competant jure ſuo in ſpiritualium functionum recompenſationem, quo
a. S. THOMAS (*a*) utitur argumento, paſſimque SS. PP. ex vet. & nov. Teſt. Auctoritate jus divinum ſtabiliunt immunitatis eccleſiaſticæ, tot canonibus, tot in conciliis non particularibus tantum, ſed generalibus etiam firmatum ab eo præſertim tempore, quo laceſſiri audacius cœperunt ſacra hæc jura, Later. III., IV. Lugdun. I. Conſtantienſi: ne quid dicam de Sum. Pont. decretalibus GREG. IX. BONIFACII VIII. CLEMENTIS V. BENEDICTI XI. inter extrav. commun. quæque in decreto GRATIANI *diſt. 96. & cauſ. XII. & XVI. quæſt. 7.* paſſim ab auctoribus citata referuntur. Neque hac ſolum eccleſiæ auctoritate tuen-

(*a*) Lib. I. in cap. 18. ad Rom.

Digitized by Google

tuentur ſuam exemptionem res ſacræ, ſed inde primis ſub imperatoribus chriſtianis, efloreſcentis eccleſiæ temporibus pleniſſima immunitate ſunt donatæ. *Clericos*, ſunt CONSTANTINI (*a*) verba Epiſt. ad ANULINUM præfectum Africæ, *ab omnibus omnino publicis functionibus immunes volumus conſervari, ne errore aliquo, aut caſu ſacrilego a cultu ſummæ divinitati debito abſtrahantur.* Spectant hæc perſonales immunitates haud minus ac reales. Ejusdem ad OCTAV. correctorem Lucaniæ & Brittiorum reſcriptum in cod. Theodoſ. *Lib. II. de Epiſc. Eccleſ. & Cleric.* in eandem rem refertur. Eas CONSTANTIUS filius poſtea reſtrinxit: ſed poſtrema vitæ ætate revocavit, ſanctiorem ſecutus mentem. Imperatoribus deinceps cordi ſemper fuit, ut augerentur potius, quam quid diminueretur de exemptionibus cleri: idque imprimis conteſtatus eſt THEODOSIUS: *Quia*, inquiebat (*b*), *temporibus noſtris addi potius reverentiæ cupimus, quam ex his, quæ olim præſtita ſunt, immutari.* Theodoſianus ac Juſtinianeus codices referti ſunt ejusmodi legibus, capitularia item regum Francorum, ac authenticæ aliorum, etiam imperatorum Germanicorum FRI-

a.

b.

DERI-

(*a*) Apud EUSEB. L. X. c. 7.
(*b*) Cod. Theod. L. XVI. T. XII. c. 29. &c.

DERICI II. imprimis, ac CAROLI IV. quorum conſtitutiones confirmavit, declaravitque concilium Conſtantienſe. Id ſtudium Romani non ſolum imperatores, ſed alii etiam deinceps chriſtiani principes æmulati ſunt. Solus CHILDERICUS iis infenſus erat. De eo GREGORIUS (*a*) *Turonenſis* refert: *Cauſas pauperum exoſas habebat, ſacerdotes Domini aſſidue blaſphemabat: nullam rem plus odio habens, quam eccleſias.* Sed poſtea damna non ſolum reſarciverunt alii, verum etiam auxerunt emolumenta, & immunitates clericorum & eccleſiarum, obtinuitque jam tum in Francico, cum aliis regnis plenaria ab oneribus publicis, exactionibusque omnium tam hominum, quam bonorum eccleſiaſticorum exemptio, eccleſiaſticis etiam ſtatutis vigore ſummo ſtabilita, præſertim ne decimæ & oblationes, ac jura ſtolæ, aut fundationum bona in cenſum aliquem venirent, ſeu etiam in jus redirent vel indebito modo exactiones fierent contributionesque, ſi quando iisdem ob ſingulares neceſſitates opus eſſet reipublicæ: *Si reſpublica*, reſponſum eſt in ſimili caſu LUDOVICO Pio, *ſine ſuffragio rerum eccleſiaſticarum ſubſiſtere non valet, quærendus eſt modus & ordo cum ſumma religione,*

(*a*) L. VI. c. 46.

gione, quo id per Pontifices fieri debeat. Et Patres ſynodi (*a*) ad THEODONIS villam ad LUDOVICI filios in ſimili neceſſitate eandem requirunt cautionem: *Unusquisque vir eccleſiaſticus & interceſſionis adjutorium & ſolatii, quo respublica indiget, ſubſidium juxta quantitatem rerum eccleſiæ ſibi commiſſæ, ſalvo jure, quod exinde divinis diſpenſationibus debet impendi, promte & ex animo parare, & integre, ſicut tempore anteceſſorum veſtrorum, ſtudebit offerre.* Invigilandum eſt, ne quid uſurpatione iniqua eccleſiæ decedat: ne, quod pii principes ipſi tantopere eccleſiæ conſervandum exiſtimarunt, jam invadatur: neve ſocordia noſtra amittatur, quod tanto ſtudio antiquitus fuit obtentum. Quotannis Romanus Pontifex in uſurpatores immunitatum eccleſiaſticarum in cœna Domini fulmina tremenda jacit, vigilantiſſimus paſtor ad jura eccleſiæ tutanda, poteſtatem clavium omnem profundens. Qui hæc nihili faciunt, cogitent quid PETRO, & ejus ſucceſſoribus dictum ſit: *Quodcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata in cælo.* Quæ ergo in cœlis ligata manent, an ſibi perſuadeant iſti, quin apud ſe in ſuis terris ligata ſint, per id fieri, non tam quod bulla cœnæ non ſit recepta, quam quod poteſtatem cla- 2.

(*a*) C. IV. an. 844.

vium contemnant ? Hoc tantum abeſt, ut ſuis proteſtationibus, exceptionibusque efficiant, atque in ſe intentam execrationem propulſent, ut potius ob contemtam legitimam eccleſiaſticam poteſtatem arctius ligentur coram tremendo in cœlis judice, pro ligatis habente, quæ ejus in terris ligat vicarius.

CAPUT VI.

QUID JURIS AC CURÆ COMPETAT PRINCIPI IN CONVOCANDIS, CELEBRANDISQUE CONCILIIS, AC EORUM STATUTIS EXEQUENDIS, CUSTODIENDISQUE.

I.

Contra Novatores limites poteſtatis civilis circa concilia ſtatuuntur.

Proximum eſt, ut, quæ in conciliis politicæ poteſtatis ſint partes, breviter illud quidem enucleemus. Ubi ingens ſtatim occurrit controverſia de jure principum circa ſynodos, quod Novatores illis attribuunt. Qua in re mihi grandis ſemper æquivocatio latere viſa eſt, quæ etiam nonnunquam Catholicos deceperit doctores. Videor enim mihi in conciliis eandem varietatem, ut in regimine ipſo eccleſiaſtico, deprehendere, qua non

non ſemper idem apparuerit ordo, tam in illis convocandis, quam etiam peragendis. Aliquando inſignior apparuit principum, ac imperatorum pro re chriſtiana zelus, ut magno fervore, omnique conatu non ſolum ferrentur, ſed etiam epiſcopos accenderent, miſſis in omnes partes nunciis, ac libellis, qui celebrandi concilii famam ad epiſcopos deferrent, monitisque epiſcopis, ut ad diem locumque dictum convenirent, ſubſidiis, impenſis, ac commeatu ad iter faciendum ſuppeditatis, conſultationibus intereſſent, ordinem tuerentur ac dirigerent, omnia auctoritate ſua firmarent, executionem decretorum ſuſciperent, nihil, ut paucis abſolvam, omitterent, ut concilia feliciter inchoarentur, continuarentur, terminarenturque, eſſentque, ut CONSTANTINI phraſi rem edicam, animadverſores, & cuſtodes conſervandæ æqualitatis & ordinis. Quare ſolemne erat ceu pro forma proponere concilia ſub hoc primo imperatore habita, utpote pleno judicio rerum, ac controverſiarum penes ſolos epiſcopos exiſtente: ſic S. AMBROSIUS ad VALENTINIANUM Juniorem ſcribit: *Si conferendum de fide, ſacerdotum debet eſſe iſta collatio, ſicut factum eſt, ſub Conſtantino auguſtæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmiſit, ſed*

liberum dedit judicium ſacerdotibus. Hoc ergo in conciliis eſt principum officium, nullas leges dare, ſed auſcultare, idque efficere ſua auctoritate, ut omnia cum plena libertate agantur. Unde ſi quando per vim, aut alias malas artes, & machinationes optato fine concilia fruſtrari contingeret, principum eſt imploratum auxilium: veluti factum a S. ATHANASIO de vi ſibi in concilio Tyrio per inſidias illata: a LEONE item contra concilium ſecundum Epheſinum latrocinium vulgo appellatum, quod legitime quidem congregatum erat, & initum præſentibus etiam legatis ſedis apoſtolicæ; ſed cum per vim omnia ageret DIOSCORUS *Alexandrinus*, EUTYCHES reſtitueretur, FLAVIANUS damnaretur, interceſſione facta a FLAVIANO, & legatis Pontificis, LEO THEODOSIUM interpellavit, ut executio concilii ſuſpenderetur, quod occidentales epiſcopi, & præſertim Romanus Pontifex illud reprobaſſet. *Ecce ego*, ſcribit ad THEODOSIUM LEO, *chriſtianiſſime, & venerabilis imperator, cum conſacerdotibus meis implens erga reverentiam clementiæ veſtræ ſinceri amoris officium, cupiensque vos placere per omnia DEO, cui pro vobis ab eccleſia ſupplicatur, ne ante tribunal Chriſti Domini de ſilentio rei judicemur, obſecramus coram unius Deitatis inſeparabili Trinitate,*

quæ

quæ tali facto læditur, cum ipſa veſtri ſit cuſtos & auctor imperii, & coram ſanctis angelis Chriſti, ut omnia in eo ſtatu eſſe jubeatis, in quo fuerunt ante omne judicium, donec major ex toto orbe numerus ſacerdotum congregetur.

II. Res jam præjudicata erat, & reprobatum conciliabulum, ſolummodo imperatoria poteſtas ad juvandam eccleſiæ cauſam invocata eſt, non ipſum judicium delatum, quod fieri per canones non licebat, interdictis etiam appellationibus a minorum ſynodorum judicio. Huc facit canon XII. Antiochenus, qui eſt talis: *Si quis a proprio epiſcopo presbyter, aut diaconus, aut a ſynodo fuerit epiſcopus forte damnatus, & imperatoris auribus moleſtus extiterit, oportet ad majus epiſcoporum converti concilium, & quæ putaverint habere juſta, plurimis epiſcopis ſuggerant, eorumque diſcuſſiones, ac judicia præſtolentur. Si vero hæc parvipendentes moleſti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos eſſe, nec locum ſatisfactionis habere, nec ſpem futuræ reſtitutionis penitus opperiri.* Eſt hic ex canonum illa collectione, quæ in oriente uſum communem habuit primum, deinde etiam in occidentem eſt allata. Cujusmodi canones aliorum conciliorum etiam œcumenicorum, Chalced. & Conſtantinopolitani extant

Studioſe etiam cautum[l], ne principes limites hos excedere poſſent arrepto ſibi judicio.

ut jam ſuperius a nobis eſt annotatum. Si vero aliquando appellandum cenſuerunt damnati, ad majus concilium provocarunt: inter quos μόνος καὶ πρῶτος *ſolus ac unicus* a SOCRATE CYRILLUS *Hieroſolymitanus* notatur: ſed poſtea res hæc frequentior evaſit: & ſi quando etiam imperator imploratus ab orthodoxis (aliter enim a PHOTINO, & Donatiſtis factum non negamus) non ipſius judicium exſpectatum, ſed rogatus, ut curam congregandi concilii ſuſciperet, ut de ſe narrat CHRYSOSTOMUS Epiſt. ad INNOCENTIUM: *Mox*, ſcribit, *obſecrabamus chriſtianiſſimum regem, ut concilium ageret, quo facta hæc juſtificarentur.* Neque inde exſculpi poteſt, idcirco concilia cogendi auctoritatem, eisque præſidendi, penes imperatorem proprie fuiſſe: proprie inquam, ac ſi ipſe judex cum epiſcopis, imo primus judicum ſederet: ſed ut curam, exterioremque directionem præſertim in loco commodo ſuæ ditionis concedendo ſuſciperet. Et ſi tum forum & tribunal, cum etiam cauſæ utriusque fori non fuiſſent diverſæ, quis putet propriis legibus imperatores hanc ſibi auctoritatem eripi paſſuros fuiſſe, ut prohiberent, ne contra judicium conciliorum ſuum tribunal interpellaretur? Uti inter alias ſanctiones ARCADII, & HONORII

lex

lex in appendice codicis Theodoſiani habetur: *Sit hujusmodi perſonis tenore præſentis legis inlicitum ſacra noſtra adire ſecreta, & impetrare reſcripta.* Sermo autem eſt de illis, qui contra judicium ſacerdotum ad aliud tribunal refugiunt: alias in hanc rem conſtitutiones alio jam loco laudavimus. Nimirum opus fuit his temporibus, cum paulatim appellationes ad imperatorem invaleſcerent, illis tam eccleſiaſticis, quam civilibus legibus obſiſtere.

III. Ut vero per capita eamus quoad legitimam poteſtatem eccleſiaſticam in celebrandis ſynodis: quod primum, jus ea convocandi ipſi eccleſiæ inſitum, ſpectat, dubium omne tollunt prima, omnium ſententia, puriſſima eccleſiæ ſæcula, cum nihil obſtantibus perſecutionibus, prohibitionibusque imperatorum ſponte ſua, vel majorum ſedium hortatu coirent concilia. Ut enim nihil dicam de conciliis apoſtolicis, quorum nobis in actis apoſtolorum memoria eſt relicta; ex Euserio (*a*) diſcimus ſæpius, & in plurimis Aſiæ locis Montaniſtarum cauſa conveniſſe, novamque illam doctrinam examinaſſe paſtores eccleſiæ. Idem frequentes notat (*b*) cœtus epiſcopo-

Primis conciliis ſine interventu principum congregatis haud minor ideo vis & auctoritas.

a.

b.

(*a*) L. V. c. 16.
(*b*) Eod. Lib. c. 23.

porum Romæ, in Palæſtina, in Galliis, in Oſroena, Corinthi in cauſa Paſchæ. POLYCRATES refert, qua auctoritate ipſe in hac cauſa Aſiæ ſynodum congregarit. *Poſſem*, ſcribit (*a*) ad VICTOREM Papam, *epiſcoporum, qui mecum ſunt, facere mentionem, quos petiiſtis, ut convocarem, ſicut & feci.* En praxin vetuſtiſſimam congregandi ſynodos auctoritate non principis, ſed Pontificis Romani, quam hodie tantopere exagitant. Nihil addam de ſynodis compluribus in cauſa rebaptizationis, aliisque, quorum etſi integra non habeantur acta, exceptis ſolum Eliberitanis nuper repertis ac editis decretis, tamen multa in canonibus apoſtolicis ſunt conſervata. Inter hos etiam Can. 38. expreſſe præcipit, ut bis in anno epiſcoporum concilia celebrentur, ut inter ſe invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes eccleſiaſticas lites amoveant. Fruſtra ſunt, qui his legibus minorem vim adſcribant, quod nullum a principibus robur accepiſſent: de quo antiqui nunquam cogitarunt; & ſicut prius, ita etiam poſteaquam principes chriſtianam religionem ſuſceperunt, æqualem attribuerunt efficaciam, & obligandi virtutem; quin etiam quo propius ipſi chriſtianiſmi origini acceſſerunt,

(*a*) Apud EUSEB. L. II. c. 24.

runt, eo majori cum devotione vel hodie habentur, eoque venerabilior debet esse forma conciliorum convocandorum.

IV. Præsertim autem sub imperatoribus & principibus christianis canon iste de quotannis bis aut semel cogenda synodo eadem forma sæpius est editus & firmatus, nulla interponendæ auctoritatis regiæ mentione. Quamvis christiani principes pro observantia ecclesiæ operas suas etiam ad convocandas synodos contulerint: cujusmodi a CONSTANTINO Romana, Arelatensis, Nicæna, Tyria, Cpolitana fuere convocatæ. Quod exemplum deinceps reliqui sunt consectati imperatores, sed non semper eodem pietatis studio, atque effectu, ut sub ipso adhuc CONSTANTINO, maxime vero mox sub CONSTANTIO accidit. Ex quo ipso colligitur, robur & auctoritatem nullam conciliis conciliari, quod imperatores intervenerint. *Si synodos*, opportune loquitur MAXIMUS M. collatione cum THEODOSIO Episc. Cæsar. *quæ factæ sunt, jussiones imperatorum firmant, & non pia fides, recipe synodos, quæ contra Homousion factæ sunt. Nam jussione principum sunt patratæ. Primam videlicet in Tyro, secundam in Antiochia, tertiam in Seleucia, quartam in Constantinopoli sub Eudoxio Ariano, quintam in Nicæa, sextam in Syr-*

Christiani postea imperatores zelo pietatis, non potestatis affectatione conciliorum fategerunt.

mio: & poſthæc multo poſt, ſeptimam in Epheſo ſecundam, cui Dioſcorus præfuit. Nihil ergo accedit roboris ac firmitatis, ſive interventu principum coaluerint, ſive non, ſed tota auctoritas legitimæ eccleſiaſticæ poteſtati inſidet, unde ſynodus componitur. Quamvis principi catholico jus eſſe poſſit, ut ſecundum limites regni copiam coeundi det. Quod imperatores primum, quamdiu univerſo ſunt dominati chriſtiano orbi, pro ſynodis etiam œcumenicis fecerunt, ut de THEODOSIO, MARCIANO, aliisque deinceps uſque ad diviſionem imperii conſtat.

Quod facta imperii diviſione haud æque effectum ire valent tam in convocatione.

V. Qua facta diviſione, pro portione deinceps idem jus ſervarunt Francorum reges & imperatores, Hiſpaniarum item, Italiæ, Angliæque reges; legibus etiam editis, ne invitis ſe ſynodi fierent. Nec gravate parebant eccleſiæ præſules pulcherrima conſenſione utriusque poteſtatis in eundem ſcopum decoris ac utilitatis eccleſiaſticæ; dum poſtea hanc convocationem NICOLAUS I. ad ſe revocavit immediatam, etiam ſine litteris regiis, cauſatus absque ſedis apoſtolicæ auctoritate concilium convocari non licere. Quod jus ſummæ ſedis ſtare utique potuit unacum regii nutus & conſenſionis interventu; qui ſubinde iterum celebrationi conciliorum interceſſit, quo major

dein-

deinceps neceſſitudo negotia eccleſiæ inter ac regni fuit, ac minor inter ambas poteſtates æmulatio, poteſtasque eccleſiaſtica non obſcurata, ſed aucta fuit & ornata. Hinc poſtea uterque clericorum & laicorum ordo arctius in conventibus conſociati ſunt, cum non eſſet tunc opus novos condere canones, cui muneri pares non fuiſſent, nec clerici inferiores, nec omnino laici tum principes tum comites, regnique proceres. Quo etiam factum eſt, ut minus frequentes jam celebrarentur ſynodi, ac pene intermitterentur, præſertim celebriores ex toto chriſtiano orbe, regimine illius politico in plures partes diviſo, ſolo primatu eccleſiæ apud unum Pontificem Romanum remanente, quo ejus præſertim in conciliis œcumenicis convocandis aucta eſt potentia. Cum jam fruſtra ad hoc quæratur principum, quorum ſunt inter ſe diſtracta ſtudia & vires, auctoritas, quam requirunt Proteſtantes, & urſerunt importunius occaſione concilii Tridentini, quod hactenus non coaluiſſet, ſi altera quam Romani Pontificis, ac legitimæ poteſtatis eccleſiaſticæ interceſſiſſet extranea potentia. Cum ſic reſplenduerit primæva illa in congregandis conciliis apoſtolicorum, & proxime ſequentium temporum forma, ut tamen imperato-

res,

res, reges, & principes ſuo poſterioribus etiam in conciliis haud defuerint officio, nec quidquam omiſerint, aut in ſe deſiderari ſiverint, quod ſuæ patrocinari videri poterat auctoritati, prout nunc multo vigilantiora, oculatioraque ſunt tempora in anxie tuendis, ampliandisque juribus arte quavis ac contentione.

Quam etiam in ipſa celebratione eorum legitimum ordinem, ut olim, conſervando.

VI. Quæ vero in cauſa fuiſſe diximus, ut poſteriori ævo in convocandis conciliis minus valuerint principes, eadem locum habent quoad ipſum conſeſſum, & præſidentiam conciliorum. Ad breve tempus SIGISMUNDUS Imp. ſeſſione XIV. concilio Conſtantienſi, ſed extraordinaria quadam de cauſa præfuit. Quæ vero poſtea ferventibus litibus & ſchiſmate JULIUM II. inter & Cardinales ſunt acta, commemorari vix merentur conjunctis MAXIMILIANI Imp. primum ac LUDOVICI Galliarum regis ſtudiis, flagrantibus ſimultatibus & diſcordiis inter Pontificem & Galliarum regem, quibus quadantenus ipſe etiam MAXIMILIANUS diſtractus primum fuerat, ſed mox ſe collegit, & pro munere ſuo eccleſiæ conſuluit. CAROLUS V. & FERDINANDUS eidem tempore concilii Tridentini officio rite etiam invigilarunt; ſed non potuit res habere eum modum & auctoramentum, cujusmodi fuerat, conjunctis adhuc imperii terminis

Digitized by Google

nis ſub prioribus præſertim imperatoribus chriſtianis, quando imperatores aſſederunt, quin tamen quidquam ſibi eccleſiaſtici ordinis uſurparent, ut de CONSTANTINO Imp. habetur etiam apud GRATIANUM (*a*): *Conſtantinus imperator præſidens in ſancta ſynodo, quæ apud Nicænam congregata erat, cum querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatam, ait, vos a nemine dijudicari poteſtis, quia ad DEI ſolius judicium reſervamini.* Idem pientiſſimus imperator epiſtola ad epiſcopos Tyri congregatos, quid in conciliis ſui eſſet officii explicans apud EUSEBIUM *Lib. IV. cap.* 42. vitæ ipſius reſcribit, de miſſo a ſe DIONYSIO conſulari, *ut*, inquit, *rerum omnium gerendarum eos admoneat, qui veſtræ ſynodo adeſſe debent: maxime vero, ut idem animadverſor ſit & cuſtos conſervandæ æquabilitatis, & ordinis.* Idem VALENTINUS & THEODOSIUS, quando de agendo Epheſino concilio res erat, ſcribunt ad Patres (*b*): *Quia vero ordinis quietisque, quam ſacræ veſtræ ſynodi conſultationes jure depoſcunt, decentem quoque curam adhibere oportuit; hanc quoque partem, quo undique tranquillitas adeſſet, non prætermittendam exiſtimavimus.* Sed nihil luculentius eſt teſtimonio Chalcedonenſium Patrum relatione

a.

b.

(*a*) Cauſ. XI. Q. I. c. 5. §. 1.
(*b*) P. I. Conc. Eph. c. 35.

ne ad LEONEM Papam, quo utriusque præſidii pontificii & imperatorii diſtinctim referunt partes: *Tu*, alloquuntur Pontificem, *ſicut membris caput præeras in his, qui tuum locum tenebant, benevolentiam tuam præferens. Imperatores vero fideles ad ornatum præerant. Sicut Zorobabel & Jeſu eccleſiæ tanquam Hieroſolymæ ædificationem renovare circa dogmata emitentes.* Quando aliquando extra orbitam abrepti mediocritatem exceſſerunt, tum vero videas eccleſiaſticos viros, infractos animos efferre & obniti. Sic mentem ſuam prodiderunt vexati Epheſi epiſcopi: martyrio potius corpora ſua offerebant, quam quidqam in canones peccari vi ab imperatore adhibita ſinerent. Ita illi in concilio I. Epheſino cum obreptum imperatori eſſet, ac violentia adhibita. Ita amplius adhuc in ſecundo Epheſino, quod latrocinium dici ſolet ob violentiam ac cædes ibi graſſantes, non alia de cauſa, quam quod ordinem perverterit imperator, DIOSCORO præſide conſtituto, adjuncto eidem JUVENALI Hieroſolymitano, poſtpoſito autem JOANNE Antiocheno, FLAVIANO autem Cpolitano a judicis officio ſubmoto. Errorem ſarcivit poſtea MARCIANUS: hinc proſper concilii Chalcedonenſis exitus; non item quinti, cum plus ſibi indulgeret imperator,

tor: ut omnino conſultum fuerit imperatoriam potentiam moderari, pontificiam ampliare, quod poſtea in reliquis orientis, ac multo magis occidentis conciliis factum.

VII. Intelligi hoc volumus de ſynodis generalibus totius eccleſiæ cauſas tractantibus: ſecus accidit in aliis, quibus poſthac quo magis colligata, mutuoque nexa fuerunt negotia regni, & eccleſiæ, eo pronior fuit conſultorum communicatio, facta in concilia coitione. ELIPANDUS de hæreſi accuſatus, cum ſuſpectos haberet epiſcopos præſides, arbitrum CAROLUM M. efflagitavit, ac obtinuit. Docemur hoc ipſis CAROLI verbis epiſtola ad ELIPANDUM, ubi ita ſcribit: *Scriptam itaque in epiſtola veſtra hujusmodi precationem invenimus: poſcentes ut per te arbiter ſedeas. Ecce ego veſtris petitionibus ſatisfaciens; congregationi ſacerdotum auditor, & arbiter adſedi.* Neutiquam hæc eo pertinent, ac ſi piiſſimus princeps ingeſſiſſet ſe cauſæ fidei. Jam enim ELIPANDUS Romæ, & Ratisbonæ ſynodali auctoritate ſacerdotum, ut ALCUINUS *L. I.* contra ELIPANDUM ſcribit, fuerat damnatus, hic confirmata tantum eſt ſententia. Altera etiam cauſa concilii Nicæni II. deciſa eſt ſola epiſcoporum auctoritate, tametſi princeps deliberatio-

Quando erant mixtæ cauſæ in conciliis geſtæ magis eis principes intervenerunt, quin in ſacra involarint.

nibus

nibus intereſſet. Nec in canonibus fidei ulla fit mentio imperatoris, ſicut in regulis diſciplinæ in hoc concilio editis nomine regis & ſynodi: *Statutum eſt, definitum eſt a domno rege, & a ſancta ſynodo.* Fuerunt in eodem concilio cauſæ præciſe politicæ de Taſſilone duce Bavariæ, monetis &c. transactæ ſolo imperatoris nomine: ſicut mixtæ communi opera, contra meræ eccleſiaſticæ a ſolis eccleſiaſticis judicibus, CAROLO pro ELIPANDI perſona arbitro ſedente, ne quam injuriam pateretur; auditore autem exiſtente, quoad dogma ipſum. Qua ratione NICOLAUS Pontifex ad MICHAELEM imperatorem ſcribit, maxime imperatoris eſſe, ut adſit conciliis auditor, non judex conſiliorum, ac judiciorum conſors. *Dicite*, ſcribit Ep. VIII. *quæſumus, ubinam legiſtis, imperatores anteceſſores veſtros in ſynodalibus conventibus interfuiſſe: niſi forſan, in quibus de fide tractatum eſt, quæ univerſalis eſt, quæ omnium communis eſt: quæ non ſolum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet chriſtianos?* Sed cum in occidente medio ævo mixti conventus obtinuerint, in quibus cauſæ quævis agebantur, comites etiam & proceres aderant ad ſui fori negotia tractanda: at in diſtinctas turmas fuerunt ſinguli ordines diſtributi, tres

nimi-

nimirum juxta concilium Moguntinum juſſu CAROLI M. an. DCCCXIII. habitum. In prima turma conſederunt epiſcopi legentes atque tractantes ſanctum evangelium. In alia vero turma conſederunt abbates & probati monachi. In tertia denique ſederunt comites & judices in mundanis legibus decertantes, vulgi juſtitias perquirentes, omniumque advenientium cauſas diligenter examinantes, modis quibus poterant, juſtitias terminantes. Non tamen, ut laici a dijudicandis eccleſiaſticis rebus erant excluſi, ſimiliter clerici a civilibus cauſis aberant. Patet id ex conciliis Toletanis, ad eandem formam convocatis ſimul epiſcopis & proceribus. Primum fidei, morum, ac diſciplinæ deliberationes ſuſceptæ ſunt: quo in negotio tres potiſſimum dies jejunio dicati fuere impenſi, nemine tunc laico præſente: dein ad mixta vel mere temporalia negotia cum laicis tractanda deſcendebatur. Forma hæc in Toletano XVII. deſcribitur mox canone primo; at uſus & obſervantia viguit in prioribus etiam conciliis Toletanis tam celebribus, tantaque in univerſa eccleſia auctoritate præpollentibus. In quarto ſtatim, poſtquam complura ſaluberrima ad ordinandum clerum ſtatuerant, proceſſerunt ad componendum ſtabiliendumque

regnum contra violatores regiæ majeſtatis, vibrantibus undique anathematis, ipſi etiam regi comminantes, ſi quis ex eis contra reverentiam legum inflagitiis & facinore crudeliſſimam poteſtatem exercuerit. In ſynodo XI. cauſas reddunt, cur primum ſeipſos cenſuris caſtigent, ut poſtea inculpati ſint cenſores laicorum.

Haud aliter ac in prioribus, quibus de ſacris tantum rebus tractabatur.

VIII. Erant hi nonnihil diverſi conventus ab illis ſacratioribus antiquis, quibus nulla tractabantur præter eccleſiaſtica negotia. Quibus quidem etiam interfuerant principes, aut eorum nomine comites, ut tamen in conſortium conſultationum definitionumque neutiquam venirent. Id imperatores ipſi ſunt conteſtati, quando aut ipſi interfuerunt, aut quempiam ſuo nomine delegarunt, *Sed ea lege*, ſunt VALENTINIANI & THEODOSII verba ad Patres Epheſinos, *& conditione, ut cum quæſtionibus & controverſiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat: nefas enim eſt qui ſanctiſſimorum epiſcoporum catalogo adſcriptus non eſt, illum eccleſiaſticis negotiis & conſultationibus ſeſe immiſcere. Verum ut monachos, & ſæculares, ac cæteros denique omnes, qui hujus ſpectaculi cauſa vel eo nunc confluxerunt, vel in poſterum forte confluent, ab eadem illa civitate modis omnibus ſubmoveat: quandoquidem non*

licet

Digitized by Google

licet illos, qui omnino neceſſarii non ſunt, ſacrorum dogmatum examen aliquo tumultu impedire, & iis, quæ cum tranquillitate a veſtra ſanctitate conſtitui definirique debent, obſtaculum aliquod adferre: tum rurſum, ut diligenter proſpiciat, ne qua gravior diſſenſio ex mutuo repugnandi ſtudio coorta, & ſævæ tempeſtatis inſtar debachata ſanctiſſimi ſynodi veſtræ conſultationem, exactioremque veritatis indagationem quovis modo obturbet: tum denique quo operam det ſedulam, ut omnibus & ſingulis quæ dicuntur rite perceptis, ſinguli inoffenſe quod viſum fuerit in medium proponere, vel ab aliis propoſitum, ſi opus id fuerit, refutare queant; ut ea tandem ratione, ubi per ſingulas propoſitiones, exceptionesque inquiſitio citra ullam omnino turbam contentionemque habita fuerit, quod omnibus placitum probatumque erit, communi veſtræ ſanctitatis ſententia conſtituatur, decernaturque. Ubi vides omnem judicandi, decernendique auctoritatem unice penes epiſcopos agnoſcere imperatorem, nihil ſibi aut legatis ſuis in his attribuere. Ex quibus dilucidari debent verba alterius epiſtolæ ſacræ Act. VI. in qua hæc leguntur inter alia: *Oportet enim omnia juxta DEI beneplacitum contentione ſecluſa, veritatisque ſtudio adhibito diſcuti: ac tum demum a noſtra pietate confirmationem obtinere.* Poſtquam enim

ſuperioribus ſibi ipſi omnem auctoritatem abjudicarat, epiſcopisque adſcripſerat, non aliter hæc accipi valent, quam ea de cura, & confirmatione, qua canonibus, definitionibusque ſynodalibus robur potentiæ ſuæ addat, tutelam impendat, executioni mandet, legibus etiam ſuis corroboret. Hoc Patres ſynodi II. ab imperatore rogarunt. *Rogamus igitur*, ſcribunt, *tuam clementiam, ut per litteras tuæ pietatis ratum eſſe jubeas, confirmesque concilii decretum: & ſicut litteris, quibus nos convocaſti, eccleſiam honore proſecutus es, ita etiam ſummam eorum, quæ decreta ſunt concluſionem, ſententia, atque ſigillo tuo corrobores* Hinc SOCRATES *L. V. c.* 8. & SOZOMENUS *L. VII. c.* 9. ſcribunt, THEODOSIUM imperatorem ſuffragatum fuiſſe actis ſynodi, & legem ſuper ea ſciviſſe. CONSTANTINUS pater, dum eodem ſtudio ſynodum Nicænam proſecutus eſt, eccleſiæ profuit: CONSTANTIUS filius adverſa molitus, ſibi eccleſiæque peſſime conſuluit, in conciliorum decreta arbitrium uſurpando, & ſemel deciſa labefactando, non, ut decebat, firmando, exequendoque.

Principum cura in cuſtodia jam ſancitorũ

IX. In eo ergo princeps poteſtatis ſuæ limites haud excedit, ſi ipſe legibus ſuis eccleſiaſticorum canonum, ac conſue-

ſuetudinum obſervantiam urgeat, nec ferat in quoquam ordinem ac diſciplinam labefactari. Cum enim principes veluti patresfamilias in eccleſia, ac communes ſint parentes, quorum officium & obligatio eſt familiam ad officia chriſtiana obſtringere, nihil antiquius habere debent, quam ut in ſuis ditionibus lex chriſtiana quam accuratiſſime obſervetur. *Si civiles leges*, inquit JUSTINIANUS (*a*), *quorum poteſtatem nobis DEUS pro ſua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientium ſecuritatem ſtudemus, quanto plus ſtudii adhibere debemus circa ſacrorum canonum, & divinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalutem animarum noſtrarum definitæ ſunt.* Utinam eadem mente omnes eſſent imbuti principes, agnoſcerentque ſe tutores, ac vindices divinarum legum, ac eccleſiaſticarum conſtitutionum, ipſa officii ſui ratione ſic exigente, eſſe debere. *Quomodo ergo*, inquit S. AUGUSTINUS, *reges ſerviunt in timore, niſi ea, quæ contra juſſa domini ſunt, religioſa ſeveritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim ſervit, quia homo eſt; aliter, quia etiam rex eſt: quia homo eſt, ei ſervit vivendo fideliter; quia etiam rex eſt, ſervit leges juſta præcipientes; & contraria prohibentes* con-

canonum, diſciplinæ, ac ordinis eccleſiaſtici.

8.

(*a*) Nov. 137.

convenienti rigore ſanciendo, ſicut ſervivit Ezechias lucos deſtruendo &c. Copioſe hanc materiam tractat S. Pater adverſus Donatiſtas epiſtola ad BONIFACIUM comitem, unde mox relata deſcripſimus, ut defendat ſeveritatem legum adverſus hos ſchiſmaticos, hæreticosque, contra quos variæ mulctæ ac pœnæ erant ſtatutæ, nec immerito; *Si enim*, ut inquit
4 JUSTINIANUS (*a*), *illa, quæ a laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquiſitionem & vindictam manere, quomodo a ſanctis apoſtolis & Patribus ſuper hominum ſalute canonice ſtatuta deſpici patiemur.* Non ergo ipſi imperatores leges canonicas dabant, ſed ſtatuta canonice, ut a ſubditis obſervarentur, curabant: quod idem imperator eadem Novella declarat, diſtinctione allata inter legum civilium & eccleſiaſticarum cuſtodiam, illarum τὴν ἐξουσίαν, id eſt poteſtatem, harum τὴν παραφυλακὴν, ſeu tuitionem & defenſionem a DEO ſibi datam aſſerens. Et in epiſtola ad DACIANUM metropolitam Byzancenum *Nos*, inquit, *tutores tantum ſumus vetuſtatis, & vindices; nec deerit eccleſiaſtica vindicta, vel noſtra in eos, qui aut ambitioſa ſuperbia, aut ſubreptitiis poſtulationibus antiquitatem temeraſſe docebuntur; quoniam*

ad

(*a*) Nov. 136.

ad divinitatis tendit injuriam, qui ſanctorum Patrum conſtituta contemnere, ac violare non metuit. Hoc modo pii quique imperatores CONSTANTINI, HONORII, ARCADII, THEODOSII, MARCIANI, JUSTINIANI, CAROLI ſummam ſolicitudinem eccleſiæ gerebant, canonum cuſtodiam, atque eccleſiæ, præſertim clericorum patrocinium, curam ac protectionem eſſe ſibi commiſſam optime gnari. Ad hoc ſtrenue exequendum etiam reges & principes ſtimularunt ſummi præſertim Pontifices, quibus præprimis ſalus, pax, & tranquillitas eccleſiæ commiſſa, tum ut per ſe eam curarent, tum alios etiam, ipſosque principes ſui muneris commonefacerent. Quod illi ſtrenue ſunt executi. *Major*, ſcribit ad THEODOSIUM COELESTINUS P. (*a*), *vobis fidei cauſa debet eſſe quam regni, ampliusque pro pace eccleſiarum clementia veſtra debet eſſe ſollicita, quam pro omnium ſecuritate terrarum.* Et S. LEO (*b*) ad cognominem imperatorem, *Debes*, inquit, *incunctanter advertere tibi regiam poteſtatem non ſolum ad mundi regimen, ſed maxime ad eccleſiæ præſidium eſſe collatam, ut auſus nefarios comprimendo, & quæ ſunt bene ſtatuta defendas, & veram pacem iis, quæ ſunt tur-*

a.

b.

(*a*) Conc. Labb. T. III. Col. 619.
(*b*) Epiſt. 125. al. 75.

Digitized by Google

turbata, reſtituas. Demum CHILDEBERTUM ſimiliter monet; PELAGIUS Ep. 14. *Quoniam inter alias regni veſtri curas pro tranquillitate ſanctæ eccleſiæ præcipuam ſollicitudinem vos certum eſt exhibere.*

Quin tamen dici debeât robur habere ſanctiones eccleſiaſticas a principum confirmatione.

X. Cavendum tamen ſummopere eſt, ne hic amplam nimis tribuamus principibus poteſtatem, quæve videatur robur ipſis eccleſiaſticis canonibus detrahere: ut vel cum *Ed.* RICHERIO dicamus, accedente demum regia coufirmatione ſanctiones eccleſiaſticas in rem judicatam abiiſſe, aut cum auctore principiorum Jur. Publ. Eccl. Cath. (*a*) regulas eccleſiaſticas principi, ubi primum a ſacerdotio fuerant conditæ, exhibitas fuiſſe, ut ejus auctoritate tranſirent in leges & ſanctiones: cum eccleſia propria polleat auctoritate leges ferendi, coercendique refragarios, ſecus ac tenent Proteſtantes tantum. Ex eo vero quod eccleſia modeſto canonis nomine uſa eſt, principes autem, dum ſuis conſtitutionibus præcipiunt obſervantiam canonum, & judiciorum epiſcopalium reverentiam populis, nomine legis uruntur, & pœnas ex arbitrio apponunt, non ſequitur, plus aliquid principes hic quam executorum munere defungi, dum hoc peragunt cum vi & potentia, qua pollent. Quamvis

a.

(*a*) C. VII. n. 2.

vis nihil referat concedere a principibus novam in ſua ſphæra legis obligationem canonibus addi, eo modo, quo etiam juris naturalis & divini capitibus novam obligandi virtutem addunt ſanctionibus & pœnis. Sicuti vero princeps facere nequit, ut quod lege naturali & divina eſt licitum, ea ſub illis reſpectibus ſint prohibita, ita leges eccleſiaſticas ipſe ſtatuere nequit: & ſi qui canones obligatione ſua exciderunt, illam remittente auctoritate eccleſiaſtica, nullo amplius jure pollet eandem obſervantiam urgendi. Multo minus proprio marte leges eccleſiaſticis de rebus ſancire poteſt, niſi ad præſcriptum, aut conſenſum eccleſiæ, quod factitarunt chriſtiani imperatores jam memorati CONSTANTINUS, VALENTINIANUS, uterque THEODOSIUS, ARCADIUS, HONORIUS, MARCIANUS: LEO uterque JUSTINIANUS, HERACLIUS, alii. Unde LEO cum talem legem Nov. 17. ad preces patriarchæ Cpolitani dat, expreſſe proteſtatur his verbis: *De re enim ſacra ſanctitatem tuam ſancire oportebat. Verum quoniam*, pergit, *nos citra concilium decretum facere poſſe dicitis, admonitionem ſuſcipientes, quibus de rebus poſtulationem emiſiſtis, de iis conſtitutionem emittimus.* JUSTINIANUM aliosque imperatores ſuas de rebus ſacris leges ad præſcriptum ca-

nonum feciſſe aut ſaltem cum conſilio conſenſuque ſacerdotii, ut patebit ipſas
a. inſpicienti leges, & JUSTINIANUS (*a*) imperator non ſemel declarat. Sicque felices dicit principes, ſi ſuam poteſtatem, ad DEI cultum maxime dilatandum, majeſtatis ejus famulam faciant; quod rite facient, ſi non auctores legum, ſed cuſtodes & executores fuerint, auctoritate ſuffulciendo, non opprimendo legitimam eccleſiaſticam poteſtatem. Id lau-
b. di dedit MARCIANO FACUNDUS *Hermin.* (*b*) *ut qui noſſet*, ait, *quibus in cauſis uteretur principis poteſtate, & in quibus exhiberet obedientiam chriſtiani.* Et poſtea: *Ob id itaque vir temperans, & ſuo contentus officio, eccleſiaſticorum canonum executor eſſe voluit, non conditor, non exactor.* Confirmantur hæc conſtitutione MARCIANI in codice Juſtinianeo *L. I. tit.* 2. *c.* 12. relata ejuscemodi: *Omnes ſane pragmaticas ſanctiones, quæ contra canones eccleſiaſticos interventu gratiæ vel ambitionis elicitæ ſunt robore ſuo & firmitate vacuatas ceſſare præcipimus.* Nunquam ſatis præcaveri poteſt omnis in hac re exceſſus, ubi facile animoſitas cum potentia ſociatur: ubi ſuſurri & adulatores invidiæ ſtimulis agitati erga clerum cor principis inveſtant, titillante interim dominandi prurigine.

Nun-

(*a*) L. XIV. de cic. D. (*b*) L. XII. c. 3.

Digitized by Google

Nunquam, inquit celeb. D. Loen (*a*), *ita malus eſt princeps, ut a miniſtris & conſiliariis ſuis efficitur, qui omnia illi licita pronunciant, ut in ejus gratiam & favorem ſeſe inſinuent, atque ex communi præda portionem ſuam abripiant.* a.

XI. Quod ſi igitur contingat longius efferri principes, atque poteſtate ſua in ipſa ſacra adyta involare, ac graſſari, infractores, ac uſurpatores alieni juris recte habentur, illi præſertim, qui tantummodo negotia publica impedire putant, quo minus functiones ordinum eccleſiaſticorum obeant: qui omne jus & poteſtatem, quoad ipſum etiam actuum valorem in rebus ſacris, a regis aut reginæ nutu pendere, pro tempore ad ejus voluntatem limitato, volunt: conſtitutionem cultus externi, imo etiam articulorum fidei, adminiſtrationem verbi & ſacramentorum, exercitium totius jurisdictionis eccleſiaſticæ, excommunicandi, ſuſpendendi, deponendi, ordinandi, uti delirarunt Angli ſuisque regibus illiberaliter, ſerviliterque, ne quid gravius dicam, ſunt adulati, ſancientes, imo inſanientes, epiſcopos omnem poteſtatem habere precario & ſub beneplacito regis, a quo profluueret, quique illis

Ut multo minus omnis auctoritas circa ſacra principibus attribui poſſit.

(*a*) Gedanken von Verbeſſerung der menſchlichen Geſellſchafft.

illis daret poteſtatem ordinandi, deponendi miniſtros eccleſiæ, cenſuris utendi, omnia officia paſtoralia exercendi nomine & auctoritate regis. Sed ſinamus hos, qui cum obſequio fidei, etiam omnem rationis ſenſum excuſſiſſe ſe probant. Illud dolendum, extitiſſe, exiſtereque etiam ex illis, qui eccleſiæ filii videri volunt, auctoritatis, immunitatisque eccleſiaſticæ hoſtes: cujusmodi ſe plures oſtenderunt, flagrante inter Romanam ſedem, & rempublicam Venetam diſcidio, PAULI, CAPELLI, FULGENTII, aliique, qui, quo ſpiritu exemtionem eccleſiaſticam impetierint, ſatis declararunt: habent vero hodie ſuos imitatores longe plures, quam vulgo exiſtimetur; quibus nihil magis cordi eſt, quam eccleſiaſtici ordinis dignitatem deprimere, jura ſacra vel contemnere, vel uſurpare, chriſtianæ obedientiæ eccleſiæ debitæ limites coarctare, aut prorſus rebelles ſe præbere: occaſiones non ſolum omnes arripere, verum etiam omni ſtudio conſectari, ac excogitare, qua quid foro eccleſiaſtico decerpatur. Vereor ne plures horrendo in Spiritum ſanctum peccato ſe obſtringant, neque in hac, neque in altera vita remittendo, niſi modum ponant invidentiæ ſuæ, donorum Spiritus ſancti, quibus ſacrum miniſterium magi-

magiſteriumque inſtructum, decoratumque eſt. *Nolite tangere*, monet ille (*a*), *chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari:* non impune diu feret eos deſpici, ac conculcari, quos qui ſpernit, DEUM ipſum ſpernit: ponet is finem & menſuram patientiæ, multæ miſericordiæ, ac longanimitatis ſuæ contra eos, qui finem non faciunt, menſuram neſciunt ſpernendi, contemnendique, quos poſuit DEUS ἐπισκόπους regere eccleſiam, quam acquiſivit ſanguine ſuo: adverſus quam, (*b*) *venerunt flumina, flaverunt venti, & irruerunt in domum iſtam, & non cecidit, fundata enim erat ſupra firmam petram.* a. b.

CAPUT VII.

QUAM INIQUE FIAT, ECCLESIÆQUE MALE CONSULATUR, DUM IN ORDINEM REDIGITUR LEGITIMA ECCLESIASTICA POTESTAS, ATQUE SÆCULARI SUBIGITUR.

I.

Legitimam eccleſiaſticam poteſtatem a Chriſto penes miniſterium ſacrum eſſe repoſitum Catholicorum quidem ambigit nemo. Qui oculos in

Ordinaria tribunalia eccleſiæ concilia olim, commutata

(*a*) Pſal. CIV. 15. (*b*) Matth. VII. 25.

Digitized by Google

poſtea judiciorum haud parum facie.

in antiquitatem eccleſiaſticam reflectit, videt ampliſſimam poteſtatem hanc explicatam fuiſſe in conciliis, de quibus modo egimus. Ea per provincias bis ſingulis annis frequentari ſolebant. In illis res & negotia omnia tractabantur, &, quæ ab epiſcopis particulatim facta erant, examinabantur. *Ut hoc ergo*, habet canon V. ſyn. Nicænæ, *convenientem examinationem accipiat; recte habere viſum, ut ſingulis annis in unaquaque provincia bis in anno ſynodi fiant.* Et concilium Antiochenum can. XX. *Propter utilitates eccleſiaſticas, & abſolutiones earum rerum, quæ dubitationem controverſiamque recipiunt, optime placuit, ut per ſingulas quasque provincias bis in anno epiſcoporum concilia celebrentur... In ipſis autem conciliis adſint presbyteri, & diaconi, & omnes, qui ſe læſos exiſtimant, & ſynodi experiantur ſententiam.* Hæc ergo erant ordinaria tribunalia, in quibus omnia negotia & cauſæ tractabantur, & cuique jus dicebatur: illinc querelæ a laicis & eccleſiaſticis deferebantur, atque omnia legitimo judicio finiebantur. In ſynodis etiam diœceſanis idem tribunal erectum fuerat, ſed minus frequens, minusque celebre: ac tunc tandem, quando provinciales ſynodi non æque vigebant, ibi communi conſilio negotia tranſigeban-

bantur ſine ſtrepitu judicii formulisque forenſibus, quæ nunc in particularibus tribunalibus epiſcopi ejusque officialis ac metropolitani ejusdem juris formulis in appellatorio tranſiguntur.

II. Dici non poteſt, quam hæc judicandi mutatio eccleſiæ nocuerit, ipſamque formam non tantum, ſed & auctoritatem judiciorum immutarit. Verum eſt, poſtquam in immenſum excrevit copia canonum & decretorum, jam non eandem eſſe conciliorum neceſſitatem. Sed hoc demum valet in diſciplina eccleſiæ univerſim formanda, non vero in particularibus cauſis & negotiis dirimendis, tranſigendisque. Suſpicione apud multos laborat Romana ſedes, ac ſi ad ſuam explicandam auctoritatem haud gravate tulerit hanc immutationem. Et ſane neglectu conciliorum factum eſt, ut omnibus cauſis & negotiis jam audiendis dijudicandisque tantopere detineatur, occupeturque tribunal Romanum, ut rerum mole immenſa pene ſuccumbat. Appellationibus etiam evocationibusque factum eſt, ut auctoritati conciliorum, etiam dum adhuc celebrarentur, haud parum decederet, & ſenſim etiam concilia poſthaberentur. At negari nequit, ſummos Pontifices tum per ſe, cum in conciliis ad hanc uſque diem peroptaſſe

Ut tamen peroptarent ſemper ſummi paſtores eam reſtituí.

ptaſſe reſtitui frequentiam conciliorum provincialium (quidquid de generalibus ſit, quæ hodie difficilius coguntur, operoſius aguntur, tardius finiuntur) in conciliis Lateranenſibus, qua auctoritate Pontifices ſint uſi, neminem latet; allaborarunt tamen, ut ſingulis annis haberentur, ut can. VI habetur: *Sicut olim a SS. PP. noſcitur inſtitutum, metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis provincialia non omittant conſilia celebrari: in quibus de corrigendis exceſſibus, & moribus reformandis præſertim in clero diligentem habeant cum DEI timore tractatum, canonicas regulas, & maxime quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali concilio relegentes, ut ea faciant obſervari debitam pœnam transgreſſoribus infligendo.* Cum ſtatutum hoc Lateranenſe GREGORIUS IX. decretalibus ſuis inſeruerit, cum aliis ad eandem rem pertinentibus, quatenus cuſtodia diſciplinæ vendicatur ejusmodi conciliis, dubio locus non relinquitur, Pontifici ſeriam eſſe voluntatem, ut hæc tribunalia eccleſiæ obtineant. Idipſum ſemper æmulati ſunt ſtudium reliqui eccleſiæ præſules, cum in plerisque conciliis aut conventibus habitis hactenus uſque ad concilium Tridentinum idem ſollicite inculcetur, ut ſaltem ſingulis trienniis hæc concilia haberentur. Poſt concilium Tridentinum

habuit

habuit ſanctio iſta effectum ad tempus, cum magnus conciliorum numerus ſit celebratus, ſed non ſemper ad eum omnem uſum, quo antiquitus ordinaria hæc judicia erecta erant, ad emergentes omnes eccleſiaſticas dirimendas cauſas.

III. Non eo hæc dico, ac ſi minus hodieque Chriſtus ſuæ proſpexerit eccleſiæ, ut, ſi pertinacia, legitimæ poteſtatis eccleſiaſticæ conculcatio, invaſioque abſit, haud dubitem querimoniarum potiſſimam partem fore ſuccidendam, ac jus rite adminiſtrandum ſecundum modernam judiciorum formam & rationem. Vehementer mihi diſplicet eorum animoſitas, & pervicacia, qui tribunalia hæc aut ſupterfugiunt, aut ſuſpecta habent & reſpuunt: qui ſine conciliari conventu ac ſententia quidquam legitima eccleſiaſtica poteſtate finiri negant, & ad religionis negotia totum ſtatim commovendum exiſtimant chriſtianum orbem, ſi, quæ ſtatuuntur, non arrideant, *appellantes* intelligo. Quod genus hominum antiquitati ignotum ſequiore ætate ortum eſt exile numero, nunc vero aliquis eorum numerus Gallias occupat ab hominum memoria. Inter quos dolendum eſt fuiſſe homines ſpectatæ doctrinæ, & bene de eccleſia, republicaque meritos. Quorum aliqui nihil non in

Quin tamē poſteriore forma judicii haud ſatis eccleſiæ proſpectum dici poſſit.

eo jure ponunt. Adhuc paucos ante annos præcipuam apud aulam regis chriſtianiſſimi ſuſtinuit dignitatem, qui jam anno 1718. profiteri non dubitavit, appellationem ad futurum concilium univerſale eſſe unum ex præcipuis libertatum Gallicanarum capitibus, ac ſingulare præſidium ad occurrendum quibuscunque adverſus illas attentatis. (*a*)

a.

Niſi potius ſæculari poteſtati, quam ſupremæ eccleſiaſticæ auctoritati ſacra ſubdantur.

IV. Quibus cognitæ ſunt libertates eccleſiæ Gallicanæ, ſciunt eas potius politicæ, quam eccleſiaſticæ poteſtati in multis capitibus favere, atque ſummæ ſedis auctoritatem haud parum reſtringere, prout ſeſe his poſterioribus temporibus explicavit ſingulari divina providentia, ne alioquin legitima poteſtas eccleſiaſtica conſtricta in extraneas manus deveniret. Quod quam fatale olim orienti acciderit, dum ſe a poteſtate ſummi Pontificis liberando, patriarchæ Cpolitani ambitioni ſuccubuit, tanquam imperatoriæ urbis epiſcopi, hoc eſt privilegio imperatoris freti, poteſtate, & ex nutu illius dependentis. Jam S. Gregorius funeſtos hujus rei effectus expertus eſt, atque de hac re acerbe conqueſtus apud

(*a*) Que l'appel au futur concile univerſel étoit un de principaux points de nos libertéz, & l'un de moyens les plus ſûrs pour prevenir les entrepriſes qui pourroient y donner atteinte. *M. de Lamoignon Chancelier de France.*

apud CONSTANTINAM auguſtam tam de præſumtione & ambitu patriarchæ Cpolitani, quam de eo, quod inde conſecutum, recurſu nimirum contra legitimam poteſtatem ad principem. *Si*, inquit (*a*), *epiſcoporum cauſæ mihi commiſſorum apud piiſſimos dominos aliorum patrociniis diſponuntur, infelix ego in eccleſia quid facio? Sed ut epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſæculares judices habeant, omnipotenti DEO gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter ſuggero, quia aliquantulum exſpecto, & ſi ad me diu venire diſtulerit, in eo exercere diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.* Utinam in ſolo oriente hæſiſſet malum iſtud, quod tamen eidem exitium attulit. *In proximo ardet ucalegon.* Schiſmatis periculum, quo oriens jam concidit, ob oculos verſatur, ubi ſuprema eccleſiæ poteſtas Romanæ ſedis reſtringitur, regia autem ampliatur. *Lud.* THOMASINUS (*b*) hoc probe perſpexit, de ſtatu enim & ſorte eccleſiæ Græcæ locutus, hanc memorabilem obſervationem apponit: ut & hinc deluxerit, uno univerſali epiſcopo, & ſummo cauſarum eccleſiaſticarum judice opus eſſe, alioqui fore, ut pleraque judicia, & ea maxime, quæ

a.

b.

(*a*) S. GREG. Regeſti L. IV. ep. 34.
(*b*) Diſſert. XII. in concil. Chalced.

diverſis patriarchatibus implicata ſunt, ad ſæcularem magiſtratum devolvantur: vel in contumeliam & exitium antiquorum, & apoſtolicis Nicænisque inſtitutis commendatorum novus ebulliat patriarcha, ſolo principis patrocinio & ſæculari ambitu omnia pervaſurus. Quod in oriente exitus comprobavit. In occidente vero, ubi primæ ſedis privilegio cœlitus conſignato lubentius ſubſcriptum, longe rariora ſunt exempla, & phænomena. Quo hæc pertineant, facile intelliget, cui perſpecta ſunt molimina & conſilia ab aliquibus ſæculis agitata, laceſſita ſummæ ſedis legitima poteſtate ab eo potiſſimum tempore, quo ceſſante conciliorum nationalium, & provincialium frequentia, majorem, pro commiſſa ſibi totius eccleſiæ ſollicitudine, in judiciis, negotiisque eccleſiaſticis exercuit auctoritatem: cui non omnes æque deferendum putant, ſed vident ſe in longe majorem ſervitutem incidere, & pro monarchico Pontificis tantopere exoſo, deſpoticum experiri.

Veluti in Gallia parlamenta ſeſe obtrudunt præſertim ad.

V. Obſervavit THOMASINUS (*a*), quod cum ſynodi diœceſanæ, & provincialia concilia quædam fuerint olim velut inexpugnabilia munimenta epiſcopalis jurisdictionis, curiæque eccleſiaſticæ & judi-

(*a*) De Benef. P. II. L. III. c. 110. n. 12. 13.

judiciales, quarum ſplendore veneratio, fiducia, admiratio, conſtantia foro eccleſiaſtico affunderetur; nunc ubi ceſſarint præſules a convocandis conciliis his ſuis tam neceſſariis, & ex adverſo cœperint parlamenta per Galliam & Lutetiæ defigi, & toto anno protrahi, cum ante deſultoria eſſent, & breviſſimo temporis ſpatio concluderentur, vix ac ne vix quidem fieri potuiſſe, quin complurimæ fori eccleſiaſtici cauſæ ad ſæculare traducerentur. Jam olim de his ſummis Pontificibus conquerendi, expoſtulandique cauſæ fuerunt, cum adhuc conſtarent ex æquali clericorum & laicorum parte, ut poſſent eſſe apta ad temperandam conſervandamque ſacerdotii & imperii concordiam. Ceſſante hac numeri æquatione, atque æquilibrio, quorſum res progredi debuerit, atque progreſſa ſit, quotidie novis & inauditis exemplis edocemur. Contendunt hæc tribunalia ad hoc eſſe ſe inſtituta, ut invigilent, atque jus dicant in quibusvis regni cauſis & negotiis, libertatibus præcipue eccleſiæ Gallicanæ. Honori ſibi maxime ducunt, contra poteſtatem Romanæ curiæ, regiam ſe tueri, atque auctoritatem legitimam paſtorum eccleſiæ ſupprimere, ſubjicereque politicæ (*a*). Ma- miſſa appellatione de abuſu.

(*a*) Heureſement (inquit unus ex illis) pour la

xime hic appellatione de abuſu abutuntur: nihil proficientibus contra cleri niſibus, aut etiam Pontificibus. Pro publica concione ill. MIRON, epiſcopus olim Andegav. edicere auſus eſt, plus detrimenti afferre fautores appellationum de abuſu eccleſiæ, quam ipſos hæreticos: BREVE is epiſcopus obtinuerat, a parlamento laceſſitus, quo caſus reſervatus Romanæ ſedi ſtatuitur juxta bullam cœnæ, ſi quis recurſum habeat eccleſiaſticus ad judices ſæculares; ſed nihil iſtis moventur, quin prætenſa ſua in eccleſiaſticos jura & judicia uſurpent: qui ſibi ſupremam, in clerum etiam, auctoritatem uſurpant, quidquid contra clerus conteſtetur, quidquid etiam rex evocando cauſas, caſſando arreſta agat, ut
a. recte a GUIMIERIO (*a*) jam olim obſervatum ſit: *Cum rex Franciæ ſit pugil eccleſiæ, & inter chriſtianos chriſtianiſſimus, debeatque cuſtodire jurisdictionem, & libertates eccleſiaſticas: ſed officiarii ejus*, verba illius

France, ils trouverent toujours en leur chemin le parlement, qui, au milieu de contradictions les plus vives, conſerva avec ſoin le precieux depôt de nos libertés. *Tradition de faits &c. p.* 131. Cette voye de l'appel comme d'abus eſt celle que les parlemens ont le plus ſouvent opposée aux entrepriſes du clergé, c'eſt auſſi contre elle, qu'il a dirigé ſes plus grands efforts.

(*a*) In Proœm. Pragm.

Digitized by Google

illius ſunt, *in multis hodie turbant eccleſiam in prædictis, ita ut niſi DEUS provideat, tandem jurisdictio & libertates eccleſiæ evaneſcent.* Idem peroptavit, ut a concilio Tridentino declaretur, an liceat judicibus laicis & ſæcularibus de clericorum & eccleſiæ prælatorum, eorumque officialium, etiam ſedis apoſtolicæ abuſibus cognoſcere. Quod olim jam ab epiſcopis ſub HENRICO IV. flagitatum, ut modus & limites ſtatuerentur appellationum de abuſu; ſed parlamenta pro hoc Palladio Franciæ, ut appellant, dira quæque movent, atque in ſacra omnia graſſantur.

Alibi etiam, qui eodem recidit, recurſu ad principem ſpecioſo prætextu.

VI. Nec ab hoc alludit recurſus ille ad Principem, quem JCti Belgæ ſtatuunt præſertim *Bern.* VAN ESPEN, adverſus quem Emin. Card. de BISSY epiſc. Meldenſis in inſtructione paſtorali an. 1722. querelas movit, & quam poteſtati legitimæ adverſam doctrinam ſuſtineret, oſtendit, quæ certe ab ESPENIO variis in tractatibus ſparſa doctrina fere auctoritatem eccleſiaſticam politicæ ſubjicit, atque latiſſimam januam ad turbas & ſchiſmata in eccleſia aperit, ſub ſpecioſo titulo cognitionis regiæ, atque recurſus ad principem, prætextu quietis reipublicæ & protectionis vi oppreſſorum. *Petrus* GOVARTS regiæ licet majeſtatis in

magno consilio Mechliniæ consiliarius inique hoc tulit, excitatus horrenda, ut confitetur, profanatione, ac quodammodo violenter adactus (licet in tribunali laico ipse consiliarius) pro immunitate ecclesiastica & sacerdotum a laica potestate, & sæculari tribunali, exemtione certamen suscepit. *Itaque*, inquit (*a*), *nec verbis, nec libris tantum immunitas hæc impetitur, sed ad executionem doctrinæ procedentes viri isti, Belgæ theologi coram judicibus illis sæcularibus lites instituunt, easque criminales & diffamatorias non tantum contra clericos, sed ipsos suos prælatos & episcopos judicibus illis, ut innocentiam suam probent, doctrinam suam, moresque judicandos submittunt.* Hoc ergo indignum maxime est visum GOVARTIO, quod ipsi clerici ac theologi jura & immunitatem calcarent recursu ad principem suscepto. Nimirum cum in Belgio plures sacerdotes Jansenismi coram episcopis accusarentur, punirenturque plerumque depositione a cura pastorali, ne oves suas corrumperent; hi recurrerunt ad sæculare tribunal, inde contra vim illatam, ut contendebant, perfugium quæsituri, atque in possessorio suorum beneficiorum judicium imploraturi. Præseferebant illi theologi, se morum & doctrinæ

2.

(*a*) Certam. Immunit. p. 24.

ctrinæ judices & arbitros non laicos, ſed eccleſiaſticos, ac ſignanter ſedem apoſtolicam agnoſcere, ſed tantum de poſſeſſorio ſuorum beneficiorum, quo ab epiſcopis eſſent dejecti, querebantur; ſed fallebant, quod cauſam & originem turbati poſſeſſorii reticerent, ad doctrinam & mores ſpectantem. Quare merito interdictus eſt ſolemni decreto archiepiſcopi Mechlinienſis recurſus iſte.

Protectionis regiæ contra violentias.

VII. Hinc jam novæ theologorum querelæ, novæ iterum cavillationes, non quod eis veretur recurſus ad conſilia regia in materia morum & doctrinæ, ſed negetur protectio regia contra violentias & viam facti. Interdictum iſtud archiepiſcopi, VAN ESPEN, qui defenſionem horum theologorum adverſus GOVARTUM ſuſcepit, calumnioſe impetit(a): *Quocunque*, inquit, *ſenſu interdictum accipiatur, falſum & calumnioſum eſt, theologos Belgas æquitatem interdicti non agnoſcere in quantum inhibet judicibus laicis, ne ordinationes aut proceſſus epiſcoporum in materia morum & doctrinæ eccleſiaſticorum convellant; aut ſub colore poſſeſſorii ad ſe trahant cauſas morum & doctrinæ: ſed quæruntur duntaxat de vafritie & calumniis adverſariorum, quibus ſub hoc prætextu re-*

8.

(a) Concordia Immunit. eccl. & Juris regii c. II. §. 2.

gis catholici religione & zelo pro tuenda eccleſiaſticorum immunitate abutuntur, ſuæque majeſtati falſo imponunt, ut theologis Belgis, quos calumniari amant, viam juſtitiæ occludant. Et poſtea: *Agnoſcat Govartius theologorum querelam non eſſe, quod judicium accuſationum in materia morum & doctrinæ contra eccleſiaſticos remittatur ad epiſcopos, ſed quod contra violentiam & viam facti protectio regia ipſis per fraudes adverſariorum regis interdicto abutentium denegetur.* Nimirum hoc unum continuo oggerit ad uſurpationes iſtas palliandas, quod clerici iſti in poſſeſſione & jure ſuo *via facti* turbentur, atque unice conquerantur de abuſu jurisdictionis, ſeu de vi & violentia, quam judices eccleſiaſtici inferant non judicando ſecundum juris ordinem ex præſcriptis legum & canonum: principes vero ſuprema ſua auctoritate vim illam reprimant, notent, ac caſſent, atque ita judicem reducant ad viam juſtitiæ, & tramites legitimos. Quaſi vero in ipſa eccleſia non ſit ſupremum illud tribunal, apud quod querelæ ejuscemodi poſſint deponi, & contra violentiam jus obtineri. Veteri quidem diſciplina id potiſſimum in conciliis contingebat, ut tamen ad Romanum Pontificem appellatio & recurſus adhuc relinqueretur: nunc autem

tem habentur gradus judiciorum ac tribunalium appellatoriorum. Fruſtra ſe iſti, ac præprimis VAN ESPEN tuetur veteribus licet paucis exemplis, ATHANASII fere ſolius; cum tamen nullus unquam etiam interpellatus princeps ſibi quomodocunque cognoſcendum, vel de cauſa ipſa, vel de vi arrogarit, ſed ad concilia, judicesque legitimos remiſerit. Alioquin ſi ob violentiam prætenſam cauſas ad ſe rapiant judices ſæculares, nihil erit quod non condemnatæ partes ad eos deferant. Cum potius eccleſia poſſet ad ſe revocare judicia ſæcularia ob rationem peccati, quod in omni iniquo judicio intervenit, atque finis ſpiritualis æternæ vitæ ſubjici debeat terreno reipublicæ civilis. Hæcque ſit cauſa, quare judicia ſæcularia aliquando poſſint & debeant ab eccleſia dijudicari, idque ordinarie in tribunali conſcientiæ. A jurisdictione autem ſæculari prorſus immunis eſt eccleſia, nec huic immunitati renunciare poteſt quicunque privatus, cum non ſit privilegium, ſed res ſexcentis canonibus, & ipſis civilibus legibus ſtatuta, juri naturali & divino innixa.

VIII. Enimvero quod immunitatem hanc clericorum attinet, cum non conveniat inter omnes doctores, ſitne juris divini nec ne, minor eſt culpa & perverſi-

Hac ratione eluſis ipſis cenſuris eccleſiaſti-

cis ac potestate clavium.

versitas, si lacessatur: at vero, ut potestas extranea & illegitima in ipsum usum clavium se ingerat, id contra prima christianæ legis fundamenta pugnat, qua potestatem ligandi solvendique ministris ecclesiæ datam esse nemo ignorat. Nihilominus pragmatici, atque inter hos Espenius eo progressus est, ut hic etiam viam & rationem inveniat principis auctoritatem interponendi, tum alibi, cum tractatu *de censuris ecclesiasticis*. Non quidem negat ecclesiasticis judicibus usum & exercitium clavium, ac censurarum ab illis dependentium: nec etiam vult principem de ipsa censurarum justitia seu causarum sufficientia per recursum ad sua tribunalia judicare; sed duntaxat de vi, & violentia. Non sum nescius, insignes etiam doctores hic aliquid defensionis extra judicialiter a principe impendendæ

4. largiri. Vult etiam Espenius (*a*) nullatenus per hunc recursum impediri, prælatos aut judices ecclesiasticos procedere, etiam per censuras, contra suos subditos in materia morum aut doctrinæ, sed unice pro tunc recursum provideri, ne sub pretextu sive pallio correctionis per viam facti, seu per violentiam, neglecto juris ordine, subditi seu laici, seu ecclesiastici opprimantur, & a pacifica sua possessi-

(*a*) Tr. de censur. eccles. c. VIII. §. 5.

poſſeſſione ejiciantur, priusquam ſervato juris ordine probatum ſit, ipſos eam pœnam meruiſſe. Extendit hæc ad omnis generis cenſuras excommunicationis, interdicti, ac ſuſpenſionis præcipue, dum paſtor quis munere ſuo ac jure exercendi functiones, ab officio paſtorali dependentes, arcetur a ſuo epiſcopo. Nec dubitat taliter ſuſpenſum recurrentem ad principem, donec judicio ſæculari æquitas, aut iniquitas judicii eccleſiaſtici ſit comprobata, libere proſequi poſſe functiones ſuas non obſtante prohibitone. An vero hoc modo ſervatur, quod Espenius dicit, per recurſum nullatenus impediri judices eccleſiaſticos procedere etiam per cenſuras? Si lata etiam ſententia damnatus ſtare non tenetur: imo dum remedia *caſſationis* etiam judici ſæculari tribuuntur: *Quibus ſcilicet*, utor Espenii (*a*) verbis, *reſcinduntur*, *annullantur*, *caſſique ac irriti declarantur prætenſi actus jurisdictionis incompetenter per ſuperiores & judices eccleſiaſticos attentati in præjudicium ac diminutionem ſupremæ jurisdictionis principis, eccleſiæ canonum, nec non legum ac conſuetudinum patriæ, inhibeturque omnibus ſubditis, ne quam rationem eorundem actorum ullo modo habeant.* His principiis innixi jam Galliæ curiales omnes ſe immu-

(*a*) De recurſu ad principem c. V. §. 1.

munes ab excommunicatione tuentur, quod adminiſtrationis ſuæ munia attinet, auctoritate regia & patria conſuetudine, cum antiquis temporibus ipſi imperatores ſeſe obnoxios cenſuris agnoverint, nec poſſint, quicunque per baptiſmum eccleſiam ingreſſi chriſtiano nomine cenſentur, cenſuram clavium declinare, aut in illius uſu a judice quocunque ſæculari impediri: cum hac facultate immediate a Chriſto ſint inſtructi, eaque ſuper omnes potentes hujus ſæculi utantur libere.

Contra expreſſam concilii Trident. mentem.

IX. Non hic agitur de violentia, aut via facti: omnino ſe a cenſuris immunes eſſe volunt: neque de vexata illa propoſitione, an ſententia paſtoris ſive juſta, ſive injuſta fuerit, timenda, aut tenenda ſit, de qua olim *Jo.* GERSON litem movit: non de propoſitione Quesnelliana 91. An metus excommunicationis etiam injuſtæ a proſequendo officio nos impedire haud debeat, quæ tam male habet parlamentarios, de ſiſtendo, cohibendo, caſſando effectu excommunicationis? Res eſt de cognitione, & judicio, quod ſibi ſæcularis magiſtratus in cenſurarum eccleſiaſticarum uſu præſumit, contra ſeveram concilii Tridentini prohibitionem Seſs. XXV. c. 3. *Nefas autem ſit ſæculari cuilibet magiſtratui prohibere eccle-*

eccleſiaſtico judici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, ſub prætextu, quod contenta in præſenti decreto non ſint obſervata; cum non ad ſæculares, ſed ad eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat. Nihil moror violentas detorſiones hujus decreti. Expreſſe conſtituit non ad ſæcularem, ſed eccleſiaſticum judicem pertinere cognitionem, an omnia in cenſuris ferendis rite ſint obſervata: quo ex fundamento VAN ESPEN non ipſas cenſuras, ſed earum proceſſum, atque juris formulas in jus vocari hoc recurſu perſuadere vult. *Judex regius*, ait (*a*), *nequaquam cognoſcit de cauſa priucipali, ſed unice de forma & ordine proceſſus, ſive de vi & violentia ſeu oppreſſione: id eſt, ſolum inquirit, an judex eccleſiaſticus via facti, an vero ſervato juris ordine proceſſerit.* Atqui concilium hanc etiam cognitionem judici eccleſiaſtico attribuit, ſæculari penitus demit. Nec aliter in eccleſia unquam fuit factum, dum quis gravatum ſe forte putavit, atque pulſum injuſta cenſura. Apud ſuperius & auguſtius tribunal in conciliis, aut ſuperiorem judicem ſummum præſertim Pontificem deponere gravamina potuit, non ἐξοτικὸν tribunal pulſare licuit. Quod vero concilia provincialia non amplius ordi- a.

(*a*) De Recurſu ad principem. c. III. §. 7.

ordinarie celebrentur, non ideo legitima eccleſiaſtica poteſtas ceſſat, aut ad principes eſt revocata, præſertim quoad uſum clavium, quorum non ſolum incapaces ſunt, ſed etiam ſubjecti quicunque potentes in ſæculo.

Jus *placiti* civili poteſtati tribuunt præſertim ESPENIUS quoad quascunq; bullas, & conſtitutiones eccleſiaſticas.

X. Sicuti vero quoad uſum clavium nullo modo quidquam prævalent principes & magiſtratus, utpote quarum diſpenſatio, altiori conſilio & auctoritate eccleſiæ miniſtris eſt concredita; ita pariter de clavi ſcientiæ in ſanciendis legibus, & edendis conſtitutionibus pariter ſe res habet, auctoritate omni tam quoad conficiendas, quam promulgandas, atque executioni mandandas reſidente penes legitimam eccleſiaſticam poteſtatem, ut nihil jure contra queat poteſtas extranea. Loquimur etiam hic de illis legibus univerſalibus Roma emanari ſolitis, & auctoritate legitima promulgatis per orbem chriſtianum: hoc enim ad generandam obligationem neceſſarium ducimus. Quoad acceptationem, ſi quod jus eſt, ad epiſcopos ſecundum communionem poteſtatis legitimæ inter ſummos eccleſiæ paſtores, neutiquam vero ad privatos fideles, neque etiam ad principes & magiſtratus pertinet, utpote qui in ordine ad religionem, finemque ſupernaturalem conſequendum poteſtati legiti-

legitimæ eccleſiaſticæ ſubſunt. Ex quo concludere licet, quid ſentiendum univerſim & generatim de *placito regio*, quod pragmatici æquum cenſent, atque inter hos ESPENIUS illud principi vi ſuæ auctoritatis & officii competere exiſtimat: ut ex ipſius ſententia nequaquam pro aſſerendo hoc jure laborandum ſit de titulo conſenſionis Pontificem inter & principem, aut de titulo præſcriptionis, vel ſpeciali aliquo privilegio apoſtolico, quo jus illud principi fuerit indultum. Alicubi quidem gentium præſertim in Gallia uſus obtinet, ut bullæ nonniſi cum litteris patentibus regis promulgentur, at minime ſe clerus ſolutum iſtis legibus & conſtitutionibus putat ideo, quod necdum ſolemni ejusmodi promulgatione regia ad ſe devenerint: novit deferre legitimæ poteſtati eccleſiaſticæ, atque ſecundum leges communionis poteſtatis hujusce ſua non regia auctoritate vim legibus & ſtatutis conferre. Ex quo ſane patet, de ſe nullo opus eſſe *placito regio*, ſique alicubi obtineat uſus illius, potius ſervitutem quam libertatem eccleſiæ cenſeri debere, atque poteſtati eccleſiaſticæ obeſſe ſolere, & facile in maximos abuſus degenerare. At aliter longe ESPENIO videtur, qui vult hoc jus omnibus principibus eodem jure ſu-

premæ regaliæ competere, ac commune eſſe, eique inſeparabiliter inhærere, neque liberum eſſe principi eo ſe abdicare, ipſosque regios officiarios ſuo juramento non minus obſtrictos eſſe, jus hoc integrum principi conſervare, ac cætera jura regaliæ.

Etiam dogmaticas inaudito exemplo, atque incompetente prorſus poteſtate.

XI. Neque jus hoc ad ullum ſpeciale reſcriptorum, ſeu bullarum curiæ Romanæ genus reſtringi poſſe, etiam decreta generalia morum reformationem præferentia, aut quibus libri proſcribuntur, imo nec bullas ſeu decreta dogmatica ab hoc jure placiti exemta eſſe poſſe, contendit: ita ut hæc decreta publicari & executioni mandari non poſſint, niſi prius examinata & confirmata auctoritate ſæculari tantum non quoad fidem internam, ad quam fideles teneantur, quacunque demum via ſufficienter agnoſcant, tale dogma eſſe ab eccleſia definitum.

a. *Quapropter*, inquit (*a*), *placitum regium nequaquam ſpectat ipſum fidei aſſenſum præſtandum dogmati, de quo fidelibus ſufficienter conſtat eſſe revelatum, ſed duntaxat externum illud, quod conſiſtit in ipſa dogmatis externa propoſitione, publicatione, & executione, quibus ipſi fideles ad profitendum exterius dictum dogma conſtringuntur.* Hæc refert in inſtructione ſua paſtorali

Em.

(*a*) VAN ESPEN de publicat. leg. P. V. c. 2. §. 1.

Em. Card. de Bissy, & jure exagitat. *Proh!* exclamat, *qualis theologiæ magiſter, docens fideles dogma aliquod teneri credere, ſed non teneri illud profiteri? Unde enim fiet, ut non ſit ultra in fidei profeſſione uniformitas, nec ea ſit religioni neceſſaria contra doctrinam apoſtoli ad Rom. X. corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Imo quod amplius eſt (addit Em. Præſul, quaſi hunc auctorem pœnituiſſet docuiſſe obligationem interne credendi id, quod eccleſia credendum decrevit) eo progreditur, ut populum fidelem ab ipſa credendi obligatione abſolvat, donec princeps mentem ſuam declaraverit: *Jure merito*, inquit (*a*), *contendunt principes decreta Romana, etiam fidem ſpectantia ad examen eſſe revocanda, & placito ſuo confirmanda priusquam populus . . . ſibi ſubditus obſtringatur, aut ad eorum obſervantiam per cenſuras aliove modo conſtringatur.* Quam ſint hæc injurioſa poteſtati eccleſiaſticæ, catholicus omnis fatebitur; ac ſi ſine placito regio nec obſtringi fideles, nec per cenſuras adſtringi poſſent in fidei etiam dogmatibus. Ulterius principi jus tribuit examinandi formulam, ſeu modum, quo dogma proponitur, quove publicari, & populo proponi queat, ut religioni minime

(*a*) Ib. c. II. §. 4.

nime ducat, principes arbitros facere formulam ſtatuendi, quibus capita illa contineantur. Ergo forte princeps e re ac tempore non exiſtimet vocem trinitatis, transſubſtantiationis adhiberi in profeſſione fidei, atque excuſandus eſt CONSTANTIUS, quod vocem Homouſion turbas excitantem ſupprimere allaboravit. *Hoc principio*, inquit Emin. Card. de BISSY, *evidenter erroneo petitur fidei unitas, quæ nonniſi profeſſionis ejusdem unitate conſiſtere poteſt.* Quod ſane exemplo ſuperius allato de Homouſio comprobatur, facile omnes ſectæ Arianæ delituiſſent ſub ſchemate catholici dogmatis, niſi vox iſta fuiſſet ſtabilita, quæ ſola diſpulit nebulas omnes & fumos Arianæ aſtutiæ, ac perfidiæ. Non ergo tunc attenderunt catholici epiſcopi, an vox ea motus & lites in republica politica concitaret, quando chriſtianæ reipublicæ intererat eam ſtabiliri; id vero totum eccleſiæ judicio erat decernendum: neque tunc epiſcopi placito iſti imperatorio deferendum exiſtimarunt, imo dira quæque exilia, carceres, mortem perpeſſi, quam quidquam legitimæ ſuæ poteſtati decedere paterentur. Qui vero frangi conſtantiam ſuam ſunt paſſi, fidem prodidiſſe reputabantur. Nihil ergo vis & poteſtatis in hac re principes habent, niſi forte ex

conni-

conniventia & indultu eccleſiæ. Religioſe vero Hiſpani reges ſe ac optime gerunt ſupplicatione ad ſanctiſſimum data, ſi qua lex turbas & motus importune promulgata excitaret. Quod in dogmatibus haud uſuvenit, quæ conſtanter ſunt ingerenda.

XII. Docet vero experientia, qua de cauſa principibus tribuunt, ut ne bullæ etiam dogmaticæ ſine eorum placito, examine, modi ac formulæ conſtituta ratione promulgentur, inde potius contraria omnia ſequi, nec turbas ideo aut tumultus ſedari, nec fideles ſubditos, ſi aliunde averſam a doctrina promulgata mentem ac hæreſin foveant, contineri. Patet id noviſſimo exemplo ob quinque propoſitiones JANSENII, & centum unam QUESNELLI ſolemni promulgatione etiam in Gallia & Belgio damnatas. Acceſſit placitum regium, & litteræ patentes, an ideo turbæ, & lites ceſſarunt? An ſe principis auctoritate inflecti citius ſunt paſſi? Nec hoc cogitari quidem licet de illis viris, qui ſuæ potius perſpicaciæ ac ſcientiæ perſuaſione ad repugnandum, fidemque decretis ac dogmatibus negandam ſunt adducti, quam auctoritatem qualemcunque ſectati. Non eo fine Pontificis Romani dictatis reſtiterunt in ſacra fidei cauſa, ut principis judicio ſtare vel-

Noviſſima exempla docent, nihil proficere conſpirante etiam cum eccleſia placito, & opera regia.

lent ARNALDUS, NICOLIUS, PASCALIS, le SACI, le TOURNEUX, le MAITRE, SIGLIN, Sainte MARTHE, HERMANS, TILLEMONT, DU-PIN, *Natalis* ALEXANDER, præſertim autem in altiori conſtituti gradu, GODEAU, PAVILLON, CAULETS, BUZENVALS, VIALARTS, CHOISEULS, BARILLON & alii. Non ita deſipuerunt, ut clavum ſibi ſcientiæ doctores hi, aut etiam auctoritatis epiſcopalis magiſterio effulgentes potentia regia extundi paterentur, ac reciperent bullas, quod regia potius auctoritate, quam eccleſiaſtica eſſent promulgatæ. Non ita ſtupidi erant, qui ſibi perſuaderent laicos quoscunque, nec regibus exceptis, a doctoribus, miniſtrisque eccleſiæ fidei, ac dogmatum formam diſcere debere, & accipere, neutiquam vi & potentia regia ea obtrudi poſſe. Conſtant hæc ex invicta animoſitate, qua ſe regibus ipſis oppoſuerunt, hodieque opponunt: nihil territi minis quibusvis, ac ſuppliciis. Qui aliqua dignitate, & auctoritate eccleſiaſtica pollebant, haud refugerunt in faciem regi reſiſtere, verbis ac ſcriptis refragariam ſuam conſtantiam denunciare. Quot non litteræ præſulum Gallicanorum ejuscemodi intrepidæ thronum ipſum regium ſubierunt? Legantur vel ſolæ, quas JOACHIMUS, epiſcopus montis Peſſulani an. 1728. ad

regem

regem dedit: clarebit, violentiam brachii ſæcularis obſtinaciam potius conciliaſſe: utpote quam cum conſtantia martyrum conferre non dubitant, tropheum crucis præſeferre jactant, quod varii generis ærumnis & ſuppliciis vis inferretur.

XIII. Nec hodieque magis aliquid dolent, ac conqueruntur ob bullam *Unigenitus*, quam viam quamcunque auctoritatis (*a*). Ad alia etiam principia procedunt de libertate conſcientiæ, ut omnem auctoritatem, vimque excludant, non ob placiti regii defectum, quo utique conſtringuntur, ſed ipſam bullæ naturam & conditionem. Ita quidem ad regem ipſum loquuntur, & dirigunt querelas (*b*). Vides cauſas recuſatæ

Dum qui auctoritati eccleſiaſticæ haud deferunt. a.

b.

(*a*) Que ces voyes d'autorité (ſcribit ex illis quidam) ſi eloignées de l'eſprit de la religion, n'ont jamais été plus multipliées a ſon préjudice, q'au ſujet de la bulle *Unigenitus*: que tous ſes ordres n'ont eu pour objet, que l'oppoſition d'un decret indeterminé, qui ne peut jamais par ſa nature quelqu'interpretation, qu'on lui donne, autoriſer l'abus qu'en font quelques eccleſiaſtiques. *Remonſtrance du Parlement au Roi du* 9. *Avril.* 1753.

(*b*) C'eſt par la violence, que l'on ſoumet les fideles a la bulle *Unigenitus*, c'eſt en leur refuſant toute inſtruction, & ſur le ſens des propoſitions condamnées, & ſur la qualité de la condamnation, & ſur les dogmes ou les erreurs, qni en ſont l'objet, & ſur la nature,

fatæ acceptationis easdem plane perſeveraſſe, poſtquam pluribus vicibus & artibus rex ſuam auctoritatem interpoſuit, quas jam animo conceperant, antequam non ſolum promulgata, ſed & ipſa bulla Romæ compoſita eſſet. Id in inſtructione paſtorali Em. de Bissy, epiſcopus Meldenſis nos docet contra Espenii tractatum de promulgatione legum a. 1712. editum: *Eo utique conſilio*, ait Card. *ut conſtitutionem* Unigenitus, *quam tum Romæ cudi ſciebat auctor, in anteceſſum infirmaret.* At quibus demum rationibus? Scilicet, nullas eſſe bullas, ſive deciſiones vere dogmaticas, niſi quod dogma aliquod certum, fixum, ac determinatum ſtatuant, alias omnes ad diſciplinam ſolam pertinere, quæ uno tempore locum habere poſſint, alio non. Hic tacite propoſitiones Quesnelli notat, earumque damnationem prævertere conatur, eadem plane ratione, qua etiamnum, nimirum ob ſenſus in ipſis non ſatis determinatos. Addit Em. Card. Meldenſis, hoc principio penitus enervari damnationes concilii Conſtantienſis adverſus errores Wicleffi & *Joannis* Hussi, bullas Pii V. &

& les conditions de l'acceptation de ce decret. Quelle indetermination? Peut-elle ſe concilier jamais avec l'idée d'un jugement dogmatique, d'un jugement irreformable de l'Egliſe univerſelle! *Ib. p.* 182.

Reflexionem Lilium dicitur (1200) cum
Lilium sit flos candidissimus, et ad reflexionem
aptissimus, quia ad reflexionem aptissimus, quia
ad reflexionem aptissimus, quia

non poſſunt, hæc omnia agi regio cum conſenſu & auctoritate, implorata a legitimis paſtoribus ad tuenda, executioni mandanda eccleſiaſtica decreta & ſanctio-
a. nes (*a*). Grandia mala, ingens concuſſio! At, ut vides; opitulante regio brachio, urgente & juvante legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis conſilia & molimina, quæ eſt vera tutelæ, & protectionis norma

(*a*) Sous le nom de Votre Majeſté (ipſum regem affatur parlamentum) on avoit interdit de pretres ſous peine d'exil, d'adminiſtrer l'extreme onction & le ſaint viatique; en joint a d'autres, ſous la meme peine, de ſe demettre des pouvoirs de pêcher, & de confeſſer; a quelques-uns de renoncer au ſacre miniſtére; il vous diſoit, Sire qu'il avoit recu perſonellement des ordres révetus de Votre Auguſte Nom, qui lui preſcrivoient d'interdire des pretres, d'ôter les pouvoirs d'adminiſtrer les Sacremens a des eccleſiaſtiques qu'il en jugeoit dignes . . . Dans combien d'autres diœceſes, Sire, des evêques plus zelés, pour leur domination, que pour Votre autorité n'ont-ils pas abusé de Votre confiance, pour mettre le trouble dans leurs egliſes, & pour faire ſubir des loix rigoureuſes a leurs inferieurs dans les fonctions du ſaint miniſtere: defenſes ont été faites de Votre part a des archidiacres de faire leur viſites, a des theologaux de preſcher &c. Combien de curés fideles a leurs devoirs, ont été enlevés a leurs paroiſſes par des ordres, que le faux zele de quelques evêques eſt parvenu a ſurprendre a Votre Majeſté. . . Quel ſpectacle affligeant pour la re-

norma eccleſiæ a principibus præſtanda, ut ſequatur, non præeat, promoveat, non impediat, quæ ab eccleſia decernuntur, atque opportunis coercendi remediis executioni mandantur. Quod dum piiſſime reges Galliæ ſtudere & exequi cernimus, econtra ſubalterna tribunalia ac

ligion. . . que la diſperſion d'une multitude infinie de religieuſes arrachées a ces aſyles ſacrés . . . conduites avec ſcandale de ville en ville &c. le faux zele, qui a ſurpriſes ces ordres a Votre religion, n'a pas reſpecté la perſonne des evêques memes. Pluſſieurs ont été exclus des aſſembles du clergé, ſous le Nom de Votre Majeſté, pour avoir ſuivi le mouvemens de leur conſcience, d'autres privé de la ſeance aux etats &c. Combien de congregations, de communautés ſeculiers & reguliers ſont privées d'un nombre conſidera. ble de leur membres leur ſuperieurs legitimes ſont enlevés par des voies d'autorité ſurpriſes a V. M. les congregations ſavantes ſe reſſentant de cette ſecouſſe univerſelle. Tout l'ordre de Saint Benoit en peu de tems a changé de face. Plus de 500. religieux de la congregation de Saint Maur ſont exclus de toutes charges &c. En un ſeul jour, cent docteurs de la faculté de Paris, reſpectables par leur lumieres, & par leurs vertus, ont été privés de toute voix deliberative, & de tout aſſiſtence aux aſſemblées : & combien d'autres avoient déja été enlévés a cette faculté par des ordres particuliers ? *Remonſtrances du Parlement au Roi, du 9. Avril 1753. p. 197. &c.*

ac judices turbant, tam regiæ poteſtati, quam eccleſiaſticæ auctoritati refragarii, ut ſua obſtinacia in omnia illa mala ruant fori & poli juribus ſpoliati. Recte enim dum utrique poteſtati reſiſtunt, utrique pœnas dant: dum ſe DEO & regi obſequium præſtare in ipſis inobedientiæ exceſſibus putant, eccleſiam ſimul & regnum perturbant.

Et ſacris quibusque etiam Sacramentis conculcatis, ipſo etiam Viatico poſthabito.

XV. Quod hodie in Galliis cum magno ſchiſmatis periculo fieri intuemur parlamentorum auſibus, uſurpationibusque enormibus in ſacratiſſima quæque chriſtianæ religionis pignora graſſantibus. Adverſus legitimam enim poteſtatem eccleſiaſticam, quæ in refragarios contra bullam *Unigenitus* Vaticano oraculo editam, atque communi eccleſiaſticæ poteſtatis robore firmatam, neceſſaria ſeveritate utitur, iſti ſe erigere non dubitant, in ipſo clavium uſu atque Sacramentorum adminiſtratione, quæ jure indignis, inobedientibus, & erraticis, etiam moribundis negantur, ſi ſe ſubjicere judicio eccleſiæ detrectant, eo ipſo momento, quo ad tribunal divinum ſiſtendi ſunt. Quis putet in hac re præciſe ſpirituali, atque miniſterium ſacrum unice ſpectante, cujus cognitio privative ad eccleſiæ paſtores pertinet, aliquid auſuram ſæcularem poteſtatem? Sicut fieri

ri hodie cernimus a parlamentis Gallicanis, qui ſui officii eſſe exiſtimant pro munere ſuo adminiſtrandæ juſtitiæ in regno, ne qui a clero a legitima eccleſiaſtica poteſtate Sacramentis fraudentur, qui bullæ *Unigenitus* deferre etiam in articulo mortis detrectant. Nuper hæc res in apertam flammam prorupit, cum Pariſiis parochus ad S. Stephanum in monte ad D. le MAIRE vocatus, Sacramenta non contuliſſet, quod ſchedam confeſſionis, qua acceptationem bullæ *Unigenitus* teſtatam faceret, non exhiberet: dictitans ſe veteri, non novæ religioni addictum eſſe: qua de cauſa ei Sacramenta negavit parochus. In quæſtionem vocatus coram parlamento, etſi ſe id egiſſe juſſu archiepiſcopi ſui dixiſſet, parlamentum hoc nihil obſtante præcipit, ne idem unquam facere auderet, quin ſine mora abbatem Sacramentis ad agonem provideret; quod dum negligit ille, comprehendi decernitur. Ad regem re delata, is quæcunque acta a parlamento hac in re irrita declarat. Parlamentum nihil non agit, ut regi perſuadeat, parochum & archiepiſcopum jus regium violaſſe. Rex iterum iterumque parlamento denunciat, ne quid ultra in hac re ſibi arroget. At parlamentum nec quidquam his regiis mandatis deferens in cœpto pergit, moribun-

ribundis fas eſſe dictitans, ut implorent magiſtratum, ſi Sacramenta eis negentur: tum vero ſchiſmatis periculum eſſe, ſi bullæ *Unigenitus* acceptatio urgeretur. Rex declarat, bullam *Unigenitus* in regno legis conſtantis vim habere, cavendas eſſe diſputationes, quæ turbas poſſent excitare. Novis viribus apud regem ſemper inſiſtit parlamentum, novaque mandata & arreſta edit, dum eccleſiaſtici pergunt Sacramenta recuſare: etiam moniales complures hanc ſortem ſubierunt, & clerici ſacerdotes, epiſcopis jura ſua tuentibus, præſertim archiepiſcopo Pariſienſi. Audet parlamentum hunc etiam in jus ad ſe vocare, eoque non comparente, bona proſcribere, nihil obſtantibus regiis inhibitionibus, ac conteſtationibus parlamento fas non eſſe, leges circa Sacramenta adminiſtranda dare: judicium de ea re ſoli eccleſiaſticæ poteſtati competere: hoc repetitis vicibus rex parlamento Pariſ. denunciari fecit: tum nuperrime aperte deputatis parlamenti Rothomagenſis, dum eadem de cauſa motus excitaſſent, ſignificavit: *Mirari ſuũopere regem, velle eos conſtitutioni* Unigenitus *obicem ponere contra tot declarationes tam regis deceſſoris, quam ſuæ majeſtatis, quæ ad id factæ ſint, ut huic bullæ veneratio & ſubjectio impendatur, quæ decreto catholicæ eccleſiæ debeatur. Regiam*

ſuam

Zanobi Acciaioli, che fu Fiorentino, e Cavaliere, e Conte Palatino, e Cappellano di Papa Gregorio XI. e Arcivescovo di Firenze, e Cardinale, e Legato di Papa Urbano VI. in Ungheria, e Vicario di Papa Bonifazio IX. in Roma, e Vescovo di Ostia, e Camerlingo di Santa Chiesa, e Governatore di Roma, e Governatore di Perugia, e Governatore di Bologna, e Governatore di Viterbo, e Governatore di Spoleto, e Governatore di Todi, e Governatore di Rieti, e Governatore di Terracina, e Governatore di Benevento, e Governatore di Campagna, e Governatore di Marittima, e Governatore di Romagna, e Governatore di Ancona, e Governatore di Fermo, e Governatore di Ascoli, e Governatore di Camerino, e Governatore di Macerata, e Governatore di Tolentino, e Governatore di Recanati, e Governatore di Loreto, e Governatore di Osimo, e Governatore di Jesi, e Governatore di Fabriano, e Governatore di Gubbio, e Governatore di Città di Castello, e Governatore di Orvieto, e Governatore di Montefiascone, e Governatore di Corneto, e Governatore di Civitavecchia, e Governatore di Sutri, e Governatore di Nepi, e Governatore di Rocca di Papa, e Governatore di Marino, e Governatore di Frascati, e Governatore di Tivoli

eos, qui vicaria tantum pollent auctoritate, ſupra poteſtatem & contra voluntatem principis velle niti, atque explicare potentiam, duplice crimine in ſacerdotium & imperium.

CAPUT VIII.

DE JURE STATUUM LAICORUM PACISCENDI DE REBUS SACRIS & ECCLESIASTICIS POSTERIORE HOC ÆVO USURPATO,

I.

Proteſtantes vi & armis ſectam ſuam ſtabiliviſſe.

Reſtat, agentibus nobis de jure principum circa ſacra, ſingularem effectum conſiderare, qui ſe non poteſt non exerere poteſtate civili res religionis ad ſe trahente, ut nimirum turbæ, motus, atque bella fidei cauſa oriantur, quæ deinde etiam conventionibus publicis, & pactionibus politicis componi neceſſum ſit. Erat hoc ſuperioribus temporibus inauditum: ſed poſtquam jus circa ſacra poteſtati ſæculari adjudicatum eſt, hoc neceſſario futurum eſſe debuit. Equidem frequenter acciderat, ut controverſiæ de religione diſcidia, diviſionem, ac deſolationem regnorum, & reipublicæ inveherent:

herent. Novimus, quas turbas Ariani in oriente & occidente, in Africa Donatiſtæ, circumcelliones, in noſtris partibus Albigenſes & Huſſitæ ante Proteſtantes ſuſcitarint. Sed nihil hæc ſunt ad noſtra tempora, quibus quaſi proprio-jure ſtatus regni, religionis omnem curationem in ſe ſuſcipiunt. Non jam calamo ſed gladio, non collatione pacifica, ſed bello religio vindicatur, non eccleſia ſed respublica, non epiſcopi in conciliis, ſed principes in comitiis de fide tranſigunt, decernuntque. Neque aliter Proteſtantes ſuam ſectam in Romano imperio firmarunt, quam vi & armis.

II. Hactenus hoc ſingulare fuit MAHOMETO, ut enſe unice putaret propagandam religionem: qua in re LUTHERUM ſectarorem habuit. ADRIANUS VI. in inſtructione, quam CHEREGATO nuncio ſuo ad conventum Nuribergenſem dedit, aliam attigit hujus rei cauſam: ſcilicet, LUTHERUM prope conſimili via ad ſeducendum populum chriſtianum uti, qua MAHOMETUS ille ſpurciſſimus uſus, tot animarum millia decepit: permittendo ſcilicet ea, ad quæ homines carnales propendent, & exinde eximendo eos ab his, quæ in lege noſtra graviora videntur: niſi quod LUTHERUS paulo modeſtius agere videtur, ut eo efficacius de-

LUTHERI feralis vox ad arma capeſſenda exemplo MAHOMETIS.

cipiat. MAHOMETUS plures uxores habendi, & eas pro arbitrio repellendi, aliasque ducendi licentiam conceſſit; iſte, ut monachorum & DEO dicatarum virginum ac ſacerdotum laſcivias carnis geſtientium favores ſibi conciliet, prædicat vota perpetuæ continentiæ etiam illicita eſſe, nedum non obligatoria, proptereaque licere eis per evangelicam libertatem nubere. Sed in alio etiam capite ac ratione, qua Mahometica ſuperſtitio invaluit, claſſico nimirum canendo ſatis manifeſtum fecit LUTHERUS, plus ſe Turcæ immani, quam catholicis principipus deferre, ac favere: unde hæ illius
a. voces (*a*): *Oro cunctos pios chriſtianos, ne ullo modo ſequamur, vel in militiam ire, vel dare aliquid contra Turcas: quandoquidem Turca decies prudentior, probiorque eſt, quam ſunt principes noſtri.* Unde illa
b. tragica ac feralis vociferatio (*b*): *Qui habet aures audiendi, audiat, & a bello turcico abſtineat, donec Papæ nomen ſub cælo valet.* Primi motus ruſtici Anabaptiſtarum LUTHERI principiis debentur, quem etiam judicem interpellarunt contra magiſtratus, quamvis ille in aperto ipſis adverſaretur, ſed poſtea ipſe auctor ligæ extitit Smalcaldicæ: unde recoctæ illius

(*a*) Epiſt. contra duo mandata Imperat.
(*b*) Tom. II. op. Lat. in aſſert. art. 13.

Digitized by Google

lius theſes in quibus vocat (*a*) *Pontificem lupum rabioſum, contra quem totus mundus ſine juſſu magiſtratus procurrere debeat, eum qui occiditur prius in hoc conatu, quam beſtiæ mortale vulnus inflixit, de hoc uno dolere debere.* Ne vero ita tantum contra Pontificem rabidus eſſe videri poſſit, ſequentia audienda ſunt a SLEIDANO omiſſa (*b*): *Hac ratione agendum cum omnibus, qui eum defendunt, tanquam prædonibus ſub duce ſuo ſive imperatores, ſive reges ſint.* a. b.

III. Non potuerunt hæc alios effectus habere, quam quos funeſta ſtrages omnium regnorum, in quæ præpoſtera reformandi libido pervaſit, Anglia, Scotia, Gallia, Polonia, Ungaria, Belgium, Pedemontium, ſed potiſſimum Germania noſtra, unde hæc flamma exarſit, loquitur: poſtquam nempe legitimæ poteſtati ſeſe oppoſuerunt, qua inſtructi principes nutritii eccleſiæ, ejusque advocati & protectores etiam, ſi opus ſit, fidem & religionem avitam armis tueantur, præſertim ſi, ut iſti factitarunt, Sacramenta, ritus, & cæremonias, ſacrificia conculcent, ſi bona eccleſiaſtica diripiant, templa, monaſteria, vota violent, præcepta eccleſiæ, jejunia, dies feſtos contemnant: cum iſtis ſe legitime inter- Quam omnia bellis implerit Proteſtantum religio.

(*a*) SLEID. L. I. c. 25.
(*b*) T. I. Witt. 407.

Digitized by Google

poneret utraque poteſtas ſacra & civilis, illi in rebellionem acti, vagam autonomiam, ac licentiam credendi ab omni imperio liberam quæſiverunt, omnia replentes litibus, contentionibus, miſcentes bella, clades, ruinas regnorum. Ipſum nomen Proteſtantium, quod ſibi aſſumſerunt, decreto Spirenſi ſeſe opponentes, ad cæſarem & futurum concilium appellantes, eorum animos declarat. Opportuna utique fuiſſet cauſæ finiendæ concilii auctoritas: ſed eventus docuit, congregato poſtea concilio Tridentino, non hinc ſe fidei ſecuritatem, ac formam quærere, ſed armis eam tutam velle, & aſſertam; neque ad hunc finem bellum formidare adverſus legitimum ſuperiorem: hoc principio freti in Germania arma adverſus imperatorem ſumſerunt, in Gallia conjuratio Amboſianenſis, & bella civilia ſunt ſuſcepta auctoritate doctorum Reformatorum, ut notat doctiſſimus Meldenſium præſul Bossuetus (*a*), juxta principia ſectæ, nimirum licere principi bellum inferre religionis cauſa, quam doctrinam etiam in ſynodis ſtabilierunt. 2.

Qua auctoritate tueantur, quibusve auctoribus

IV. Solent recriminari adverſarii, quod pœnis etiam & ſuppliciis Catholici afficiant hæreticos, illisque adeo vim vi repellere fas eſſe. At quam ſit diſpar ratio

(*a*) Hiſt. variat. P. III. L. 1.

Digitized by Google

tio inter principem ſubditos ob crimina, atque ob ſcelus longe maximum, hæreſin inquam, coercentem, atque ſubditos arma arripientes contra ſuperiores prætextu religionis, nemo non videt: nihil magis ſpiritui evangelii repugnat, quem revocare præſetulerunt iſti, idcirco nomine Evangelicorum, Reformatorum delectati: cum eo ſpiritu imbuta primitiva eccleſia contra immanes perſecutiones nunquam ad ejusmodi remedia recurrendum ſibi duxerit. Quam fruſtra vero ad nonnulla exempla antiquæ eccleſiæ provocarint, qui hac præprimis ætate hanc labem ſuæ ſectæ demere ſunt conati adverſus juſtiſſimam illuſt. BOSSUETI accuſationem, BASNAGIUS, BURNETUS, JURIUS, BAYLIUS, ex apologia hiſtoriæ variationum BOSSUETI videre licet, qui clariſſime oſtendit, quam ſibi in hac re minime conſtiterint. Certe enim in comitiis Auguſtanis 1530. decretum fuit, religionis negotium armis non eſſe componendum, & tamen poſtea, niſi armis, negotium iſtud nunquam compoſitum fuit. De Germania poſtea videbimus: de Gallia aliisque nationibus laudatus Præſul tum in hiſtoria variationum, cum in illius apologia videri poteſt. Qui oſtendit non caſibus extraordinariis, aut aliquo humano lapſu ejusmodi in legiti-

hæc egerint Proteſtantes.

mum magiſtratum rebelliones fuiſſe motas, ſed decretis atque miniſtrorum auctoritate & conſiliis, quibus magiſtris ad refringendam religionem ſunt uſi. Quod de CALVINO & BEZA incentoribus, fautoribusque bellorum inteſtinorum, quibus Gallia conflagravit, demonſtrat citatis in locis BOSSUETUS ex litteris ipſorum horum virorum. Quid quod indulgentiæ quoddam genus illis tribuerint prætenſi Reformati in ſynodo nationali Gallicana Lugdunenſi 1563. publicam remittendo pœnitentiam atque ad cœnam permiſſis duobus, uno, qui piaculum publice confeſſus fuerat, quod armis in regem movendis conſenſiſſet: altero, qui arma ſtrenue geſſiſſet. In aliis ſynodis decreto ſunt etiam ſancita bella, cujusmodi BOSSUET refert ſyn. Pariſ. 1562. atque enumerat mala, ex bellis hujusmodi non in Gallia tantum, ſed etiam in Pedemontio, Scotia, & Anglia ſecuta, quæ bella fuerunt auctoribus ſemper miniſtris & prædicatoribus incenſa, foraque. Id quod hodieque ex ſcriptis præſertim BUCHANANI, JUNII, BRUTI, BUCHERII, aliorumque monarchomachorum conſtat: qui potiſſimum eo prodierunt tempore, quo catholici principes de repurgandis regnis a contagione hæreſum fuerunt ſolliciti, BUCHANANUS

in

in dialogo *de Jure regni apud Scotos.* Junius BRUTUS *in Vindiciis contra tyrannos,* ſive de principis in populum, populique in principem auctoritate; uti etiam famoſus ille *Joan.* KNOX, teſte BUCANANO, Scotos non ad arma ſolum, ſed internecionem reginæ admonitione ad Nob. & pop. Scot. inſtigavit. Quod licet non tanta ac LUTHERUS fecerunt impetuoſitate, ſuis tamen etiam ſæpe ſcandalo fuerunt & deteſtationi, uti olim in LUTHERO MELANCHTON damnavit, quod ligarum in tota Germania fuerit auctor. Licet enim excitata a ſe incendia quandoque reſtinguere conaretur, ipſa tamen ejus doctrina, præſertim liber de libertate chriſtiana ad hoc factus erat, ut & legitimam quamcunque poteſtatem tam eccleſiaſticam quam civilem ſubverteret. In illa proterenda conſtantior & furioſior, in hac varius & verſipellis, quod ſua etiam ſecta favore & gladio principum ſtare deberet: non per oſtium in ovile Chriſti eccleſiam intrando, ſed aliunde irruptione facta.

Motus & bella religionis cauſa in Germania.

V. Ut vero de Germaniæ noſtræ rebus aliquid ſingillatim dicamus, nihil funeſtius eidem eſſe potuit iſtis principiis, ut quisque terræ portioni dominans, religioni etiam dominaretur, & potentia quam adamaret poſſet conſervare: facto

enim religionis diſſidio imperium hactenus unum corpus conſtituens, in partes ſciſſum eſt: quæ diviſio non poterat non multa incommoda producere, cum ſublata fiducia, & concordia, ac emergentibus indies ſuſpicionibus, imprimis autem una præ altera parte inſolita ſibi arrogante, inteſtinis turbis oſtium, atque aditus pararetur. Imperator ac principes catholici ſine aperta in DEUM, religionemque avitam injuria ac perfidia impune graſſari non poterant ſinere, malum catholicæ religioni exitium parans: ventum ad arma, quæ & ipſa ruinam imperii meditabantur inteſtino bello, ſtatibus imperii ſeſe affligentibus, conſumentibusque. Videbantur res initio Catholicis favere, præſertim infelici Proteſtantibus prælio, capto Landgravio Haſſiæ. Sed cum aliunde bellum præſertim a Turca immineret, pacis conditionibus aurem præbere conſultum erat. Prima de religione transactio Paſſavii 1552. inter MAURITIUM Saxoniæ ducem, & regem FERDINANDUM CAROLI V. nomine paciſcentem inita. Subſecuta eſt, prout fuerat conventum, pax religioſa an. 1555. concluſa: ſed non erat pax firma, ut facile in hac re ſperandum fuit. Multa aut omnino non, aut obſcure & ambigue erant ſtatuta, & nihil eſſe poterat tam

cla-

clarum, quod non partium ſtudia in ſuum commodum traherent. Proteſtantes nondum votis ſuis ſe potitos putabant, donec aut dominarentur religionis principiis in imperio, aut ad parem ſaltem cum Catholicis conditionis æqualitatem reducti eſſent; præſertim autem *reſervatum eccleſiaſticum* ad eorum palatum non erat.

VI. Hinc fomes ſæviſſimarum flammarum, atque funeſtiſſimi belli, quod aliquando erupit, cum diu occulte ignis gliſceret, & per partes hinc inde imperii ſtatus ſufflaminaret, ut nec catholici principes, ipſique imperatores ſatis in ſuis ditionibus cohibere flammam poſſent, inflammante homines liberioris in religione auræ deſiderio. In Auſtria nequiverunt pii principes obſiſtere, quin aliquamdiu libertatem religionis concederent, unde poſtea motus contra MATHIAM, cum eam revocaret, & antea jam in Styria contra FERDINANDUM, cum idem tentaret; ne quid dicam de turbis Bohemicis: eo protervitatis devenientibus ſtatibus Evangelicis Pragæ conventum celebrantibus, ut miniſtri cæſarei e feneſtra projecti ferantur. Sed nec curiæ imperatoriæ parcitum, religionis diſſidio in rebellionem immanem abeunte: hæc in ipſis imperatoris ditionibus. Quid dicam

Quibus tota Germania conflagravit.

de motibus Aquisgranenſibus, Colonienſibus, Argentoratenſibus, qui etiam in apertam flammam exarſerunt, donec arbitro duce Würtembergenſi ſopita fuit. Ut taceam tumultus Paderbornenſes, Emdenſes, Donavertenſes: inter ipſos Proteſtantes contentionis ſerra tracta in Saxonia, alibique, maxime inter Lutheranos & Reformatos, qui poſtremi in pace religioſa comprehenſi non erant, de quo tamen ſtatus Auguſtanæ Conf. diſceptabant: neque concordia tentata prorſus eos ad conſenſionem, niſi contra Catholicos, revocare potuit. In quam rem tot hinc inde conventus theologorum ac ipſorum etiam ſtatuum, tum ad ſectam ſuam firmandam conjungendamque, cum ad fœdus uniendum: maxime autem occaſione concilii Tridentini, ad quod a legatis imperatoris, & Pontificis Numburgi congregatis 1561. ſolemniter ſunt invitati, ſed repudiarunt tam ipſorum theologi & miniſtri in conventu præſertim Erfurtenſi, & publica proteſtatione, quam etiam ipſi principes remonſtratione an. 1562. imperatori facta, in comitiis Auguſtanis 1576. ubi craſſis de erroribus non dubitarunt Tridentinam ſacroſanctam ſynodum accuſare, conſilio de nationali ſynodo in medium allato.

VII. Ni-

VII. Nihil reliquum fecerunt interim ad reſtituendam religionis concordiam imperatores, indictis etiam Ratisbonæ & Wormatiæ conventibus, ubi per amica colloquia fortean pax redintegrari poſſet. FERDINANDUS, ut THUANUS narrat in præfatione ſuæ hiſtoriæ, paulo ante ſuam mortem poſt concilium Trident. Proteſtantibus, qui ad illud non venerant, ſatisfacere cupiens, novum rurſus cum illis colloquium ex MAXIMILIANI filii prudentiſſimi principis conſilio inſtituere voluit, ad idque *Georgium* CASSANDRUM virum doctum delegit, qui cum adverſæ partis paſtoribus controverſa Aug. Confeſſionis capita amice retractaret: *Sed*, addit THUANUS, *adverſa viri optimi valetudo, & utriusque accelerata mors fructum ex eo ſperatum Germaniæ invidit.* Verum, qui fructus ſperari potuiſſet, facile conjicere licet ex tantis animorum contentionibus, diſſidiisque, quæ ſatis produnt repetita illa in comitiis gravamina ex utraque parte, ut tandem ſeſe contineri non amplius paterentur ardentes tædæ, quin bellum inflammarent, unione paulo poſt initium ſæculi decimi ſeptimi ſeſe contra imperatorem obſtringentibus Proteſtantibus, cum jam belli flamma Germaniam affligeret. Uniſtæ hi ſunt dicti, quibus ſeſe oppo-

Diu nihil proficientibus pacis ſtudiis.

oppoſuerunt Ligiſtæ, tertia pars Neutralis erat dicta: triginta integris annis non ſolum armis, ſeipſam afflixit Germania, ſed etiam exteros reges accivit, eorumque armis ad ſuam perniciem eſt uſa.

Tandemque pax non vero religionis unitas reſtituta.

VIII. Sero demum ſerio de pace eſt cogitatum, non tam ipſius pacis amore, quam neceſſitate, exhauſta tot belli calamitatibus Germania, præſertim autem domo Auſtriaca ſpe fruſtrata reficiendarum rerum collapſarum, incumbentibus Gallis, Suecis, & plurimis Proteſtantibus Germaniæ ſtatibus, ac deficientibus pene omnibus confœderatis: ſed diu ſolis meditationibus, & deliberationibus res conſtitit, præter ſingulare pacis pactum Pragæ initum, quo parum Germania juvabatur: interim ad communem omnibus pacem tandem animum admoverunt belligerantes. Prolata utrinque gravamina circa religionem: ex parte Proteſtantium, de reſervato eccleſiaſtico, bonis eccleſiaſticis mediatis, libertate conſcientiæ ſubditorum, reditibus ſacris, jurisdictione eccleſiaſtica, ſcriptis pacem ſacram impugnantibus, & edicto FERDINANDI &c. gravamina in medium ſunt allata: replicatum a Catholicis, juſtitiam reſervati eccleſiaſtici injuſte impugnari, injuſtam eſſe extenſionem pacis liberum exercitium concedentis ad invaden-

da

da bona ſacra in ipſorum ditionibus ſita: pacem religionis inter cæſarem & ordines conſtitutam ad ſubditos non ſpectare: reditus ab Evangelicis e Catholicorum territoriis falſo quæri: Catholicorum præſulum jurisdictionem contra mentem pacis nimis coarctari (*a*) &c. Plures deinceps declarationes, limitationesque factæ horum gravaminum, donec tandem partes convenerunt, & inſtrumentum pacis Weſtphalicæ omnibus notiſſimum, ſupremorum paſciſcentium conſenſu conceptum, ſicque quadantenus pax reſtituta, minime vero fidei, ac eccleſiæ unio eſt redintegrata, imo ut deinceps eluceſcit, majores ſciſſuræ factæ ſunt.

IX. Jam videndum eſt de transactionibus religionis cauſa ab an. 1517. quo primum flabellum incendii, quo Germania conflagravit, LUTHERUS in eccleſiam claſſicum canere cœpit. Is cum ſemel iterumque concilium appellaſſet, videri potuiſſet, rem legitimo eccleſiaſtico judicio & auctoritate actum iri, cum præſertim in comitiis Nurimbergenſ. 1524. de ejusdem convocatione cum legato pontificio egiſſent ordines, annisque mox ſubſequentibus in comitiis Auguſtanis & Spirenſibus idem votum depromſiſſent,

Molimina de componendis religionis rebus in concilio fruſtranea.

(*a*) Videat. HOFFM. l. c.

ſent, rogato inſtantiſſime imperatore, ut illud congregandum procuraret. Proximis annis in comitiis ſerio de negotio religionis tractabatur. Memoranda autem cumprimis ſunt comitia Auguſtana 1530. in quibus confeſſio ab ea urbe Auguſtana Cæſari eſt oblata, lectaque publice cum ejus refutatione. Eidem tunc pauci ſubſcripſerunt principes, & urbes imperii: quibus deliberandi tempus datum, an uſque ad futurum concilium, an quoad articulos, de quibus conveniri non poterat, cum eccleſia & imperio uniti & concordes eſſe vellent, ut nihil in antiqua religione innovetur. Dum interim ad ſuſtinendam avitam religionem principes catholici paciſcuntur, Proteſtantes fœdus Smalcaldicum ineunt, ad mutuo propulſandam vim religionis cauſa inferendam. Imperator conſtanter inhæſit conſilio convocandæ ſynodi. Quod cum tardaret, immineret Turca, denegarent Proteſtantes omne ſubſidium, imperator compulſus Auguſt. Confeſſ. eam libertatem concedere, ne quis ei addictis religionis cauſa moleſtiam faceret, uſquedum concilium celebraretur, aut aliud remedium ſeſe offerret ad tollenda diſſidia. Pontifex etiam ſerio de concilio cogitare incipit, ejus rei cauſa legato ad Proteſtantes etiam miſſo. At

illi

illi novam plane & inauditam celebrandi concilii formam petunt. Aliquo poſt tempore remiſſius ob abſentiam cæſaris, atque impedimenta ei aliunde objecta, de cauſis religionis actum eſt, nihilominus in animis error magis ac magis crevit, ac ſerpſit, ut indictis an. 1546. comitiis Ratisbonenſibus, poſt colloquia Wormatienſia ſuperioris anni, alii Proteſtantium non comparuerint, alii ſine cæſaris venia exceſſerint. Inde bellum Saxonicum, ex quo ſuperior imperator tamen juxta fidem datam uſque ad ſubſequens concilium ſaltem tolerandos duxit, atque in comitiis Auguſtanis 1548. eidem concilio rem religionis tranſigendam commiſit: cæſar etiam ſalvum conductum ad illud pollicitus, decretumque *Interim* dictum edidit, quod tamen utrique parti cum diſplicuiſſet nihil profuit. Maxime autem Pontifex tunc JULIUS III. ægre tulit, imperatorem ſeſe ſacris ingeſiſſe, atque in comitiis profanis de rebus eccleſiaſticis tractaſſe: cum in eo uſus calicis & clericorum conjugia permitterentur: ac ea etiam miſcuiſſet dogmata, quæ jam tum in concilio Tridentino deciſa erant. Quapropter per nuncium ſuum apud cæſarem contra auſum iſtud excepit Pontifex, ac proteſtatus eſt. Poſt nova 1552. exorta bella dein-

deinceps in transactionibus illis tribus ſolemnibus pax aliquatenus fuit ſtatuta in imperio, quibus non ſolum Lutherana, ſed etiam Calviniſtica religio in Germania eſt ſtabilita, non pace conſcientiæ data, ſed exteriore tantum ſecuritate præſtita: cum conventiones ejusmodi non fidem, ſed tranquillitatem pro objecto habeant, atque ſi quidem jus fori, non etiam jus poli tribuant.

In conventu Paſſaviano, & pace religioſa primum circa religionem transactũ de reſervato eccleſiaſtico.

X. Quæ autem in tribus conventibus Paſſaviano, Pacis Religioſæ, & Weſtphalico circa religionem a ſtatibus acta ſunt, huc potiſſimum redeunt: Paſſviana transactio veluti prodromus pacis religioſæ erat, ubi cæſari obligatio impoſita publicos imperii conventus (*a*) intra ſemeſtre cogendi, in quibus componendi ſuper religione diſſidii ratio ineatur; pacem interea omnes colant, neque religionis cauſa cuiquam periculum creetur, ad imperialem cameram admittantur etiam Auguſtanæ confeſſionis ſocii. Sed ſemeſtre illud ultra duos annos accrevit. Anno igitur demum 1555. religionis negotium explicatum eſt, placuitque religioni dandam pacem: volebant, narrante THUANO (*b*), Proteſtantes, liberum eſſe debere omnibus, ſine ulla exceptione confeſſionem Auguſtanam amplecti, etiam

b.

(*a*) Vid. THUANI hiſt. L. X. (*b*) L. XVI.

tiam eccleſiaſticis. Contra contendebatur, neque civitatibus, quæ decretum Auguſtanum de religione ante ſeptimum annum recepiſſent, neque toto ordini ſacro id permittendum eſſe; quin imo, ſi quis epiſcopus, aut in ſacerdotali dignitate conſtitutus à recepta religione deficiat, eum loco moveri, aliumque in ipſius locum ſubſtitui debere. Erat hoc reſervatum illud eccleſiaſticum articulo V. P. R. ab imperatore inſertum, clericum catholicum ad caſtra Auguſtanæ confeſſionis tranſeuntem, ſalva honoris integritate, omni beneficio diſcedere, illudque catholicis relinquere teneri. Quo ipſo A catholicis omnis ad eccleſiaſticas Catholicorum dignitates aditus prælcluſus eſt. Peſſime hoc reſervatum eccleſiaſticum Proteſtantes habuit, maximeque controverſum fuit tempore Pacis Religioſæ: non ſolum enim imprudentes ei ſe conſenſiſſe dolebant, verum etiam aperte illi refragabantur: Catholicis autem illud ſibi extorqueri haud ſinentibus, ſic tandem concordia inita eſt, ut utriusque religionis Proteſtanticæ & Catholicæ commune ſit, ita, ut qui a catholica religione diſcedit ad Lutheranam, ſtatus imperii excidat prælatura cum omni jure, & viciſſim, retentis tamen fructibus atque reditibus interea perceptis & conſumtis.

Multum inter ipſos tractatus Pacis Religioſæ a FERDINANDO, & ſtatibus imperii A. C. concertatum fuit de hoc reſervato: his contendentibus ſic conſcientiis vim inferri, atque multis fraudi & dedecori eſſe religionis profeſſionem; ſed tandem vicit imperator, & pax VII. Cal. Octobris publice proclamata fuit.

Ac aliis capitibus ad religionem ſpectantibus.

XI. Hæc potiſſimum capita ad religionem ſpectantia THUANUS (*a*) compendio recenſet: ut libera permittatur quibuscunque Auguſtanæ confeſſionis profeſſio, neminique propter eam vis fiat: ſimulque bonis, facultatibus, vectigalibus, ac poſſeſſionibus, quas habent, pacate uti, frui liceat. Religionis diſſidium non aliis quam amicis rationibus componatur. Viciſſim confeſſionis Auguſtanæ ſocii erga eccleſiaſticos ſe moderate gerant, eisque religionem ſuam, cæremonias, leges, poſſeſſiones, vectigalia, ac jura libera concedant, nec ullâ ratione impediant, quo minus iis uti, frui pacate poſſint: qui non ſunt alterutrius religionis, hoc decreto non comprehendantur: ſi quis antiſtes alia dignitate in eccleſia præditus a religione veteri deſciſcat, is continuo dignitate ac jure excidat, fructibusque, quos inde percepit, privetur: quod ipſum tamen ſine ulla ejus infamia fiat, jus-

(*a*) Loc. cit.

jusque ſit collegio, aut iis, ad quos jure vel conſuetudine id pertinet, alium in illius locum ſufficere. Quia vero nonnulli imperii ordines, eorumque majores quasdam eccleſiaſticas præfecturas, collegia, cœnobia, & alia id genus bona ſacra ſibi ſumſerunt, eaque in miniſterii ſcholarum, & alios utiles uſus converterunt, ii ne hoc nomine interpellentur, nec in jus vocentur, neque cameræ judicibus ob id quidquam adverſus eos ſtatuere liceat: quod de iis bonis intelligatur, quæ minime ad imperium, aut alios imperio ſubjectos ordines pertineant, & quæ alienata, vel uſurpata fuerint, ante Paſſavienſem pacificationem. Item ut jurisdictio ſacra non exerceatur contra A. C. ſocios, ſed ſuſpendatur, donec ſublatum fuerit diſſidium. Pacificatio iſthæc non ſolum in pluribus imperii receſſibus confirmata fuit, ſed etiam in Inſt. Pac. Weſt. (*a*) ſtatutum, ut in omnibus ſuis capitulis unanimi imperatoris, electorum, principum, & ſtatuum utriusque religionis conſenſu initis ac concluſis rata habeatur, ſancteque & inviolabiliter ſervetur. Solummodo autem uſque ad amicabilem rerum compoſitionem eſt extenſa: quæ ſi forte in concilio obtineri nequeat, pax 8.

(*a*) J. P. Art. V. §. 1.

tamen ſit perpetua, & irrevocabilis, ut articulo X. ſtatuitur: ita ut nullæ aliæ ineantur viæ ad diſſidia religionis componenda, & unitatem & concordiam revocandam, quam pacifica & placida: abſtineaturque ab omni læſione, ut primus ſtatim articulus cavet: neque ullus alterum ob religionis diverſitatem invadat, turbet, opprimat, condemnet (*Art. II. & III.*) relictis cujusque partis conſcientiæ religionis controverſiis.

Quæ in Pace Weſtphalica &c. circa religionem ſtatuta.

XII. Pace religioſa, cum non ſatis ſibi proviſum putarint Proteſtantes, multi ex ipſis rentur, minus caute factum, quod eam in P. W. confirmari permiſerint: quare in enatis controverſiis potius ad I. P. W. recurrunt, ubi certum eſt, plura eos jura eſſe conſecutos: quare tanquam ſanctionem pragmaticam haberi in imperio, non conventionem tantum, pacem Weſtph. volunt, necdum tamen ab omnibus impetrare hoc potuerunt: unde in controverſia Racknicenſi nobilium Palatinorum 1711. a multis eſt defenſum, pacem Weſt. proviſionaliter eſſe conſtitutam, ad eamque non diutius provocari poſſe, quam ſtatus Aug. Confeſſionis hanc fidem profiteantur &c. Multa in P. W. ſingulariter ſunt ſtatuta, quæ religionem attinent: imprimis enim publica tolerantia in imperio, antea ſolum

A. C.

A.C. addictis data eſt, etiam ad Reformatos extenſa; jus reformandi exercitium religionis eximium ordinibus imperii, tanquam dominis territorialibus adſcriptum, ut quod velint publicum religionis exercitium, hoc eſt publicam in loco ſacro verbi divini prædicationem, & adminiſtrationem Sacramentorum introducere poſſint, conceſſo tantum privato, quibus lubuerit principibus: integra ſemper conſervata cuique conſcientiæ libertate, ita ut vaſalli, & ſubditi quicunque etiam homines *proprii*, ut vocantur, libere decedere, & emigrare valeant, ſi eos tolerare dominus nolit: an autem præter Lutheranam & Calvinianam ſectam aliæ e. c. Zwingliana, Anabaptiſtica &c. ſi principibus lubuerit, tolerari ac recipi queant, hodieque diſputatur. Præcipue vero notanda, quæ in J. P. de anno ſeu termino reſtitutionis in eccleſiaſticis ſunt ſtatuta: de quo in ipſis tractatibus lis eſt mota, cæſare reſtitutionem in eccleſiaſticis ab an. 1627. contra Proteſtantibus ab an. 1618. inchoandam poſtulantibus: quæ deinde ad an. 1624. eſt affixa, conventumque ut, qui ſtatus inquieta bonorum poſſeſſione die 1. Jan. fuerint, ea retineant: quo ipſo ampliſſima bonorum eccleſiaſticorum portio eccleſiæ detracta, & illius hoſtibus con-

credita ſunt: quod quidem multum ad pacis ſecuritatem contulit, ſed eccleſiam miſere diſcerpſit. *Poſtquam*, inquit
a. FORSTNERUS (*a*), *pace, quam dixi, Weſtphalica poſſeſſio bonorum eccleſiaſticorum Proteſtantibus in futurum aſſerta, & Romano-Catholicis reliqua quoque amittendi metus demtus, atque ſuſpicandi, timendique utrinque cauſæ exciſæ ſunt . . . utrosque communi bono, & libertati cuſtodiendæ intentiores futuros credere par eſt:* Eſt & articulus quartus pacis Ryswyckenſis, nonnulla de eccleſiaſticis rebus ſtatuens, quæ tamen minus Proteſtantibus favent, unde illorum conatus ingentes fuerunt & ſtudia ad eum articulum eliminandum.

Præcipua capita in pacificationibus circa ſacra, quæ videantur religioni injurioſa.

XIII. Ad tria potiſſimum capita revocari poſſunt, quæ in hactenus recenſitis pactionibus circa ſacra ſtatuuntur. I. Certarum religionum liberum non ſolum exercitium conceditur, atque ordinibus ſeu ſtatibus politicis de hoc exercitio diſponendi facultas tribuitur, verum etiam cujusque conſcientiæ & lubidini fides ac religio committitur, vetaturque, ne principes in hæreſibus eliminandis, extirpandisque erroribus, & proſcribendis, eccleſiæ auxiliares manus præbeant,

(*a*) *Chriſt.* FORST. Epiſt. de moderno imperii ſtatu apud HOFFM. P. II. p. 69.

Digitized by Google

beant, cuique relicta poteſtate deficiendi a fide catholica, capitalesque & exitiales de DEO, rebusque divinis fovendi opiniones: cum talibus omnes ſemper pii magiſtratus reſtiterint, exemplo MOYSIS, EZECHIÆ, JOSIÆ, chriſtianorum principum, ac imperatorum, quibus religio cordi fuit, imo ipſius Chriſti SAULUM proſternentis. II. Eccleſiaſticis ordinibus jurisdictio eſt ademta, quieſcere juſſa, atque idcirco ſuſpenſa, ut eam proteſtantes principes ſæculares uſurpent; varie epiſcoporum jura ſucciſa, jusque epiſcopale unacum jure reformandi, atque eccleſiaſtica poteſtas & jurisdictio circa ſacra ſæcularibus permiſſa, quæ a Chriſto apoſtolis, eorumque in officio paſtorali ſucceſſoribus tradita, nullo ad ſtatum aliquem politicum, & ab eccleſia extraneum habito reſpectu: utpote poteſtate ſpirituali, & eccleſiaſtica toto cœlo a politica, ac civili diverſa. III. Tot bona tam immediata, ut vocant, quam mediata eccleſiæ abrepta: integer archiepiſcopatus Bremenſis, cum epiſcopatu Verdendi coronæ Suecicæ: archiepiſcopatus Magdeburgenſis cum epiſcopatibus Halberſtadienſi, Mindenſi, Caminenſi electori Brandenburgico: epiſcopatus Suerivenſis & Zazenburgenſis domui Saxonicæ in duce Me-

gapolitano traditi; ut nihil de abbatiis etiam principali dignitate fulgentibus, aliisque infinitis bonis eccleſiaſticis dicam: ſolummodo Vertumnum regiminis commemorem, quo epiſcopatus Oſnabrugenſis modo catholico, modo proteſtantico epiſcopo alterne regatur: canonici etiam diverſæ religionis eidem eccleſiæ dati ſunt.

Quinam ſe oppoſuerint hujusmodi pacificationib⁹, & qui calculum addiderint.

XIV. Hæc ſunt potiſſima, quæ in pacificationibus circa ſacra præſumſerunt ordines imperii: de quibus quid in theſi ſentiam, ſatis ut opinor declaravi, quid in hypotheſi tenendum putem, ſi edicam nihil intererit, nec quidem conſultum erit: quandoquidem art. V. §. 50. J. P. ſevere cautum de transactione Paſſavienſi, Pace Relig. & pacificatione Oſnabrug. nec publice nec privatim concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, aut conſulendo uſpiam impugnanda, in dubium trahenda, nec aſſertiones contrarias inde deducendo: & articulo XVII. §. 2. & 3. ſpeciatim de Pace Oſnabrugenſi, utpote lege imperii fundamentali, tam ſancte cuſtodienda ſciſcitur, ut contra eam, ullumque ejus articulum, & clauſulam nulla jura canonica & civilia, communia vel ſpecialia privilegia, mandata, litis pendentiæ, res judicatæ, transactiones, edictum Pacis Pragenſis, concordata

data cum Pontificibus, capitulationes, aut ullæ aliæ exceptiones ac proteſtationes ſive politicæ ſive eccleſiaſticæ intra vel extra imperium, ut art. V. §. 1. habetur, valeant, quæ omnes inanes, & nihili declarantur. Unde nec URBANI VIII. ſæpius repetitæ contradictioni 1631. litteris ad Nuncium; 1634. ad legatum electoris Moguntini; 1643. ad epiſcopum Auguſtanum locus datus: nec interpoſitæ legari a latere Ratisbonæ 1641. Proteſtationis, aut poſtea 1661. declarationis contra Pacem Oſnabrugenſem, & Monaſterii ab INNOCENT. X. factæ ratio eſt habita vel ab ipſis Catholicis, ſicut olim PII IV. & PII V. contra Pacem Religioſam molimina vana fuerunt: cum hic, teſte THUANO, COMMENDONO legato enixe injunxiſſet, *Ut ſi religionis negotium in comitia deduceretur, ipſe ſuo nomine publice proteſtaretur, & in cunctos, qui aderant tam ſæculares, quos vocant, quam eccleſiaſticos principes divinæ cenſuræ gladium interminaretur, & contra cæſarem imprimis &c.* quod legatus ſtrenue non ſemel præſtitit voce & ſcriptis, pluries per viſcera D. N. J. Ch. obteſtando, proteſtandoque. Quid mirum igitur ſi alii uti Cardinalis HOSIUS, POSSEVINUS, *Euſebius* de EUSEBIIS, ſeu qui ſub hoc nomine latet MULMANUS *S. J.* ERNESTUS, THEOPHI-

LUS GENEROSUS, GENUINUS GERMANUS quisquam, magnusque præterea numerus calamum aut linguam in ejusmodi pacificationes ſtringentium nihil profecerint; quamvis ſub ipſis tractatibus catholicos paciſcentes nonnihil titubantes facillantesque reddiderint: erant ex adverſa parte jurisconſultorum cohors, qui ejuscemodi cum hæreticis transactionibus ſcriptis, & calculo ſuo favebant: qui tamen ſæpe & ſuos nacti ſunt adverſarios, maſtigasque.

Momenta, & rationes, quibus ejusmodi pacificationum jus, ac juſtitia defendantur.

XV. Poſt tanta præjudicia meum adhuc tenue illud & imbelle interponere judicium nihil eſt opus: liceat tamen mihi colligere momenta quædam, quibus utriusque partis patroni cauſam & provinciam ſuam ſunt tuiti. Ajunt qui a pacificationibus iſtis ſtant, minus malum præ majori, ſi hoc evitari nequeat, amplecti non ſolum licitum eſſe, ſed etiam hoc neceſſario faciendum, ubi aliter res ſalva eſſe nequeat, præſertim quando de rebus ejusmodi momenti agatur, quas ſine injuria in DEUM periculo exponere non liceat: cujusmodi præſens cauſa religionis fuerit: nihil Proteſtantibus conceſſum eſſe, quod non jam ipſi antea uſurparint: cavendum fuiſſe, ut vera religio in illis partibus, in quibus adhuc vigebat, retineretur. Jus reformandi, quod antea jam

ſibi

ſibi Proteſtantes arrogarint, per pacificationes factas limitari, ac reſtringi, dum cavetur, ne ſubditi inviti ad ſectam acatholici ſui principis amplectendam compellantur, ſed quiete in exercitio ſuæ religionis degere poſſint, aut libertate emigrandi gaudeant, quo ipſo animarum periculum ceſſet, ne in diſcrimine verſentur, vim ſufferendi religionis cauſa, neque jus principibus acatholicis tributum hæreſin in ſuas ditiones introducendi, ſed quod impediri non potuit, hoc permiſſum eſſe ob periculum judicio prudentum inevitabile religionis perdendæ in toto imperio, niſi in aliqua parte toleretur; omnium ſententia tolerantiam hæreſeos ad tempus concedi, nec eſſe cauſam, cur non etiam in perpetuum idem fieri poſſit, quando appareant difficultates & mala publica duratura æternum: quo rerum ſtatu pacta de toleranda religione non ſolum licite fiant, ſed etiam paciſcentes obſtringant; ut datam fidem ſervent, quandoquidem incolumitati publicæ conſuli nequeat, atque ex licentia frangendi fidem datam hæreticis plus mali, quam boni redundaturum ſit ad felicem reipublicæ ſtatum: cum impunitas ſecuritasque hæreſeos non directe cooperetur hæreſi, atque hactenus experientia doceat, eam immunitatem magis catholicæ fidei profuiſ-

ſe,

ſe, quam hæreſi, pluribus principibus ad orthodoxam fidem reverſis, quibus alias maxima tum a reliquis heterodoxis ſtatibus, cum ab ipſis ſubditis oppoſita obſtacula fuiſſent ſuperanda. Quoad bona eccleſiaſtica multo rem eſſe expeditiorem, illis potius cedendum fuiſſe, quam religioni, quæ fuerit in præcipiti: jacturam bonorum eſſe minus malum quam animarum, ſicque has potius a cæſare eccleſiæ advocato defendendas fuiſſe, utpote propter quas Chriſtus mortem oppetierit: tantam autem fuiſſe calamitatem, tamque formidoloſa tempora hiſtoria docente, ut aut migrandum fuiſſet Catholicis, aut bona quædam eccleſiaſtica cedenda hæreticis, ac ſecuritas pacto publico illis permittenda: atque etiam conſultius fuerit quædam bona amittere, quam omnia periculo exponere: cum præſertim hæc bona indulgentia ac largitate ſæcularium ſive principum, ſive privatorum ad eccleſiam pervenerint, qui non potuerint bona illa ita donare, ut non revocare illa liceat, ſi revocatio judicio prudentum cenſeatur eſſe neceſſaria ad conſervationem religionis, ac reliquorum bonorum. Neque ad hoc licentia vel auctoritate Pontificis opus fuiſſe, cum aliter res tranſigi haud potuerit, & conſervatio fidei imperatori jure divino incum-

cumbat: quodſi proinde in hunc finem quædam bona hæreticis relinquenda ſint, ob majus imminens religioni diſcrimen, Pontificem obſiſtere non poſſe. Epiſcopatus vero, de quibus concedendis maxime quæſtio eſſe poſſit, eſſe feuda imperii, quæ cæſaris diſpoſitioni ſubſint: qui proin absque voluntate Pontificis & conceſſione eccleſiæ Proteſtantibus ea concedere potuerit, cum aliter ſine evidenti periculo fieri nequiverit, & imperator ea bona, a Proteſtantibus jam occupata, recuperare haud potuerit: quo eo ipſo pax uſum tantum non dominium conceſſerit.

Momenta & rationes, quibus contra oppugnentur.

XVI. Rationes, quibus alii ad convellendam harum transactionum juſtitiam & æquitatem utuntur, quamvis ſparſim in ſuperioribus a nobis ſunt allatæ, juvat tamen hic compendio tangere. Ajunt ergo principes, ac imperatorem omnino officio, & obligationi ſuæ defuiſſe, quibus nihil antiquius eſſe debeat, quam ſartam, tectamque conſervare eccleſiam, fidem, ac religionem integram, illibatamque tueri, cum teſte SOZOMENO, *ſatius ſit imperio cedere*, quam *prodere domum DEI*: quod olim conſilium fuit S. CHRYSOSTOMO, ARCADIO imperatori datum, quando de unica eccleſia Arianis concedenda quæſtio fuit, imperatore

GAINÆ

GAINÆ, ducis Ariani rebellionem vehementer metuenti: potius ergo extrema quæque periclitari oportuiſſe Catholicos ordines, quam tantam religionis jacturam facere, hæreſibus patentem in Romano imperio januam dare, impunitatem largiendo, DEO fidem abnegandi, & ab avita religione ſeceſſionem faciendi: cum jam vi pacis obſtringantur fœdere nunquam intermorituro cæſar ac catholici principes, voce, ſententia, ope ſæpe Proteſtantibus adeſſe contra Catholicos, eorum juvare cauſas, pro illis cauſam dicere in negotiis religionis, in conſcientiæ libertate eos tueri, qui fidem catholicam abjurant: Catholicorum violentæ emigrationi, eccleſiarum invaſioni, heterodoxorum miniſtrorum intruſioni, expulſis catholicis, patrocinari, vi, banno, mulctis cogere, æque hæreſi, ac fidei catholicæ in jure dicundo favere; cum cæſar jurisjurandi religione teneatur ad fidem catholicam defendendam, & jura eccleſiæ conſervanda, quæ etiam potiora habenda ſint, quam ipſum regnum: emergere quidem poſſe tempora tam periculoſa, ut ſatius ſit ad tempus malum ſerpere ſinere, ſed hoc præſtandum ſanctione pragmatica revocabili, non pacto & conventione perpetua, quæ etiam obliget, ubi commodæ ſeſe offer-

rent

rent occaſiones malum e medio tollendi. Sic HONORIUM Imperat. ob periculum, quod imminebat Africæ ab ATTALO tyranno & Donatiſtis, ſi ſe, ut timebatur, conjungerent, libertatem religionis dediſſe, ſed ſuaſu epiſcoporum paulo poſt revocaſſe. Superiore ævo edicto Nannetenſi, quo præcipue libertatis fidei conceſſio continebatur, interceſſiſſe clerum Gallicanum, Galliamque etiam hoc modo regni incolumitati conſuluiſſe, cum imperium Germanicum eam peſſumdet: quo Salvatoris noſtri effatum in nobis impleatur: omne regnum in ſe diviſum deſolandum eſſe. (*a*) Deinde principum, ipſiusque imperatoris poteſtatem omnino excedere, ut de religione paciſcantur, leges & præcepta eccleſiaſtica, canones & decreta, jus epiſcopale & jurisdictionem eccleſiaſticam ſiſtere, clericis eripere, & laicis permittere, cum jura ſpiritualia communicari laico nequeant; cum principes tractatibus ſuis cedere non potuerint, juribus eccleſiaſticis: rem tolerandam fuiſſe, ſi ſolum de bonis eccleſiaſticis, non de rebus ipſam religionem attinentibus res & negotium eſſet, quæ tamen ipſa bona legitime ſemel acquiſita, & quiete poſſeſſa ſine injuria auferri non potuerint, maxime reclamantibus poſſeſ-

(*a*) Luc. XI. 17.

poſſeſſoribus, & renitentibus ſubditis: eoque ſummo eccleſiæ detrimento, ut cum bonis, & poſſeſſionibus ipſæ hæreſes altas radices accipiant, ex illisque illi alantur, ſuſtententurque, qui veram fidem oppugnant, errores diſſeminant, ac pravas doctrinas ſpargunt, ſicque eccleſia Germanica non ſolum ſerpentem in ſinu foveat, ſed eum etiam ſuis e viſceribus ſuſtentet: & cum ſcripturæ, ſacrique canones antiqui omni commercio cum hæreticis interdicant, nobis neceſſitatem impoſitam eſſe inter illos vivendi, ſocietatem ineundi, ac converſandi cum gravi plurium ſubverſionis periculo, & pietatis damno, omnium vero maximo eccleſiæ detrimento, cui fidei unitas unice neceſſaria, varietas vero ſummopere adverſaria: dicente apoſto-
a. lo (*a*), ſicut unus ſit Dominus, ita unam fidem eſſe debere: idemque nos moneat, ut ſimus ſoliciti, ſervare unitatem in vinculo pacis, cum DEUS non diſcordiæ, ſed unitatis ſit auctor, adeoque nec earum pacificationum poſſit haberi particeps, quibus, diſcordantibus de fide ac religione ſectis, ac opinionibus, pariter favetur, caveturque, relictis præſertim cauſis fidei cujusque arbitrio: ut quod GREGORAS de miſeris Græciæ poſterioribus

(*a*) Eph. IV.

ribus temporibus edixit, idem de noſtra Germania dici poſſit, utinam non eadem aliquando manente ſorte. *Apud nos*, inquit (*a*), *etiam opificibus effuſa ſunt arcana theologiæ, atque ita omnes inhiant rationatiunculis, & ſermonibus ſyllogiſticis, ut herbæ & paſcuis armenta: & illi, qui de recta fide ambigui ſunt, & qui, nec quomodo credendum ſit, ſciunt, nec quid ſit illud, quod credere ſe dicunt, illi, inquam, & fora & porticus, & theatra omnia theologia compleverunt: neque ſolem hunc teſtem facere impudentiæ ſuæ reverentur. Quomodo autem non ſit abſurdiſſimum. . . . . apud nos, qui purum pietatis myſterium profitemur, ita profanari res divinas, & omnibus, qui de theologia diſſerere volunt, id licere ſuopte arbitrio & ſuffragio. Factionum vero principes*, idem alio loco dicit (*b*), *inter ſe digladiabantur, & linguas contra ſeſe mutuo armabant, non zelo divino, ſed iracundiæ impetu ducti.* Iſthæc relata a LIPSIO (*c*) ex GREGORA deſcripſimus. Audi vero ejusdem ἐπιφώνημα· *Hæc in Græcia olim fuere: quando? Cum paulo poſt ruit. Nos quid aliud exſpectemus, niſi malis errationibus finem imponamus.*

a. b. c.

(*a*) Hiſtor. Lib. XI. (*b*) Lib. VI.
(*c*) *Juſt.* LIPS. adv. Dialogiſtam.

Digitized by Google

De principum Germanorum obligatione ad conſervandam religionem.

XVII. Quid ad hæc principes ac imperatores Germaniæ noſtræ, quem tandem rerum finem præſtolentur, niſi paci ac unitati eccleſiaſticæ magis ſtudeant, curentque, ut fiat unum ovile, & unus paſtor? An ſperare ipſis liceat, DEUM tranquillitati, ac concordiæ illius regni fauturum, qui non dubitant regnum Chriſti dividere, ac ſcindere; cujus tuendi, protegendique munus acceperunt? *Cum enim*, inquit AMBROSIUS ad VALENTINUM ſcribens, *omnes homines, qui ſub ditione Romana ſunt, vobis militent imperatoribus terrarum, atque principibus, tum ipſi vos omnipotenti DEO, & ſacræ fidei militatis.* Ad hoc ergo vires & potentiam nactos vos eſſe credere debetis, ut quando aliter religionis integritas, fideique unitas obtineri non poſſit, contra violatores, & eccleſiæ rebelles his etiam defendatis ſubſidiis. *Melius quidem eſſe*, ſcribit AUGUSTINUS laudata non ſemel ad BONIFACIUM epiſtola, *quis dubitaverit, ad DEUM colendum homines doctrina duci, quam timore pœnæ, vel dolore compelli? ſed non quia iſti meliores ſunt, ideo illi, qui tales ſunt, negligendi ſunt. Multis enim profuit prius timore vel dolore cogi, ut poſſint poſtea doceri, aut quod jam verbis didicerunt, opere ſectari.*

CAP. IX.

CAPUT IX.

DE JURE PLEBIS IN REGIMINE ECCLESIASTICO.

I.

Communitati eccleſiaſticæ ſeu plebi qui jus ſacrorum tribuant ex hæreticis.

Poſtquam ſuperiore ævo reformandi lubido homines inceſſerat, nihil reſiduum fecerunt, quod ad hunc finem facere poſſe videbatur, ut jugum eccleſiaſticæ poteſtatis excuterent, ubi principibus hoc perſuaderi potuit, illis hoc grande opus commiſſum, vi, enſe, armis, ut libertatem vindicarent, ſatiusque fuit principibus omne jus circa ſacra tribuere, quam apud legitimam eccleſiaſticam poteſtatem relinquere. Alia ratio iis ineunda fuit, qui principes in ſuas partes trahere nequiverunt, ſed eos adverſarios in negotio reformandi, ſeu omnia perturbandi, ſunt nacti: aliunde illi ſibi proſpicere debuerunt. Itum ad plebem, ad illam omne jus in regimine eccleſiaſtico devolutum, indeque accerſitum. Non me vana loqui illius verba oſtendent, qui ſingulari libro jus plebis in regimine ec-

cleſiaſtico ab ipſis apoſtolis, ac primæva eccleſia deducere magno conatu allaboravit. Eſt is *David* BLONDELLUS Gallicæ Reformatorum eccleſiæ addictus, ubi maxime opus erat, aliunde quam a rege chriſtianiſſimo jus circa ſacra repetere. Ipſum audiamus. (a) *Quotquot ab annis plus minus centum per Germaniam, Angliam, Daniam, Sueciam, Helvetiam adverſus invectas a ſæculis aliquot in chriſtianum orbem doctrinæ & diſciplinæ ſacræ corruptelas proteſtari cum paſtoribus ſuis coacti ſunt reges, principes, proceres, magiſtratus, ſtrenuos ſe tam fidei, quam regiminis vindices (conſtitutis ubique ſenatibus eccleſiaſticis) præſtiterunt. Nemo tamen, quas in univerſo eccleſiæ regimine partes obire ex officio teneretur reliqua fraternitas vel cogitavit, vel cogitandum putavit; cum enim eam ab omni conſiliorum, & poteſtatis participatione jam dudum depulſam, ſui in chriſtiana ſocietate juris prorſus immemorem, nulla ſui cura tangi viderent, de ſe ſolis anxii, quid ſibi proprie officii eſſet, animo complexi ſunt, ipſoque opere exprimere conati. At ſinceri Chriſtianiſmi in Gallia, Scotia, & Belgio aſſertorum longe diſpar fuit conditio; cum enim præſulum ſuorum (quos tanti facti duces Angli habuerant) paterno ductu, regumque ac magiſtratuum patrocinio deſtitutos*

(a) De jure Plebis in reg. eccl.

tutos vis major urgeret, & eos contra torrentem . . . niti neceſſe eſſet, una ipſis ex ingruentibus undique malis emergendi ſpes, reſtituta in integrum chriſtiana plebe aſſurgere viſa eſt.

II. Non deerant alii ex Proteſtantibus, qui hoc jus aliquando plebi competiiſſe dicerent; ſed aſſerebant illud, quantum quantum eſt, in principes chriſtianam fidem profeſſos, & magiſtratus ab iisdem conſtitutos, translatum eſſe: quodſi vero tales magiſtratus, ut PISCATORI (*a*) viſum, eccleſia aliqua non habeat, jus illud ad ipſum eccleſiæ cœtum, ac in primis ad collegium ſeniorum pertinere. Fingunt autem ſeniorum laicorum genus, quod olim obtinuerit, ut multis laudato opere BLONDELLUS, ipſe etiam BOEHMERUS in Notis ad *Petrum* de MARCA (*b*), aliique contendunt. Cum iſtis ex parte faciunt, qui cum PFAFFIO collegialia jura a majeſtaticis diſtinguunt, ad quæ omnia ea auctor Meditationum in jus ref. revocat (*c*), *quæ religionem, quæ conſcientiam concernunt, & ad quæ unusquisque ex ſuo potius, quam alieno arbitrio præſtanda tenetur, & in quibus ſalvo ſuo officio, divinis, quas credit, legibus, debito, ex alieno* Saltem radicale. a. b. c.

(*a*) In Aphoriſ. de miniſt. eccl.
(*b*) Item jur. eccl. T. III. diſſ. præl.
(*c*) P. I. c. II. §. 35.

Digitized by Google

arbitrio dependere nequit: quæ poteſtas ſive in principem, aut miniſterium ſuo modo transferatur: PFAFFIUS hæc jura in principem translata dicit, ubi vero princeps alienæ ſit religionis, eorum exercitium vel clero, vel communibus votis relictum eſſe vult.

Sunt etiam ex catholicis, qui haud abludunt.

III. Huc revocari debet RICHERII error, eique confinis nonnullorum aliorum Gallorum, qui rempublicam chriſtianam meram democratiam habent, in qua ſumma poteſtatis & jurisdictionis ſit penes totam multitudinem, non penes unum aliquem principaliter, nec penes optimates, niſi quatenus pars ſunt illius communitatis ac multitudinis, & ſolummodo executionem, functionemque, quaſi miniſtri & inſtrumenta demandatam gerunt. Quæ adminiſtrandi forma judice PETAVIO ſuo de hierarchia tractatu, nil præter populare imperium præſefert, & pura puta democratia eſt. VAN ESPEN, qui avide arripit, quidquid legitimæ eccleſiaſticæ poteſtati officere poteſt, RI-
II. CHERII (*a*) veſtigiis inſiſtit, atque in populo, ſeu eccleſia radicaliter & primario poteſtatem clavium reſidere exiſtimat, ut uſus tantum & exercitium clavium ſit penes epiſcopos aliosque eccleſiæ miniſtros. Quod ex verbis Chriſti clavium poteſta-

(*a*) De cenſuris c. II. §. 1.

Digitized by Google

teſtatem tribuentis eruere conatur, haud abſimiliter ac RICHERIUS, quæ licet ad PETRUM facta ſint, tamen præcipue & principaliter ad eccleſiam per PETRUM repræſentatam directa fuerint ex PP. ſententia, quorum nos mentem alibi explicavimus. Adducit etiam praxin primævæ eccleſiæ in teſtimonium, qua chriſtianis legitime cum ſuo epiſcopo aut presbytero congregatis communi conſenſu, & approbatione pœnæ & cenſuræ ſint latæ. Quod cum aliquando factum fuerit, jus nullum facit, aut præſcribit, ſed piam charitatisque plenam agendi rationem prodit & modeſtiam præſulum. Qualis in S. CYPRIANO cumprimis enituit, qui juxta propoſitum, initio ſtatim ſui præſulatus factum, apud ſe conſtituerat, nihil ſine conſilio & cleri & plebis agere, idque etiam, ubi de recipiendis aut rejiciendis lapſis agebatur, obſervavit. Quod cum in primitiva eccleſia conſultum eſſe potuit, ubi virtutes chriſtianæ, atque dona Spiritus ſancti ſingulariter in plebe etiam enituerunt, aliter deinceps agendum duxerunt ſacrorum præſules. Quin hinc concludere debuerit ESPENIUS, quod penes eccleſiam promiſcua auctoritas ſit & ſemper fuerit, leges præſcribere, quibus in exercitio, & uſu clavium tam in foro pœnitentiali ſeu interno, quam in

foro contentioſo ſui miniſtri utantur. Quouſque nec RICHERIUS unquam prava ſua principia extendit, ut plebis arbitrio etiam tribunal internum pœnitentiæ ſubjiceret. Quod autem ESPENIUS quoad principia conveniat cum RICHERIO, ut nova refutatione haud egeat, verba illius prodent: *Quantumvis autem*, inquit (*a*), *labentibus ſæculis exercitium clavium, atque ab his dependens auctoritas excommunicandi tranſierit ad ſolos eccleſiæ miniſtros & eccleſiaſticos judices, ut nec multitudinis, ſeu eccleſiæ particularis conſilium aut conſenſus expetatur, nihilominus ipſa clavium poteſtas principaliter remanet & remanſura eſt penes eccleſiam, cui a Chriſto in perſona Petri & apoſtolorum data eſt, cujus nomine eam exercent ejus miniſtri.* Hæc ESPENIUS.

a.

Ab opinionibus hæreticorum.

IV. Ita iſti ex ſtatu & forma eccleſiæ a Chriſto inſtituta, ad ſuccidendos eccleſticæ poteſtatis legitime penes eccleſiæ præſides repoſitæ nervos, moliti ſint; cavendum, ne ſimile periculum eccleſiæ miniſtris obveniat ex illorum principiis, qui hodie ſecundum jus naturæ de originario jure circa ſacra ſciſcunt, atque penes populum collocant, a quo unice dependeat, quam eccleſiæ ſuæ formam non ſolum in accidentalibus, ſed

(*a*) VAN ESPEN l. c.

Digitized by Google

ſed etiam eſſentialibus conſtituere velit, atque jus circa ſacra poſſit, in quem vel quos velit, reponere. Ita *Chriſtian.* WOLFFIUS (*a*): *In ſtatu*, inquit, *naturali eccleſia una particularis jus circa ſacra vel in unam perſonam, vel in certum collegium transferre poteſt ſive abſolute, ſive certa lege, & plures eccleſiæ particulares idem in eandem perſonam, vel in certum collegium, ſive proprio motu, ſive communi conſenſu transferre poſſunt.* Quod quomodocunque ſe habeat in religione pure naturali, de qua nullus eſſe poteſt ſermo, neutiquam hoc applicari poteſt ad ſtatum revelatæ religionis, quæ a DEI nutu & inſtitutione unice pendet. Et licet in lege, ut vocamus, naturæ nullum eximium conſtituerit miniſterium, præter familiarum capita; tam in lege tamen Moſaica, quam chriſtiana, eccleſiæ conſtituendæ, gubernandæque ordo ſingularis eſt inſtitutus, penes quem ſit jus circa ſacra. Alias apoſtoli alienum invaſiſſent jus, contra naturæ legem eccleſias fundando, præſules conſtituendo, religionis normam formando inſciis, ac invitis communitatibus, haud ſecus ac principibus, penes quos aliquando DEUS poteſtatem utramque aliquamdiu repoſuit, uti de MOYSE conſtat, atque etiam

a.

(*a*) T. VIII. §. 953.

penes Pontifices labentibus ſynagogæ ſæculis utraque poteſtas reſedit; quin tamen a populo unquam id habuerint, aut ipſe populus jus ſacrorum ad ſe tanquam ad originarium fontem revocare cogitarit. Nec DEUS populo religionis formam primario revelavit, ſed miniſtris ad hoc inſtitutis, ut populis præſint, atque erudiant, ordinentque, quæ ad religionem pertinent, cum legitima poteſtate, a DEO tradita, non a populo accepta, cui obediendi obligatio incumbit.

Quem locum & jus plebs & ſeniores plebis primis ſæculis in negotiis eccleſiaſticis geſſerint indulgentia paſtorum.

V. Quodſi tamen quoad primævum eccleſiæ chriſtianæ ſtatum quod res eſt, dicere velimus, fatendum, plus multo veriſimilitudinis illi affulgere ſententiæ, quæ plebi aliquod ſacrorum jus adſcribit, quam quæ principi hoc tribuit, cum huic nulla eccleſiaſtica monumenta faveant: plebem vero, aut ſaltem ſelectos aliquos a plebe in conſultationibus negotiisque eccleſiæ nonnunquam partes habuiſſe diffitendum non ſit, præſertim primis illis apoſtolicis temporibus, quibus eccleſiæ necdum ad magnum numerum accreverant, & dona, ac chariſmata Spiritus ſancti affluenter paſſim in quosque diſtributa fuerant. Unde PAULUS his, qui prophetiæ habent donum, ut GROTIUS (*a*) animadvertit, permit-

(*a*) De Imperio ſummar. poteſt. circa ſacra.

mittit affari populum, binos aut ternos quoque conventu, cæteros expendere, an recte ſe habeant. Ceſſante autem, judice GROTIO, illo mirabili dono, vix extra paſtores cuiquam apud chriſtianos docere licuit. Quod vero deinceps ſubſequentia aliquorum ſæculorum tempora attinet, ex ſcriptoribus ejus ævi, quale hoc jus fuerit, colligere licet, neutiquam hoc alicui auctoritati diſtinctæ ab ordinibus eccleſiaſticis, communi tribuendum eſſe. Non eſt neceſſe, hanc rem novis documentis aſſerere, ſatis eſt rememoraſſe, atque lectorem remiſiſſe ad teſtimonia S. IGNATII & CLEMENTIS *Romani*, virorum apoſtolicorum, ubi, quale obſequium, obedientia, ac ſubmiſſio prælatis eccleſiaſticis exhibenda ſit a fidelibus populis, ſtatuunt. Quod ſi plebem aliquando participem conſiliorum, & rerum eccleſiaſticarum eſſe voluere, hoc ſponte, ut jam memoravimus, pro ea qua erant moderatione, humilitate, ac ſolicitudine, faciebant, ut negotia eccleſiaſtica cum maxima cautione, cura, & providentia tractarentur, ut quæ totam eccleſiam concernebant negotia, ſi omnium conſilio fierent, meliorem effectum ſortirentur, promtiusque ſuſciperentur.

VI. Id

Non jure aliquo.

VI. Id quod vel ipſi apoſtoli, quamvis maxima pollerent in eccleſia auctoritate, eisque ſumma reverentia & obſequium ab omnibus haberetur, agebant, ut communi conſilio res eccleſiæ conſtituerent, non neceſſitate, ſed æquitate ac charitate inducti. Neque hoc ſemper & ab apoſtolis, & deinceps ab omnibus factum, nec ubique fieri conſultum fuiſſet. Multo minus hinc poteſtati a Chriſto in clerum & epiſcopos collatæ aliquid decedebat; nec hoc faciebant præſules, quod ſacrum magiſterium, & rerum arbitrium penes ſe non eſſe, ſed communicandum cum plebe, exiſtimabant. Quod vel S. CYPRIANI exemplum docet, quo nullus eſt vehementior, diſſertiorque auctoritatis epiſcopalis vindex & aſſertor, quamvis ſtatim a primordio epiſcopatus ſui ſtatuerit, nihil ſine conſilio cleri, & ſine conſenſu plebis, ſua privatim ſententia gerere, quod ſemper ſe obſervaſſe ſæpe commemorat. Id vero quod delecti quandoque ſeniores plebis negotiis eccleſiæ adhibiti fuerint, oſtendit jus nullum toti plebi competere; cum præſertim hoc ipſum raro factum eſſe comprobetur: & recte DODWELLUS presbyterorum laicorum inſtitutum presbyteranos commentos eſſe dicit. GROTIO etiam

tiam teſte vetus omnis eccleſia presbyterorum vocabulo non alios quam paſtores intellexit (*a*) in verbo ac Sacramentis occupatos: conceſſo quidem, ſenum, ac ſeniorum nomine interdum ætatis honorem, nonnunquam & magiſtratum ſignificari: unde voces illas Gallicas & Italicas, Hiſpanicas *Seigneur*, *Signore*, *Sennor* derivatas concedi poteſt. Quod oſtendit non pro jure & auctoritate plebis in regimine ſacro hæc vocabula quibusdam tributa, ſed ſeniores plebis ætatis, aut prudentiæ nota ſpectabiles fuiſſe, non inſita muneri auctoritate. *Seniores* autem illi, qui magiſtratus nomine veniunt, eccleſiaſticis conſultationibus aut ſuo, aut principum loco tanquam tutores, protectores, ac ordinis directores interfuerint, non eccleſiaſticæ alicujus auctoritatis munere, aut prærogativa. 8.

VII. In electionibus epiſcoporum privilegium ſingulare fuit plebis jus olim, ob rationem, quam tangit S. Leo (*b*): quia nimirum *nullus dandus eſt invitis epiſcopus, ille omnibus præponendus, quem cleri, plebisque conſenſus concorditer elegerint.* Ita etiam concilia Antiochenum, Toletanum IV. Lateranenſe, & alia exiſtima- Singulare plebis olim in electionibus privilegium.

(*a*) L. c. n. 14.
(*b*) Epiſt. ad Anastas. Ep. Laodic.

ſtimarunt: quamvis concilium Laodicenum conſtituat, ne multitudini relinquatur electio: *Quæ*, ut refertur ex ORIGINE (*a*), *ſæpe clamoribus, aut gratia, aut pretio excitata moveri ſolet.* Qui tamen ORIGENES (*b*) alibi præſentiam populi in electionibus admittit. *Requiritur enim*, inquit, *in ordinando ſacerdote & præſentia populi, ut ſciant omnes, & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc adſtante populo, ne qua poſtmodum retractatio cuipiam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod & apoſtolus præcepit in ordinatione ſacerdotis: oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt.* Unde facile ſuperiora teſtimonia tam ipſius ORIGENIS, quam conciliorum conciliantur, planumque fit, non ipſam electionem, ſed conſenſum ſolummodo & teſtimonium de moribus & vita electi, ad populum pertinuiſſe: id quod etiam CLEMENS *Romanus* in ſua genuina ad Corinthios epiſtola innuit, cum apoſtolos in ſucceſſione epiſcoporum formam dediſſe dicit, *ut iis defunctis probati alii viri in eorum miniſterium ſuccederent ... ab illis, vel*

(*a*) Cap. *Si ergo.* 8. q. 1.
(*b*) Hom. 6. in Levit.

vel deinceps ab aliis viris celebribus conſtituti, univerſa eccleſia ſibi gratum eſſe teſtante. Nec aliter factas electiones, quæ in ſcripturis commemorantur, facile ſibi perſuadebit, qui præjudiciis vacuus nihil exſculpere præter obvium ſenſum ex verbis Lucæ ſibi negotium ſumet. In electione Mathiæ hiſtoria non refert, a plebe præſente duos in medio conſtitutos fuiſſe; ſed antecedentia verba, quæ de undecim apoſtolis loquuntur, potius innuunt ab his ſolis factum hoc fuiſſe. Solummodo ergo teſtimonium a præſente plebe, & conſenſus exſpectatus fuit. *Quod utique*, inquit S. Cyprianus de hac re ſermonem habens haud raro in ſuis epiſtolis, *tam diligenter & caute convocata tota plebe gerebatur, ne quis ad altius miniſterium, vel ad ſacerdotalem locum indignus obreperet.* Hoc ipſa apoſtolorum verba ad plebem habita ſatis produnt, dum illam monent, conſiderare eos, qui habeant teſtimonium bonum. Nihil ergo eximium juris hinc habetur, quod in electionibus plebi fuerit, niſi teſtimonium probatæ vitæ, & electionis.

VIII. *Hugo* Grotius in electionibus præter *votum*, ut vocant, *negativum* plebi nihil adjudicat: quo nimirum poteſtatem habuerit allegandi cauſas, ob quas is, qui proponitur, eligi non debeat. Quale fuerit.

Quod

Quod univerſim dici nequit, cum varia in hac re fuerit obſervantia, populis aliquando nullas, aliquando nimias etiam in electionibus habentibus partes. Quod ſi votum illud negativum ita ſumere velis, ut invitis nullus obtruderetur epiſcopus, id facies non abs re, id enim canonicarum regularum æquitati conſentaneum eſt. Et COELESTINUS I. epiſt. ad epiſcopos per Narbonenſem & Vienenſem provincias expreſſe reſcribit: *Ut nullus invitis detur epiſcopus. Cleri, plebis, & ordinis conſenſus atque deſiderium requiratur.* Ut adeo electio proprie nec clero, multo minus plebi adſcribatur, præſertim quando ſynodi epiſcoporum judicio ſunt factæ, qui congregabantur ex provincia univerſa, cum plebs ſolum urbica, adeſſe permitteretur, poſtquam eccleſiæ ſeſe per pagos etiam extenderunt. Ita FERRANDUS ex canonibus Africanis citat: ut ad eligendum epiſcopum ſufficiat matricis arbitrium. Cautum etiam expreſſe erat, ne quis nutu plebis ad electionem accederet, ſed metropolitani vocatione. Ita enim in
8. concilio Regienſi ſtatutum erat (*a*): *Ne quisquam ad eccleſiam, quæ ſummum amiſerit ſacerdotem, niſi metropolitani litteris invitatus, accedat, ne a plebe decipiatur, & vim*

(*a*) Can. VII.

vim pati voluiſſe videatur. Atque his de cauſis factum, ut paulatim populus ab electionibus excluderetur. Ut enim loquitur S. HIERONYMUS: *Nonnunquam erat plebis vulgique judicium, & in ſacerdotibus comprobandis unusquisque ſuis moribus favet, ut non tam bonum, quam ſui ſimilem quærat præpoſitum.* SIDONIUS *Apollinaris* (*a*) quadam epiſtola nobis enarrat, quam in adverſa abrepta fuerint ſtudia plebis, cum eligendus eſſet epiſcopus Cabilonenſis, dum ejus rei gratia accedens Lugdunenſis primas, in tres pariter iniquis votis reperit ſciſſa populi vota: *Quorum hic*, inquit, *antiquam natalium prærogativam reliqua deſtitutus morum dote ructabat: hic per fragores paraſiticos culinarum ſuffragio comparatos apiſianis plauſibus ingerebatur: hic apice votivo ſi potiretur tacita pactione promiſerat, eccleſiaſtica plauſoribus prædæ prædia fore.* Iſtis in rerum articulis penes epiſcopos erat, non attenta plebis violentia, de paſtore providere idoneo. Deprehenſa nihilominus ſunt aliquando divino inſtinctu edita fuiſſe contra quorundam epiſcoporum ſententiam plebis vota, cum impetuoſa etiam quadam violentia abrepta viderentur: uti de S. MARTINO narrat *Sulpi-*

a.

(*a*) L. IV. epiſt. 25.

tius SEVERUS in ejus vita: *Una*, ſcribit, *omnium voluntas, eadem vota, eademque ſententia Martinum epiſcopatu eſſe digniſſimum, felicem fore eccleſiam tali ſacerdote. Pauci tamen, & nonnulli ex epiſcopis, qui ad conſtituendum antiſtitem fuerant vocati, impie repugnabant, dicentes ſcilicet, contemtibilem eſſe perſonam, indignum eſſe epiſcopatu hominem, vultu deſpicabilem, veſte ſordidum, crine deformem. Ita a populo ſententia ſaniori hæc illorum eſt irriſa dementia.*

Et quomodo ceſſarit.

IX. Sed hæc rara fuerunt exempla, frequentes econtra turbæ & factiones a populo ſunt motæ, ut opus fuerit eum excludere. ZONARAS, BALSAMON ad ſæculi ſui mores interpretati canonem IV. conc. Nicæni, quo epiſcopi χειροτονίαι, id eſt ordinatio metropolitano & provinciæ epiſcopis committitur, id de electionibus intelligentes, putarunt, jam tum plebem eſſe ab electionibus excluſam. Quod hiſtoria illorum temporum atque exemplis inumeris falſi convincitur. Id tamen dici poteſt, jam ab eo tempore tumultuoſas plebis in electionibus factiones frequentius notari, & carpi cœpiſſe, ut paulatim de remedio illis quærendo fuerit cogitatum. JOANNES *Scholaſticus* patriarcha Cpolitanus in collectione antiquorum

cano-

canonum huic rei conſecravit titulum VII. ne turbis electiones epiſcoporum committantur. Quo etiam tempore JUSTINIANUS vilem plebeculam ab electionibus excluſit, honoratis civibus & clericis id jus tribuens, ut ſoli electionem peragant, tres perſonas diſtinguendo, ex quibus metropolita unum eligat. Non ergo tunc amplius in ſynodis epiſcoporum electio facienda erat. Et ſunt hæc prima incunabula noſtri moris, quo a clero ſolo electiones jam fiunt; ut tamen inſignis illa poteſtas, quæ olim epiſcopis in electionibus competebat, nunc in metropolitano adhuc reluceret. Id, quod in occidente potiſſimum ſemper perſeveravit, ut quomodocunque electio, aut etiam denominatio fieret, examen de eligendi aut electi dotibus ab epiſcopis perficeretur, penes quos ea facultas reſidet, ut, qui digni, aut indigni ſint ad munus paſtoritium, explorent. Quod illi ſemper fecerunt plena auctoritate, quando etiam adhuc plebi partes in electionibus fuerunt, ut non poſſit conqueri inſigni aliquo jure ſe fuiſſe dejectam, dum ab electionibus penitus eſt excluſa, principibus illius munus obeuntibus publico reipublicæ nomine. Jus autem, quod epiſcopi & metropolitanus

olim exercebant, jam fere ad ſummum Pontificem rediit.

In minoribus beneficiis conferendis quas plebs olim habuerit partes.

X. Atque ita quidem ſe res habuit, habetque quod dignitates eccleſiæ epiſcopales ſpectat; quoad minores parochiarum collationes nec ambigi poteſt, eas ex nutu & voluntate epiſcopi dependiſſe. Habentur quidem exempla, quibus agente, atque aliquando etiam vim inferente plebe, presbyteri aliique clerici ſunt conſtituti: fuitque nonnunquam inſignium præſulum ea charitas, ut nonniſi cleri & plebis ſuffragio quemquam ordini eccleſiaſtico adſcriberent: quem morem ſe ſervaſſe non ſemel teſtatur S. CYPRIANUS. Sed hoc pro lubitu fiebat, nec jus aliquod plebis arguit in ejusmodi ſelectu cleri faciendo, non modo pro matrice eccleſia, ſed etiam paganis, quando ſemel increbreſcere cœperunt, quarum omnium collatio ad epiſcopum ſpectabat. Et quidem pauca quædam habentur exempla factæ electionis in beneficiis his etiam minoribus; ſed tunc poſtremo demum loco laicorum eſt conſenſio deſiderata. Veluti ex can. IV. concilii Ticinenſis comprobatur, qui ita habet: *Primum quidem ipſius loci presbyteri vel cæteri clerici idoneum ſibi rectorem*

rem eligant, deinde populi, qui ad eandem plebem aſpicit, ſequatur aſſenſus. Si autem in ipſa plebe talis inveniri non potuerit, qui illud opus competenter peragere poſſit, tunc epiſcopus de ſuis, quem idoneum judicaverit, imibi conſtituat. Quodſi, ut ſuſpicatur THOMASINUS (*a*), de archidiaconis hic agitur, minus adhuc, pro ordinariis ruralibus beneficiis interventu plebis ordinandis ab alio quam epiſcopo, conficitur. Nec, quamdiu antiqua bonorum diſtributio obtinuit, aliter fieri potuit, quando penes epiſcoporum & bonorum & perſonarum diſtributio, & jus prorſus erat. 2.

XI. Quæ ut poſtea ceſſavit, atque eccleſiæ quæque ſua ſibi bona privatim poſſederunt, jus patronatus obtinere cœpit, adque laicos etiam titulo fundationis & dotationis pervenit. Quod deinde easdem fere ac inveſtituræ vices pertulit, atque ad jus præſentandi eſt revocatum, re aut nomine collationis inviſo, & ad ſolos epiſcopali, aut quaſi epiſcopali jure fruentes reſtricto, id quidem iisdem de cauſis utrobique, tam in dignitatibus, quam præbendis eſt factum; cum pares abuſus & uſurpationes in col- Jus patronatus laicis poſtea indultum cum bonis ac dotibus eccleſiarum.

(*a*) De Benef. P. II. L. I. c. 35. n. 3.

lationes majorum & minorum beneficiorum irrepſiſſent; imo majores abuſus in minoribus beneficiis obſervantur, dum horum patroni ſibi uſurparent, quod vocare ſolemus jus patronatus veſtitum, ſimul & dotem eccleſiæ, & jus præſentandi complectens. Dici non poteſt, quanta damna pertulerint eccleſiæ ejusmodi particulares, titulo & prætextu juris patronatus, nobilibus præſertim hoc modo præpotentibus eccleſiæ bona invadentibus, uti de comitibus Germaniæ noſtræ refert *Walafridus* STRABO
a. (a), *qui eccleſiarum non minimam partem ſuæ proprietatis dominio per potentiam ſubjicere niterentur.* Licet vero violentiam iſtam in uſurpandis bonis eccleſiaſticis ſemper ſit deteſtata eccleſia, atque modis omnibus egerit ad ea manibus laicorum extorquenda, eccleſiæque reſtituenda: indulgendum nihilominus cenſuit, quoad illas eccleſias, quas laici, hoc ipſo quod eas conſtruxerint, obtinebant, quorum bona non poſſidebant tantum, ſed & tradebant, & vendebant pro lubitu, iſto tantummodo vinculo ſeu conditione adjecta, *ut eccleſia non deſtruatur, ſed ſerventur quotidie bonores.* Ut habetur in conc. Francford. an.

(a) L. II. c. 15.

Digitized by Google

(*a*) a. 794. c. 54. Capit. Fr. CAROLI M. c. 52. *Quatenus eccleſiæ ab ingenuis conſtructæ tradi aut vendi queant.* Quibus convenit ſynod. Rom. ſub EUGENIO II. (*b*) an. 826. Et LEONIS IV. an. 853. can. 21. de oratorio quod a proprio dominio ſoli ædificatum eſt, ut a domino conſtructoris inviti non auferatur: Item c. 24. de eccleſiis quæ ſine presbyteris ſub ſæcularium hominum jure ſunt conſtitutæ (*c*): Unde abbreviatus can. 33. cap. 16. q. 7. in corpus canonum eſt translatus. Loquimur ea quæ noſtris his in terris uſu obtinuiſſe authentica teſtantur documenta. Cujusmodi modo præ manibus eſt præceptum regium ARNULPHI de an. 891. quo fideli ſuo ANNONI hujus provinciæ eccleſiam & VII. hobas cum ædificiis, curtilibus, & mancipiis &c. in proprium conceſſit, hac expreſſa conditione, dictis legibus tam canonicis quam civilibus congruenti, ut eccleſiæ & epiſcopo de ſuo nihil diminuatur jure, aut ſubtrahatur.

a. b. c.

XII. Eo magis autem huic juris veniæ avidius indulſerunt laici ac nobiles, quo certius conſtat, eos præterea aliis inhiaſſe

Ac uſurpaparunt præſertim jure feudali.

(*a*) T. VII. Conc. Ed. Labb. p. 1063.
(*b*) T. I. p. 270.
(*c*) T. VIII. conc. p. 109. 110. 116.

Digitized by Google

hiaſſe eccleſiis, atque ſibi vindicaſſe, quarum dotatores, & conſtructores minime fuerant. Ut adeo inter eccleſias, quas laici legitima hac cauſa ac titulo ſibi addixerunt, atque inter alteras illas *via facti* ac violenter detentas, probe ſit diſtinguendum, ſemperque adverſum hanc rapacitatem & violentiam reclamatum ſit. Uti ergo laici ea poſſederunt bona eccleſiaſtica, quibus immediate annexum eſt jus patronatus; ita etiam bona dotalia in ſuo frequenter dominio habuerunt habentque, haud obſtante eorum ad poſſidenda eccleſiæ bona inhabilitate. Quid in hac re potuerit eccleſia aut ſummus Pontifex diſpenſationis impendere laicis, impenderitque, locus jam nobis diſquirendi non eſt. Otio lector abundans
a. conſulere poterit *Cæſ.* LAMBERTINUM (a). Majorem laicis hæc poſſidendi facultatem feudi jus, cum jure Longobardico introductum, conceſſit, veluti obvia quævis inſtrumenta donationum, translationum, permutationum, emtionis, venditionis declarant. Neque iſta feudi ratio minus apud ſupremas eccleſiæ dignitates nota erat & frequentata, quam apud minores eccleſias; imo facilius hic uſurpationibus fuit locus, cum feuda iſthæc exiliora

non

(a) L. I. P. I. q. 5. art. 8. p. 31.

non adeo distincta & separata fuerint, quam majora illa: nec tanta eorum attentio habebatur, quin in bonis propriis, patrimonialibus, & hæreditariis permixta, quiete a laicis possiderentur: præsertim quando bona illa, quibus jus patronatus annexum fuit, non in integris castris, oppidis, civitatibus, territoriis, uti in majoribus dignitatibus, ita etiam in minoribus beneficiis, sed passim in prædiis tantum mansis huobis, ut vocabant, fuerint constituta, quæ proin non attento jure patronatus in æstimationem pecuniariam revocarunt.

Inde maxima bonorum ecclesiasticorum jactura & obliteratio.

XIII. Quid inde evenire debuerit, experientia docet, dum obligatio bonis incumbens, ipsaque bonorum qualitas oblivioni data est, aut bona studiosa obliteratione primitivæ qualitatis & conditionis sæpissime fuerint a jure patronatus alienata, & divendita, & pretium in proprios patronorum usus impensum, mutatumque; adeoque jus patronatus reale in nudum, devestitum, personale fuerit conversum: ut pedetentim jus patronatus semper magis & magis non certis & determinatis ecclesiasticis prædiis, fundis, & mansis &c. implicatum apparuerit, sed cum integris pagis, oppidis, & territoriis promiscue in censum

venerit. Hujusmodi bona ac dotes etiam ecclesiarum, haud attentis earundem specialibus privilegiis, juribus, exemtionibus, invasisse laicos, & quamvis earum nec constructores, dotatores, atque adeo patroni fuerint, tamen usurpasse, eo minus dubitare licet, quod rapacitatem hanc etiam in ampliora beneficia, ac monasteria, eorumque bona fundationis exercuerint. Ex illis vero laicis qui habent ecclesias sub jure patronatus abs se fundatas, aut dotatas, licet fuerint, qui illis contenti essent; alii tamen in tantum ultra fas & æquum excesserunt, ut etiam in hæreditariis ejusmodi bonis sibi usurparint, quæcunque longo temporum tractu ejusmodi ecclesiis accessio fuit facta, per legata pia, donationes, oblationes, quorum bonorum ipsi erant administratores. Imo res eo processit, ut rapaces manus suas, aut uxorum etiam suarum in oblationes, dum publice in ecclesia fierent, intulerint, aut integras, vel ex parte sæpe permagna sibi arrogarint. Nihil quoque proclivius fuit, quam excessum ejusmodi in bonis ecclesiæ fundationis aut dotationis reperiri, quæ dum a patronis justo titulo possideri videbantur, in damnum tamen ac præjudicium jurium ecclesiæ & episcopi, quando tecta, & oblivioni data primigenia

nia eorum conditione & nomine, hincque celata obligatione & qualitate, quibus illa bona erant affecta, jus patronatus reale, denudatum ſpoliatumque eſt præter fas æquumque. Illud vero omnino frequens fuiſſe teſtatur LAMBERTINUS (*a*) de jure patr. apud eos etiam, qui *de facto* ſeu præter jus detinebant cum temporalibus, vicario conſtituto, qui eccleſiæ deſerviret, cui pro libitu dabant redituum partem, quo de etiam c. 33. de præb. & dign. & c. 1. d. t. in 6to agitur. 8.

XIV. Verum eſt, urgente eccleſia aç nonnunquam etiam conſcientia invaſorum, quandoque ejusmodi bona iterum fuiſſe reſtituta; at quanta eorum copia adhuc penes laicos detineatur, ne fando quidem explicari valet; licet eccleſia jugiter reclamet præſertim quotannis in bulla cœnæ, & olim in concilio Trid. Invigilandum eſt etiam eccleſiaſticis tribunalibus, ne eccleſiæ jura ob id violari aut diminui patiantur, quando de eccleſiarum dotibus agitur, quas forte abligurierunt, vendiderunt, aut ſaltem titulo & qualitate ſua exuerunt laici, oblitterata obligatione, qua ad ſarta tecta eccleſiæ Renitente maxime eccleſia.

(*a*) L. I. P. II. q. 1. a. 9. n. 14.

cleſiæ conſervanda, aut alios ſacros uſus fuerant deſtinata bona, laici autem onere competente exſolvunt, aut in alios etiam transfundunt. Sed nos ad potiora jura e manibus laiçorum vindicanda redimus.

Gravjſſimus error eorum, qui penes plebem ſacras etiam functiones ordinis reponunt.

XV. Qua in re illud primarium eſt, quod Novatores contendunt communiter fere, miniſterii jura & auctoritatem a communitate mutuare præpoſitos eccleſiaſticos, ut *plus juris non habeant presbyteria, quam ipſe cœtus credentium*, ut inquit (*a*) HUBERUS, *a quo jus ſuum ad curanda, quæ a multitudine commode adminiſtrari nequeunt, adipiſcantur:* ut adeo in officii ſui exercitio directioni eccleſiæ, & ejus, a quo directio eccleſiæ dependet, ſubſint, ut BOEHMERUS (*b*) ſciſcit, quatenus ubi deficit ordinis eccleſiaſtici conſeſſus, ſeu miniſterium, vel quod eccleſia preſſa ſit, vel quod per caſum fortuitum, & calamitatem publicam ad pauciſſimos adeo redacta, ut vix unus alterve ſuperſit, quilibet pro eo ſtatu poſſit ſacra munia obire. RIGALTIUS vexatum illum TERTULLIANI locum,

b.

(*a*) De Jure civit. L. I. Sect. V. c. 8. §. 13.

(*b*) Jur. Eccl. L. I. Tit. 33. §. 31.

cum, quo ſicut tingendi, ita etiam offerendi munus commune chriſtianis omnibus videtur aſtrui, in hunc modum explicat, ut dicat hoc TERTULLIANUM velle: Si chriſtianus cum familia ſua in navi ſit, & feratur in ea loca, in quibus nulli ſunt chriſtiani, nullus conſeſſus ordinis, id eſt presbyterium, ipſum poſſe & offerre DEO, ſacerdotem ſibi eſſe, & conſtituere eccleſiam. Eum ſequitur *H.* GROTIUS in diſſertatione *de Cœnæ adminiſtratione, ubi paſtores non ſint*, putatque morem hunc eccleſiarum apud privatas familias mere laicas receptum apoſtolicis temporibus fuiſſe, & retentum veſtigium illius in anniverſario cœnæ dominicæ die uſque ad D. AUGUSTINI ævum. Amplius dicit, etiam fœminas, ubi non modo presbyterorum, ſed & virorum copia nulla eſſet, communi hoc jure uſas eſſe (*a*). Putat autem in alio ſchediaſmate, emergere poſſe cauſas, in quibus quis ab omni exteriori eccleſiæ communione abſtinere poſſit, & ſe ſibi eccleſi m conſtituere. *Si qui*, inquit (*b*), *præpoſiti ſunt eccleſiis, aut expreſſe*

(*a*) T. IV. Oper. p. 110.

(*b*) GROTIUS: *An ſemper communicandum per ſymbola?* l. c.

preſſe aut tacite profeſſiones exigant quarundam aſſertionum, quibus alterius conſcientia non conſenſit. Deinde ſi communio ſymbolica non modo uſum, ad quem nata eſt, non habeat fovendæ ac teſtandæ communionis cum omnibus pie chriſtianis, verum inſuper tendat ad teſtandam partis duntaxat alicujus fœderationem, rejectionemque aliorum non minus pie ac chriſtiane viventium, & ad ſalutem neceſſaria, quæ non ita ſunt multa, credentium. Addit tertiam rationem, quam putat a S. CHRYSOSTOMO obſervatam, dum adhuc Antiochiæ presbyter eſſet, & ſchiſma Meletianum obtineret, *quod interim abſtinens*, inquit, *aliquis partium communione liberius ſolutiusque exercere poteſt chriſtianæ dilectionis officia adverſus diſſidentes.* Hoc modo non ſolum legitima poteſtas omnis, ſed etiam colligatio, & communio corporis eccleſiaſtici everſionis periculo exponitur.

Soli ordini ac miniſterio ſacro competentes.

XVI. Quæ omnia a nobis abunde in ſuperioribus ſunt confutata: cum ordinis eccleſiaſtici divinam prærogativam ex ſucceſſione apoſtolorum, ac poteſtate apoſtolis a Chriſto conceſſa jugiter permanente, derivavimus: non primum ab eccleſia in paſtores translata, ut RICHERIO

eſt

eſt viſum, ligandi atque ſolvendi, ac remittendorum peccatorum ſeu clavium facultate, nec communitati præciſe eccleſiaſticæ propria, niſi quatenus hæc ad totius corporis utilitatem ſunt conceſſa, aut quatenus in eccleſia perennem paſtorum, miniſtrorumque ſucceſſionem ſemper perdurant. Qua ratione nonnunquam ſancti patres in PETRO, ac apoſtolis eccleſiæ datam ſacram jurisdictionem aſſerunt, cum tot ac tantæ ex ſacris paginis a nobis paſſim ſint laudatæ auctoritates, quibus non eædem, ſed diverſæ membrorum eccleſiæ functiones eſſe demonſtrantur. Namque ſecundum PAULUM (*a*), *ſi eſſent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.* Hanc autem membrorum diſtinctionem inprimis ab ipſo Chriſto factam eſſe, deinde in variorum miniſtrorum functionibus conſiſtere, nulli dubium eſſe poteſt, qui vel PAULI contextum, vel omnino ſacras litteras inſpexit: qui etiam facile deprehendet, non utique pro privatis miniſterii, ſed communibus eccleſiæ commodis, ornatu, ac ſplendore illius varietatem eſſe.

Omnia

(*a*) 1. Cor. XII. 20.

a. *Omnia enim*, ut verbis PAULI utar (*a*), *vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia enim vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem DEI.*

(*a*) 1. Cor. III. 22.

LIBER IV.

DE CURA AC JURE ECCLESIÆ CIRCA TEMPORALIA.

CAPUT I.

QUOD ET QUALE JUS SACRÆ POTESTATI COMPETAT IN SUMMAS POLITICAS POTESTATES.

I.

Quemadmodum hominem duæ componunt & perficiunt partes, corpus & anima, atque debitus pervertitur ordo, si pars parti non sit intime sociata, & debite subordinata; ita in hoc megacosmo, seu

Mutua necesse est, ut obtineat subordinatio finium in potestate sacra, & profana.

ſeu univerſo rerum ordine duo quidam ſunt fines, quorum alter huic vitæ eſt commenſus, & corpus periturum ſpectat, alter æternus eſt & ſpiritualis animæ immortalitati adæquatus, cui chriſtiana felicitas ipſum quidem jungit corpus, non ut hic ſeminatur animale, ſed ut reſurget ſpirituale juxta apoſtolum. Hactenus perſpeximus, proſpexiſſe divinum Numen eccleſiæ ſuæ, ut ne quid deſit ad rite intentum conſequendum finem. Nunc reſtat, quoniam ſicut corpus animæ eſt junctum & ſubordinatum, ita fines utrique parti reſpondentes mutuo ſibi ſunt nexi, ut videamus, quomodo legitima finium directio, & ut ita dicam colluſio ac conſpiratio procedere poſſit. Loquimur autem de eo rerum ſtatu, quando ſibi ſunt mutuo colligatæ ſacra ſpiritualisque, & profana ſeu temporanea ſocietas. Quin enim ſeparatæ eſſe poſſint, dubitare nos non ſinit ipſa inſtitutio illius ſacri cœtus, de quo agimus, ejusque flos ac prima æras, qua pulcherrime ſub Judaica perfidia,& gentilium perſecutionibus ſtetit & efloruit. Poſtquam autem in unum coaluerunt, ne ſit finium quædam colliſio, & pugna videndum eſt. Facile autem contingit, ut ea ordinis perverſio locum habeat, quæ hominem poſt lapſum corrupit,

rupit, quando caro concupiſcit adverſus ſpiritum, quando inferior in ſuperiorem inſurgit hominem, & ſubdirenuit. Dudum hoc exemplo uſus eſt S. GREGORIUS *Naz.* oratione ad populum. *Nam*, inquit, *vos quoque imperio meo, ac throno lex Chriſti ſubjicit. Imperium enim nos quoque gerimus, addo etiam præſtantius, ac perfectius, niſi vero æquum eſt ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere.* Itaque dubitandum non eſt, cum finis ſpiritualis regiminis ſit longe præſtantiſſimus, ac hominis ad æternam vitam deſtinati ultimus & ſupremus, ei omnes alios ſubordinari debere & cedere, ſi quæ colliſio officiorum contingeret; ne alias regnum in ſe diviſum deſolaretur, & ſtare non poſſet: neve ea in corpore eccleſiaſtico perverſitas obtineret, quæ in naturali reperitur, per legem aliam in membris, repugnantem legi mentis. Aut igitur diſſolutio partium eſt inſtituenda, atque ad infidelitatem redeundum, aut collum jugo Chriſti ſubjiciendum parendo & ſubmittendo ſeſe omnibus illis, quibus legitima eſt poteſtas, ad intentum finem, viam, rationem, ac leges præſcribendi. Quodſi ergo in regimine ſæculari ſit aliquid, quod ſpirituali obſit, cedat neceſſe eſt potiori juri, nobilioriqûe fini: quidquid contra prodeſt,

& facit ad conſecutionem finis præſtantioris ex parte ignobiliore, inferioreque, conſecrandum eſt, & deferendum parti ſuperiori.

Eam ob rem ſemper intrepidi præſules in ſacris obedientiam a ſumis poteſtatibus repetebant.

II. Atque hoc in cauſa eſt, ut, qui ſuprema etiam hujus mundi gubernacula tenebant, ac dominabantur orbi, promte ſe hierarchis ſubjicerent, atque auſcultarent. *Nam ſi indignus ſum*, alloquitur THEODOSIUM S. AMBROSIUS (*a*), *qui a te audiar, indignus ſum qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas committis preces. Ipſum ergo non audias eum, quem pro te audiri velis?* Neque exiſtimes rogaſſe tantum, & conſuluiſſe, etiam imperavit, corripuit, pœnam impoſuit non obſecundanti; aut aliquid flagitanti, tentantique inique audacter reſtitit, nihil id timens, quod pati forte violentia imperatoris potuiſſet. Id vero dum præſtitit, tum demum gloriatur ſe officio ſacerdotis rite perfunctum. *Reſpondi ego*, inquit in ſimili cauſa, (*b*) *quod ſacerdotis eſt, quod imperatoris eſt faciat imperator. Melius eſt, ut animam mihi quam fidem auferat.* In epiſtola vero ad imperatorem ipſum oſtendit, quam grata debeat eſſe imperatori iſta libertas, ne forte quis adulationis vitio correptus, aut humanæ majeſta-

b.

(*a*) L. V. ep. 29.
(*b*) Orat. contra AUXENTIUM de Baſilicis.

jeſtatis timore abſterritus, deſit officio paſtorali cum ſuo & principis damno. *Et ideo*, ait (*a*), *clementiæ tuæ diſplicere debet ſacerdotis ſilentium, libertas placere: nam ſilentii mei periculo involveris, libertatis bono juvaris. Non ergo importunus indebitis interſero, alienis ingero: ſed debitis obtempero, mandatis DEI noſtri obedio. Quod facio primum tui amore, tui gratia, tuæ ſtudio conſervandæ ſalutis. Si id mihi vel non creditur, vel interdicitur, dico ſane divinæ offenſæ metu. Nam ſi meum periculum te exueret, patienter me pro te offerrem, ſed non libenter. Malo enim te ſine meo acceptum DEO eſſe, & glorioſum periculo. Si autem ſilentii mei, diſſimulationisque culpa & me gravat, nec te liberat: malo importuniorem me, quam inutiliorem, aut turpiorem judices. Siquidem ſcriptum eſt, dicente ſancto apoſtolo Paulo, cujus non potes doctrinam refellere*, Inſta opportune, importune, argue, obſecra in omni patientia & doctrina. *Habemus ergo & nos cui diſplicere plus periculi ſit, præſertim eum etiam imperatoribus non diſpliceat, ſuo quemque fungi munere, & patienter audiatis unumquemq; pro ſuo ſuggerentem officio, imo corripiatis, ſi non utatur militiæ ſuæ ordine.* Vides erga ſummos etiam reges muneris paſtoralis & ſacerdotalis auctoritatem a.

(*a*) L. V. ep. 29.

ſeſe explicare in illis, quæ finem æternæ vitæ concernunt, quibus ſe haud interſerit indebitis, aut ingerit alienis, ſed debitis obtemperat, mandatis DEI obediens, cui non obediendo majus periculum incumbat, quam imperatoribus diſplicendo, quibus etiam gratum eſſe debeat, quemcunque ſuo rite perfungi officio. Nec fefellit S. AMRROSIUM ſua opinio, tam grata enim fuit THEODOSIO iſta libertas, & paſtoralis officii obſervantia, ut dicere non dubitaverit, ſolum ſibi AMBROSIUM videri epiſcopum. Tale
8. enim THEODORETUS refert THEODOSII (*a*) dictum: *Solum Ambroſium novi epiſcopum, dignum eo nomine.* Nempe qui omnibus ſui muneris partibus plene perfungatur, nec quidquam imperatoriam etiam reveritus majeſtatem. VALENTINIANUS vero peroptarat in eccleſia Mediolanenſi talem creari epiſcopum, idque ab epiſcopis poſtularat, quod erat in AMBROSIO conſecutus. *Quare*, ajebat, *hominem ita inſtructum in ſede & gradu epiſcopali jam collocate, uti & nos, a quibus hoc gubernatur imperium, ei vere & ex animo capita inclinemus, & illius reprehenſionem, nam cum ſimus homines, errore labi neceſſe eſt, veluti medicinam animorum cupide amplexemur.* Hæc ille loquitur de epiſcopo Mediolanenſi, non de Chriſti vica-

(*a*) Hiſt. L. V. c. 17. rio,

rio, ac PETRI ſucceſſore, cui univerſæ commiſſæ ſunt oves: quarum e numero ſi eſſe volebat imperator, ſub pedo ipſius vivere, eique ſubdi debebat. Sed pii imperatores non huc reſtringebant ſuam obedientiam, aliis etiam epiſcopis ſuarum ditionum, præſertim regiæ urbis ſe ſubditos agnoſcebant; fuitque olim par obſervantia epiſcopis fere univerſim impenſa, quæ poſtea Romano ſoli eſt conſervata. Sane honores plerique, qui nunc ſingulares ſunt Pontifici, & in una eccleſia Romana ſervati, tum in honorum titulis cum exteriori geſtu venerationis cauſa præſtito, communes plerisque epiſcopis fuerunt: ſic omnes Papæ, ſanctiſſimi, beatiſſimi vocabantur, omnium frequenter oſculis eorum pedes excipiebantur, regesque poſt eos incedere, ſtare, aut ſedere non dedignabantur. Nec minor erat reverentia, obſervantiaque, qua eorum conſiliis, legibus, & mandatis ſeſe ſubdebant: atque ſanctiſſimi, humillimique præſules ſacerdotalis honoris haud immemores fuerunt, quando illis cum regibus, & imperatoribus agendum fuerat, quod tantopere in S. MARTINO eſt a *Sulpitio* SEVERO laudatum, in aliis vero vituperatum epiſcopis, qui feroci ingenio MAXIMI Imp. territi nimium de gravitate ſacerdotali remiſerant. *Cum*,

a. inquit (*a*), *ad imperatorem Maximum, ferocis ingenii virum, & bellorum civilium victoria, & fœda circa principem omnium adulatio notaretur, ſeque degeneri inconſtantia regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet, in ſolo Martino apoſtolica auctoritas permanebat: nam etſi pro aliquibus ſuplicandum regi fuit, imperavit potius, quam rogavit.* S. Jo. Chrysostomus ad gubernacula eccleſiæ accedens, eosdem animos præſeferebat. *Magnus ille Joan-*
b. *nes*, narrat de eo Theodoretus (*b*), *ſuſceptis eccleſiæ Cpoli gubernaculis cæpit iniqua quorundam facinora graviter coarguere: imperatorem ejusque conjugem ſalubriter admonere.* Hæc dum non ſatis proficerent, etiam ad arguendum, idque publice, proceſſit, nihil majeſtatem imperatoriam veritus, exilium etiam potius perpeſſus, quam de munere ſuo aliquid remitteret. Imperatoriam perſonam magis ei obnoxiam reddebat regiæ urbis epiſcopatus, ubi ſe non imperatoris ſervitio, ſed curandæ ſalutis animæ deputatum noverat, nec a cenſuris etiam abſtinendum fore perſuaſus, quando mali gravitas poſtulabat eam ſeveritatem, id quod Theodosius Imp. a S. Ambrosio ſufferre debuit, & patienter tulit: ut mirum ſit poſtea

(*a*) Vit. S. Mart. L. I. c. 23.
(*b*) L. V. c. 28.

Digitized by Google

poſtea extitiſſe, qui putarint, reges (quorum tamen vix aliquis jam digintati dominorum orbis accedere poteſt) imo regios miniſtros a cenſuris epiſcoporum immunes eſſe.

III. Sed de limitibus legitimæ poteſtatis hujusce movetur quæſtio, quatenus ea etiam ad temporalia ſe protendat. Suapte natura, & prima inſtitutione olim ſacra, & civilis Hebræorum respublica invicem conjuncta fuerat & unita; tamen diſcretio obtinuit poteſtatis, dum ſacerdotibus, & principibus ſua cuique diſtincta erat poteſtas. *Amarias ſacerdos & pontifex veſter*, præſcriptum eſt a rege piiſſimo JOSAPHAT (*a*), *in his quæ ad DEUM pertinent, præſidebit: porro Zabadias filius Iſmael, qui eſt dux in domo Juda, ſuper ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent.* Poteſtatis iſta ac regiminis diſtinctio in N. T. multo magis locum habere poteſt, cum ſeparata omnino a republica eccleſia conſtiterit, neque orta eccleſia ſpiritualique ejus regimine, quidquam in ordine regni civilis ſit immutatum. Chriſto (*b*) aperte pronunciante, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo. Et antea Judæos ad ipſius arbitrium recurrentes repulit. *Quis,*

Ut tamen ſint poteſtatis utriuſque limites.

a.

b.

(*a*) 2. Paralip. XIX. 11.
(*b*) Jo. XVIII. 37.

inquit, *me conſtituit judicem? Bene terrena declinat*, commentatur in ea verba
a. S. AMBROSIUS (*a*), *qui propter divina deſcenderat, nec judex eſſe dignatur litium & arbiter facultatum, vivorum habens & mortuorum judicium, arbitriumque meritorum.* S. BERNARDUS pariter de Chriſti vicariis & miniſtris ſacerdotibus dicit, has
b. eis non congruere curas. *Non*, ait (*b*), *quia indigni illi ſint, ſed quia indignum illis talibus inſiſtere quippe potioribus occupatis.* Is totus fere in libris conſiderationum eſt, ut EUGENIO Pontifici conſiderandum objiciat, quam grave, & unius præſertim Pontificis humeris importabile, ſpiritualibus ſimul, & temporalibus curis diſtendi, negotiis fatigari, atque in unum caput congeri totius orbis curas, divina humanaque, ſæculares & eccleſiaſticas cauſas. GREGORIUS II. qui unus etiam accuſatur, ut paulo poſt videbimus, ex illis, qui aliquid pluſculum ſibi hic indulſerint, tamen utriusque poteſtatis limites probe diſcernit epiſt. 2. ad imperatorem data: *Quemadmodum Pontifex introſpiciendi in palatia poteſtatem non habet, ac dignitates regias deferendi, ſic neque imperator in eccleſias introſpiciendi &c.* Sed fieri non potuit, ut eccleſiaſtica ac poli-

(*a*) L. VII. in Lucam.
(*b*) L. I. de conſid. c. 6.

Digitized by Google

politica republica tam arcte ſibi mutuo ſociatis, ac finibus ſubordinatis, nihil unquam excederetur, nec ob turbatos terminos querelæ eſſent movendæ. Quam intrepidos ſeſe epiſcopi pro juribus legibusque eccleſiæ tunc præbuerint, & nihil vel ab ipſis imperatoribus in eccleſiæ præjudicium fieri ſiverint, vetera nos exempla & nova docent. Obſervare tamen licet eam differentiam, quæ pro temporum aut perſonarum ratione, & circumſtantiis agendi modum diverſum declarat in eadem jurium proſecutione. Legem tulerat MAURICIUS Imp. eccleſiaſticæ libertati ac regulis non ſatis congruentem, eam quidem Pontifex per diverſas terrarum partes transmitti fecit. *Et quia lex ipſa*, ſcribit ad imperatorem, *omnipotenti DEO minime concordat, ecce per ſuggeſtionis meæ paginam ſereniſſimis dominis nuntiavi.* Sive GREGORIUS, antequam legem per diverſas orbis partes transmitteret, aliquatenus immutarit, quod jus præfectis prætorio etiam erat, ut videtur BARONIO, ſive totam vulgarit, nihil refert; rerum nos monumenta docent, imperatorem de legis ſeveritate remiſiſſe, nec GREGORIUM tacuiſſe in illis etiam rebus, quæ ad jus imperatoris pertinebant, ſed cum eccleſiæ juribus erant implicata. Unum ex pluribus retulimus exem-

exemplis, quibus ſcatent Romanorum Pontificum epiſtolæ ante & poſt GREGORIUM M. quamdiu Roma adhuc imperatoribus paruit, atque plures enatæ ſunt occaſiones, quibus imperatores ſua abutentes potentia terminos ſuæ poteſtatis excederent. Tum chriſtianarum virtutum vigor, cum etiam Romanæ urbis conditio, adhuc imperatoribus obnoxiæ, modeſtiam & moderationem inſtillabant; quæ cum minus poſtea locum obtinerent, ingentes illæ concuſſiones, colliſionesque poteſtatum eccleſiaſticæ & civilis ſecutæ ſunt.

De quibus poſterius controverſiæ ſunt ortæ.

IV. Hinc illæ odioſæ de duplici gladio PETRI, ſpirituali & corporali pugnæ, quibus eo proceſſum, ut etiam hæreſis notarentur omnes, qui ab eccleſia Romana, cathedra PETRI, e duobus alterum gladium auferant. Econtra conduxerunt principes calamos, qui principes omnino legibus & obedientia Pontificis ſolverent; atque ſic utraque poteſtas inter ſe committebatur. Quam ingens numerus ſcriptorum de contentionibus inter imperatores Germanicos, & reges Gallicos prodierit olim, nemo niſi in re litteraria eorum temporum peregrinus ignorat. Quot proximis hiſce temporibus vel in ſola cum republica Veneta PAULI V. cauſa utrinque docti viri ſcriptis

ptis ſuis partium jura ſunt tuiti? Hinc Pontifici poteſtatem omnem extorquere conantibus aliis, quoad temporanea, quando etiam nexa ſunt ſpiritualibus, & neceſſariam habent invicem ſubordinationem, illinc aliis omnem plenitudinem poteſtatis Pontifici adſtruentibus in temporalia. Rem alii moderari videbantur, quando quoad ſpiritualia directam, quoad temporalia indirectam eam nominabant poteſtatem, quæ eccleſiæ in temporalia competeret; ſed minime ſatisfaciebant, adverſa parte contendente, quoad effectum idem eſſe an directa, an indirecta ſit ea poteſtas, nec ſi directe deſit, indirecte adeſſe poſſe. *Ita enim prudentes definierunt*, ait apud BELLARMINUM BARCLAJUS, *quoties aliquid directe fieri prohibetur, id nec indirecte quidem, ſive per conſequentiam fieri poſſe.* At nunquam BELLARMINUS de eo, quod licitum vel illicitum in ſe ſpectatum eſſet, agebat; ſed de modo, quo jus Pontifici in temporalia competeret. Scholaſticus iſte terminus, vagus nimium, malignis non ſolum interpretationibus, ſed etiam uſurpationibus locum præbebat. In ordine ad ſpiritualia eſſe ſubordinatam politicam poteſtatem eccleſiaſticæ chriſtianæ leges dubitare non ſinunt: quouſque vero neceſſitas finis ſpiritualis petat,

ferat-

feratque, ut temporale reſtauretur, eique ſe eccleſia ingerat, immiſceatque, quando ad caſus particulares venitur, quando pro diverſis temporum, locorum, & perſonarum circumſtantiis res eſt, quis non intelligit, quam hic circumſpectione, prudentia, & caritate ſit opus? Quam facile exceſſu defectuque peccari queat, eccleſiæ quisque annales conſulat.

Præſertim in Gallia ob dependentiam regis ac regni ab eccleſia.

V. Quis non aſſurgit audito veneranndo *Rob.* BELLARMINI nomine? Quis ingenii moderationem, ac doctrinæ ſoliditatem non miretur? Is tamen cum hanc indirectam eccleſiæ ac Pontificis in temporalia poteſtatem contra BARCLAJUM acrius adſtrueret, viſus eſt licentiam dediſſe, quævis in ſacratas regum & principum perſonas audendi. Auſus eſt *Achilles* DE HARLAI de BELLARMINI libro coram regia majeſtate publice profiteri, præcipuum effectum ejus libri eſſe, ut licentia ſubditis daretur reges interficiendi; atque adeo tota erroris D. PETITI in concilio Conſtantienſi damnati calumnia fere in BELLARMINUM recidit. Nec potuit dignitas tanti viri & ſanctitas impedire, quo minus ejus liber lictoris manu lacerareturetur, atque igni traderetur: quæ eadem ſors libris MARIANÆ, & SUAREZII obtigit. Alii, quorum perſonæ regiæ

giæ ſuberant ditioni, pœnis & ſuppliciis luere debebant, ſi quid pro poteſtate eccleſiaſtica cum præjudicio in regiam audacius ſcripſiſſent. Theologi cujusdam ad LUDOVICUM XIII. Galliæ regem admonitio, Myſteria politica *Jacobi* KELLER, Jeſ. Germani, ac SANTORELLI liber in eodem argumento, quam ſint male excepti, quod Pontifici ſupremam poteſtatem in perſonam regiam, atque etiam deponendi reges attribuerent, res eſt pervulgata. In totum ordinem Jeſuitarum invidia ſumma redundavit. Hinc ſtudium & ardor Parlamenti ad eos obſtringendos, ut ſignarent tres illas famoſas propoſitiones. (*a*)

I. Quod rex ſtatum ac regnum ſuum nemini in acceptis referat niſi DEO, ſuoque gladio.

II. Quod rex ſuperiorem neminem recognoſcat in ſuo regno niſi ſolum DEUM.

III. Quod Papa nequeat regem, aut regnum ſuum interdicto ſubdere, aut ſolve-

I. (*a*) Que le Roy ne tient ſon état que de Dieu, & de ſon épée.

II. Que le Roy ne reconnoit aucun ſuperieur en ſon royaume que Dieu ſeul.

III. Que le Pape ne peut mettre le Roy ni ſon royaume en interdit, ni diſpenſer ſes ſujets du ſerment de fidelité qu'ils lui doient, pour quelque occaſion que ſe ſoit.

ſolvere ſubditos juramento fidelitatis, quo ei obſtringuntur quacunque de cauſa, ſeu quacunque oblata occaſione.

Ipſis epiſcopis, qui damnationi libri SANTORELLI ſeſe opponebant, aliæ tres propoſitiones ad ſignaturam ſunt propo-
a. ſitæ. (a)

I. Nulla de cauſa, ac occaſione licitum eſſe rebellare, aut arma adverſus regem ſumere.

II. Quoscunque ſubditos regi obedientiam debere, nec quemquam ſeſe juramento fidelitatis poſſe exſolvere.

III. Regem deponi non poſſe auctoritate quacunque, ſub quocunque prætextu, aut caſu quocunque.

Hinc venditatæ libertates eccleſiæ Gallicanæ.

VI. Dici non poteſt, quam ſuſpicionibus, calumniis omnia patuerint, ſi vel a longe aliquid in præjudicium regiæ poteſtatis pro eccleſiæ auctoritate proferretur. Perſuaſum fuit periclitari libertates eccle-

I. (a) Pour quelque cauſe, & occaſion puiſſe être, il n'eſt permis de ſe rebeller, ni prendre les armes contre ſo· Roy.

II. Tous ſujets ſont tenus d'obeir au Roy & perſonne, ne peut ſe diſpenſer du ferment de fidelité.

III. Le Roy ne peut-être deposé par quelque puiſſance, que ce ſoit, ſous quelque prétexte, & occaſion que ce puiſſe être.

eccleſiæ Gallicanæ in ejusmodi capitibus ad reſtringendam eccleſiaſticam poteſtatem excogitatis. Huc fere redit opus illud de juribus & libertatibus eccleſiæ Gallicanæ, unacum probationibus an. 1636. auctoribus D. PITOU & DU PUY primum editum: regem nullum in temporalibus agnoſcere ſuperiorem, regi jus regalium competere, non licere conventus eccleſiaſticos in ſuo regno ſine permiſſu regio haberi, bullas ſummorum Pontificum ſine litteris patentibus nec poſſe, nec debere executioni mandari &c. *Jacobus* LESCHASSERIUS (*a*) ad hæc quinque capita has revocat libertates. 1. Neque Papam, neque totum omnino clerum jus habere de ullâ re temporali ſtatuendi: multo minus de ullo regno, ſeu imperio ſupremo. 2. Omnem eccleſiæ paſtorem, imo ipſum Papam conciliis eccleſiæ eſſe ſuppoſitum. 3. Concilia nova, quæ jugum eccleſiæ imponunt, antiquis cedere debere, quibus firmata eſt ejus libertas, cum ea nihil aliud ſit, quam jus commune, canonicum, antiquum. 4. Regem in eccleſia eandem habere auctoritatem, quam JOSIAS habuit &c. eandem etiam quam CONSTANTINUS, qui ſe in eccleſia epiſcopum rerum exteriorum eſſe affirmabat &c. 5. Ex variis ju- 4.

(*a*) De libertate antiqua & canonica eccleſiæ Gallicanæ.

ribus, quibus eccleſiæ diſciplina continetur, unum eſſe æternum & perpetuum, cætera momenti, & proviſionis temporariæ cauſa facta, ob humanas quasdam cauſas, quæ cum tempore ceſſare ſolent; at eccleſiam ex voto & ſuo & omnium pietatis chriſtianæ amantium reſtitutionem juris divini ſeu apoſtolici exoptare. Clerus ſeſe oppoſuit editis de libertatibus his operibus: ſed rex eorum patrocinium ſuſcepit, unde LUDOVICI XIV. auſpiciis variis modis aucta non ſemel prodierunt.

Ac declaratio ipſius etiam cleri Gallicani, de non deponendis regibus, aut ſubditis juramento fidelitatis ſolvendis.

VII. Rex tamen independentiam poteſtatis ac regni ſui necdum ita ſatis firmatam rebatur, niſi etiam ipſius cleri Gallicani oraculum haberet, id quod celebri declarationi ejusdem cleri 1682. factæ locum dedit. Ubi primo ſtatim loco occurrit: *Reges & principes in temporalibus nulli eccleſiaſticæ poteſtati DEI ordinatione ſubjici, neque auctoritate clavium eccleſiæ directe vel indirecte deponi, aut illorum ſubditos eximi a fide atque obedientia, ac præſtito fidelitatis ſacramento ſolvi poſſe, eamque ſententiam publicæ tranquillitati neceſſariam, nec minus eccleſiæ quam imperio utilem, ut verbo DEI, Patrum traditioni, & ſanctorum exemplis conſonam, omnino retinendam.* Facultas juridica Pariſienſis univerſitatis mox declarationi ſeſe ſubdidit,

didit, non ita theologica facultas. Ex clero adverſati ſunt non tantum, qui declarationi in ordinem redigendæ operam non impenderant; verum etiam ex illis, quibus edicto ejus executio fuerat demandata, cum indignationem Romanæ ſedis non ferrent, litteras pœnitentiæ plenas ad Pontificem dederunt: *Idcirco*, ajunt (*a*), *ad pedes beatitudinis veſtræ provoluti profitemur, & declaramus nos vehementer quidem, & ſupra omne id, quod dici poteſt, ex animo dolere de rebus geſtis in comitiis prædictis, quæ ſanctitati veſtræ, ejusque prædeceſſoribus ſummopere diſplicuerunt, ac proinde quidquid in eisdem comitiis circa eccleſiaſticam poteſtatem, & pontificiam auctoritatem decretum cenſeri potuit, pro non decreto habemus, & habendum declaramus, præterea pro non deliberato habemus illud, quod in præjudicium eccleſiarum deliberatum cenſeri potuit. Mens nempe noſtra non fuit quidquam decernere, & eccleſiis noſtris præjudicium inferre.* Ex quibus eluceſcit, pœnitenda eſſe ſolere ea opera, quæ urgente potentia brachii ſæcularis eduntur potius, quam auctoritate qualicunque eccleſiaſtica. Sæpe hactenus cleri Gallicani interfuit, declarationi illi non prorſus detuliſſe, præſertim quoad caput illud, quod omnem penitus regiam

(*a*) Ep. ad Innoc. XII. a. 1693. a ep. Gall. data.

dependentiam a poteſtate eccleſiaſtica excludit: eſt enim aliud ſecuritas dignitatis ac perſonæ regiæ, quam illius dependentia, quæ duo confundere ſtudent, qui legitimam poteſtatem eccleſiaſticam ſuſpectam principibus reddere allaborant: ac ſi mox, ut ſuo modo ſubordinari, & dependere dicitur poteſtas civilis ab eccleſiaſtica, auctoramentum depositioni, imo interfectioni regum & principum præſtaretur. Suſpicio illa perverſa non abs fundamento ortum ſuum ex quadam philoſophia conſequentiaria traxit, excommunicatos ita vitandos eſſe, atque cum eis ita omne humanæ conſuetudinis vinculum rumpendum, ut ſi etiam domini ac reges ſint, pro talibus coli amplius haud debeant, quos ne alloquio quidem dignari nos oporteat. Illius rei diſcrimen *Henricus* Borbonius *Condæus* luculenter in oratione ad Ludovicum XIII. prodidit, ſimulque juſtæ moderationis conditiones expoſuit. *Haudquaquam*, ajebat (*a*), *eſt dubium, rex, quin Papæ, ut ſupremo paſtori a Chriſto conſtituto tua majeſtas eodem jure ſubſit, quo cæteri fideles etiam infimæ ſortis, ita ut ea poteſtate abſcindi ab eccleſiæ membris, & excommunicari poſſis, ſiquidem id tua peccata mereantur, qua quidem excommunicatione ani-*

a.

(*a*) Mercure François T. III. an. 1615. p. 634.

anima ſathanæ tradita, tu rex eccleſiæ communione pulſus, ſacramentorum extorris, omni etiam eccleſiæ limine arceare. Cæterum quod attinet temporalia, tibi Chriſto Domini, haud ſecus a ſubditis populis obedientia ac tributa deberentur, Chriſto & apoſtolis verbo & exemplo præeuntibus. Qui contrariam tuentur ſententiam, quamvis inimici regiæ poteſtatis, non tamen eouſque in rabiem acti ſunt, ut reges cædi poſſe dixerint. At ſi rem penitus introſpiciamus, facile intelligemus nec tuam ſacroſanctam perſonam a cæde tutam eſſe.

Sententia de redigendis in ordinem regibus apoſtatis.

VIII. Sicuti vero notavimus enormem exceſſum, quo uſque ad necem principis proceditur, ita juſtum eſſe nulli dubitamus regiam, aut cæſaream majeſtatem eccleſiæ nomen dantem in illis eccleſiæ ſubjici, quæ ad religionis conſervationem integritatemque ſpectant. An huc præciſe ſpectarint ſemper Gallicani præſules, quando toties ſunt conteſtati, ſe ſalvam omnino cupere ſecuritatem perſonæ regiæ, ut tamen nihil obſit dependentiæ illius ab eccleſia, ac ſubjectionis debitæ, non auſim determinare? Sed rem altius repetamus. S. THOMAS 2, 2. *q.* 12. *art.* 2. ſententiam duram eſt amplexus: *Quam cito*, inquit, *aliquis per ſententiam denunciatur excommunicatus propter apoſtaſiam a fide, ipſo*

facto ſubditi abſoluti ſunt a dominio ejus, & juramento fidelitatis, quo ei tenebantur. Obſervarat prius infidelitatem ſecundum ſeipſam non repugnare dominio, poſſe tamen per infidelitatem ſententialiter jus dominii amitti. Addit ad eccleſiam non pertinere, punire infidelitatem in illis, qui nunquam fidem ſuſceperunt. *Sed*, inquit, *infidelitatem illorum, qui fidem ſuſceperunt, poteſt ſententialiter punire.* An ſanctus doctor infidelitatem ibi ſumat pro totali fidei deſertione, an de quavis hæretica pravitate, nolim decidere. Exempla antiquæ eccleſiæ in utraque parte fallunt, dum eccleſia & apoſtatam JULIANUM, & hæreticos CONSTANTIUM, VALENTEM aliosque, nihil non ad evertendam fidem molientes, tulerit. Niſi, quæ de JULIANI morte referuntur, pro diſcrimine ſumere velis. Id autem in ſententia D. THOMÆ probe notandum, eum non aliter niſi poſt latam ab eccleſia ſententiam ſeveram iſtam vindictam ſumtam velle. Non deſunt, qui hæc etiam de hæretica pravitate intelligant. Ferturque vulgo canon conc. Lateranenſis in hanc ſententiam: *Si vero dominus temporalis admonitus ab eccleſia terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per metropolitanum & comprovinciales epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur.*

tur. Et ſi ſatisfacere contemſerit infra annum ſignificetur hoc ſummo Pontifici, ut ex tunc ipſe vaſallos ab ejus fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat catholicis exponendam, qui eam exterminatis hæreticis ſine ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent, ſalvo jure domini principalis, dummodo ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege ſervata circa eos, qui non habent dominos principales. Hunc canonem in concilio editum ſolemniter negant; quo tamen admiſſo nihilominus ſalvum adhuc jus principalis domini conſervatur.

IX. Quod ad praxin ſpectat pro mitiori quam ſeveriori ſententia, & antiquioris & purioris eccleſiæ plura ſuppetunt exempla. Nec mihi placet, quam paſſim afferri video contra primævam hanc obſervantiam rationem. *Eccleſia,* inquit BELLARMINUS (*a*), *quæ Spiritu DEI regitur non ſemper exerit poteſtatem ſuam, ſed pro loco & tempore, ut a Spiritu Chriſti admonetur & ducitur; & quidem primis trecentis annis eccleſia chriſtiana non habuit reges chriſtianos, niſi pauciſſimos, ut Lucium in Brittannia, & Donaldum in Scotia, qui cum pii eſſent, non erat cauſa, cur eccleſia poteſtatem ſuam in eos exerceret.*

Quo fundamento illius praxin ſtabiliat BELLARMINUS aliique? a.

(*a*) Cap. III. contra BARCL.

ret. Succeſſerunt poſtea reges, aut valde pii & religioſi, ut Conſtantinus &c. aut valde impii & blaſphemi, ut Conſtantius, Julianus, Valens, Theodoricus, Totila, Genſericus, Hunericus & alii. Erga priores eccleſia benevolentiam oſtendere debuit non ſeveritatem; erga poſteriores, quoniam potentiſſimi erant, ſeveritatem oſtendere nihil profuiſſet; ideo patientia potius adhibenda fuit, quam auctoritas. Quodſi BELLARMINUS ſeveritatem diſtringendam velit in illis tantum circumſtantiis, quo de proſpero illius eventu ad converſionem, emendationemque perverſi principis ſpes certa eſt *ſalvo jure*, ut habet canon later primum laudatus, minus in pietatem, juſtitiam, charitatemque peccat, quam ſi tolerantiam illam defectui tantum potentiæ adſcribit. Quod nec ipſum ex vero penitus dicitur, cum JULIANI *Apoſtatæ* tempore, & ſub imperatoribus Arianis orbis catholicus ad principem in ordinem redigendum haud inſufficiens fuiſſe videatur. Nec tunc DEUS defuit eccleſiæ ſuæ, haud minus eam protegendo, quam olim in perſecutionibus gentilium. Dici igitur nequit, ad extrema ejusmodi eſſe deveniendum, niſi forte, ut ſuperius dictum, ſpes (cujus rei quis ſe ſponſorem det?) emendationis, converſionisque adeſſet, cum tunc pia

hæc

hæc foret crudelitas. Alioquin S. Augustinus ipſa ſpirituali cenſura abſtinendum exiſtimat, ubi ſocia timetur multitudo, eam ipſam ob rationem, quia cenſuræ eccleſiaſticæ medicinales eſſe debent. *Non poteſt eſſe*, inquit (*a*), *ſalubris ac utilis correptio, niſi cum ille corripitur, qui non habet ſociam multitudinem: cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis reſtat, quam dolor & gemitus.* Ex his conjici poteſt, quam raro aut nunquam in reges eccleſiaſtica ſeveritas, maxime gravioribus cenſuris ſecure diſtringatur, qui ſemper habent ſociam, & obſequentem multitudinem. Atque eccleſiaſticæ manſuetudinis, ſecundum exemplum Chriſti, eſt, ſemper mitiora eligere, nunquam exaſperare malum, quamdiu ſine aperto eccleſiæ periculo ac ruina ita facere licet. Propheræ Spiritu divino imbuti erant in regno Judaico & Iſraelitico, quando peſſimi reges idololatræ ad gubernacula ſedebant, omnem illi virtutem ac conatum ad eos in tramitem revocandos impenderunt, de extremis remediis non cogitarunt, quibus poſſet exulcerari potius quam tolli malum. In Oziam ſolum, qui zelo potius peccarat, & animo bono erat, aliter agen-

(*a*) Contra Epiſt. Parmen. L. II. c. 3.

dum exiſtimarunt, ſed præeunte divina vindicta. Solent hoc potiſſimum exemplo uti, qui ab excommunicatione, ceu ſpirituali lepra, ſeu contagione, ob quam a commercio ſacro & humano ſeparatio fit, cauſam repetunt: qualis aliquando regula viguit, quæ regem anno integro in papali excommunicatione ſordeſcentem exuebat omni jure regni.

Et ad quos eam poteſtatem extendant caſus ?

X. Imo eouſque progreſſi ſunt nonnulli, ut ſine ejusmodi ſcelere ſtatuerent, deponi poſſe regem, ſi ſaluti animarum, & eccleſiæ utilitati conducere videatur. Et huc quidem venire poterant, qui indirectam etiam tantum admittunt in eccleſia poteſtatem, quæ ſe eouſque extendat ad temporalia, quatenus ex temporalibus ſpiritualia promoventur, vel impediuntur, tuncque valeat, quando utraque poteſtas civilis ac ſpiritualis pars eſt ejusdem reipublicæ chriſtianæ: maxime cum ſe reges populis obſtrinxerint ad tuendam rectam fidem, ut ſi illi a juramenti religione diſceſſerint, hi quoque viciſſim a dato ſacramento abſolvi poſſint. Non auſim ſtatuere, an huc reſpexerit epiſcopus Nemauſenſis, dum anno 1730. 17. Sept. celebri illo ſermone habito ad regem nomine cleri Gallicani dixit: *Regnum ſuum eſſe fundatum in Catholicitate*, atque iisdem ſemper ſuſtineri debere

debere principiis. Atque hæc forte in cauſa ſunt, cur Scholaſtici plerique cum ſuis principibus ſolam hæreſin, & apoſtaſiam cauſam juſtam depoſitionis faciant: poſtea adhuc intra anguſtiores terminos facultas iſta eſt revocata. PERONIUS hæreſi & apoſtaſiæ violatum juramentum ac perſecutionem adjunxit. BELLARMINUS vero id ſaltem, ut ſubditos a fide abſtrahere conentur: alias pacate, quieteque regnare permittendum. Nobis theologis ſane fas haud eſt pro regia libertate eccleſiaſticam prodere.

XI. Sed nihilominus cavendum eſt, ne religionis ſpecie regna peſſumdentur, cum periculum nunquam ſit, ut eccleſia, divinis promiſſionibus firmata, concidat molitione perverſa principum hujus mundi; cum, illis maxime ſævientibus, & in exitium conſpirantibus, mirifice aucta excreverit. Id tamen eo non dico, ut chriſtianis principibus contra datam juratamque fidem impune graſſandi licentia fiat, nec poſſit eccleſia opportunis remediis nocendi poteſtatem reſtringere, ne chriſtianus populus manifeſto ſubverſionis periculo relinquatur, quod temporibus proclive eſt, ac funeſtum, quibus multorum charitas refriguit, quibus rara fortitudinis invictæ certamina, quibus regis ad exemplum totus componi-

Qua in re ſumma cautione opus, atque ab eccleſia eſt decernendum.

ponitur orbis. Sed manus domini non eſt abbreviata: quoniam potens eſt DEUS de
a. lapidibus iſtis ſuſcitare filios ABRAHÆ (*a*). Nulla abſoluta neceſſitas ſtatui poteſt deſperati iſtius remedii, & ſemper potius mali exaſperatio, quam utilitas ſperatur: quando nec animus, nec vires nocendi cum jure regnandi demuntur. Cor regis in manu Domini, & regnum a Domino eſt: non eſt enim poteſtas niſi a DEO. Quæ ergo hic aguntur DEI ſpeciali conſilio, auxilioque agenda ſunt, ea autem ad futura eccleſiæ in ejusmodi rerum articulis non eſt ambigendum, ut quidquid agendum pro rei neceſſitate, circumſtantiis loci, temporis, perſonarum decreverit, conſultum habeatur. Aliquid fixum ſtatui, præſertim a privato in re, quæ ex variis circumſtantiis dependet, atque publica regnorum jura ſpectat, temerarium foret. Potuit aliquando utile aliquid ac proficuum eccleſiæ fuiſſe, quod poſtea pernicioſum foret: hæc diſcernere, & definire legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis eſt. Non quod enormem aliquam, regibusque formidandam potentiam in ipſa temporalia regna eccleſiæ adſcribere neceſſe propterea ſit; ſed quod in colliſione officiorum erga DEUM, religionem, reges, patriam

ea

(*a*) Matth. III. 9.

ea tutiſſima interpres exiſtat, cui inſigni auctoritate datum, ut quæ ligat, aut ſolvit in terra, ligata & ſoluta ſint in cœlo. Unde etiam juramenta & vota &c. relaxat, quæ obligationem ſpectant, qua DEO ipſi obſtringuntur homines. Quodſi ergo DEUS ea remittit hominibus, quæ ab eccleſia ſoluta denunciantur juxta id quod promiſit, an principes mundi hujus, quando ad eccleſiam venientes ſe ac ſceptra ſua eccleſiæ ſubjecerunt, ſeſeque devoverunt, an, inquam, impune non ſolum datam fidem violabunt, ſed etiam ſubjectam fidelem plebem ſeducant, & ſubvertant? Quin liceat eorum perverſis conatibus obſiſtere DEO potius obediendo quam hominibus: quod primi chriſtianæ fidei fundatores pro conſtanti retinuerunt principio, atque ante reges DEO jus ſuum ſalvum ac integrum præſtiterunt.

Nec hactenus aliquid in hac cauſa eſt præjudicatum ab eccleſia.

XII. Id conſtanter ingerimus, ac ſtatum quæſtionis figimus, ſi talis ſit colliſio officiorum ac jurium ſupremi domini, & terrenorum principum, ut ſalva ſimul eſſe nequeant. An tunc ipſi regiæ dignitati ac nomini (quod ſacratiſſimum præſtantiſſimumque eſt rebus ac juribus humanis) ſit vis inferenda, controverſum eſt? *Scholaſtici certant*, inquit *Jo.* TRI-

THE-

a. THEMIUS (*a*), *& adhuc ſub judice lis eſt, utrum Papa poſſit deponere imperatorem.* Paſſimque auctores, qui ab eo tempore vixerunt, ſcripſeruntque, quo de hac re tractari cœpit, aſſerunt liberam eſſe quæſtionem, quamcunque etiam eligerent partem. *Card.* PERRONIUS in conv. ordinum regni Gall. 1614. oratione ad deputatos tertii ordinis huic rei inſigne perhibuit teſtimonium ea quæſtione propoſita: *An reges dato ſacramento ad tuendam catholicam fidem DEO ac populis obligati, ſi eam fidem publice ejurarent, ac perſequerentur, hujus juramenti, religione contemta, deponi poſſint; ac ſubditi viciſſim exſolvi a præſtito fidelitatis ſacramento, & a quo id fieri poſſit.* Contendebat autem eam quæſtionem inter problematicas recenſendam, eoquod ab undecim ſæculis nunquam ei in eccleſia propugnatores defuiſſent. Recte autem addebat: Si controverſia judicanda videretur, id fieri non poſſe a conventu ordinum, qui ſæcularis eſſet, oborturaque hinc ſchiſmata, imo hæreſim, cum anteacta ſæcula ipſique Pontifices erroris damnarentur, multaque in regnum & rempublicam incommoda, perturbationes gra-
b. ves ſecuturas. Magis inferveſcens (*b*) dixit:

(*a*) Chronic. Hirſaug. ad an. 1106.
(*b*) Mercure François. 1615. p. 272. &c.

dixit: ab eo tempore, quo ſcholæ in Galliis inſtitui cœpiſſent, nullum doctorem, theologum, jurisconſultum, quin nec ullum decretum, concilium, arreſtum parlamenti, magiſtratum tam politicum, quam eccleſiaſticum proferri poſſe, quo edictum ſit in caſu hæreſis, aut infidelitatis ſubjectos non poſſe abſolvi a juramento fidelitatis principi debito. Viſus eſt poſtea, nimirum die 8. Jan. 1615. cum ſuperiora die 2. ejusdem menſis dixiſſet, plus deruliſſe huic quæſtioni, eam ad doctrinæ caput revocando, quam prius problematicam judicaſſet, dixitque eſſe revera caput doctrinæ, quod prius quæſtionem rebatur problematicam, jam vero ſine ambagibus mentem ſe declarare ſuam, ac pro certo ſe tenere poteſtatem Papæ eſſe plenam, pleniſſimam ac directam quoad ſpiritualia, indirectam vero quoad temporalia: qui contrariam in animum inducerent ſententiam eſſe ſchiſmaticos, & hæreticos, eos ipſos parlamentarios, qui errorem a Turonibus hauſerint. Niſi promte rex arreſtum parlamenti antiquaret, juberetque deleri concluſiones hominum regiorum ex regiſtro, ſibi injunctum a clero ut declaret, ſeſe ſtatibus ac regno exceſſuros, atque excommunicaturos (utpote qui ceu in concilio nationali con-

grega-

gregati eſſent) omnes eos, qui contra hanc ſentirent affirmativam propoſitionem, Papam poſſe deponere regem. Quodſi rex ferre nollet, ac impedire conaretur, ne ad cenſuras procederent eccleſiaſticas, potius ſe martyrium ſubituros, quam iſti regiæ voluntati ceſſuros. Subita iſta mutatio non tam mentis ac ſententiæ fuerat in cleri Gallicani oratore Emin. PERRONIO, ſed juſta indignatio in parlamentum, quod ſibi judicium de hac re uſurparat edito arreſto: nec effectu proſpero caruit iſta cleri libertas & conſtantia, a rege enim articulus parlamenti eſt ſuppreſſus, & inhibitum curiis omnibus regni, quidquam de cauſis his in deliberationem ſumere, multo minus judicium ſibi uſurpare. Veluti vero ægerrime tulerunt ordines eccleſiaſtici circa legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis fines ac limites, arrogari ſibi arbitrium a laicis magiſtratibus, ita econtra hos maxime ſollicitos habet, ne quid unquam circa poteſtatem eccleſiæ in temporalia ſtatuatur ab eccleſia. Atque hæc ex præcipuis cauſis eſt, cur tantopere pro Romanorum Pontificum fallibilitate pugnet Gallia, ne forte decreto aliquo pontificio hæc definiretur poteſtas. At cur non idem timor a conciliis inceſſit? Ab annis ſexcentis

centis quoties in hac re aliquid fuit factitatum, in ſynodis id contigit in cæſares Teutonicos. Quodſi ergo ex factis judicandum, æque concilia, quam Pontifices in crimen vocantur. Quodſi quæſtio juris aſſumatur, nec a Pontifice, nec a concilio quoquam præjudicium eſt factum, neque decretum, canon, aut definitio aliqua edita. *De deponendis*, inquit ill. BOSSUET (*a*), *regibus nunquam canonem aut profeſſionem ab eccleſia fuiſſe editam, neque a quoquam aut concilio, aut etiam Papa pronunciatum eſſe, ne quis negaret, principes a Pontificibus poſſe deponi, neque ab ullo doctore, ab ullo viro bono eſſe ſcriptum, hæreticum aut ſchiſmaticum fuiſſe quemquam eo præciſe nomine, quod negaſſet, reges a Pontificibus poſſe deponi.* Fuerunt gliſcentibus ſacerdotium inter & imperium ſimultatibus, a viris prudentibus & piis ejusmodi excogitata conſilia, atque moderatio retenta, ut DEO quæ ſunt DEI, cæſari vero quæ ſunt cæſaris tribuerentur. Veluti in hiſtoria Trevirenſi de BRUNONE archiep. Trev. tempore PASCHALIS II. & HENRICI IV. refertur: cum tanta ſolertia & ſapientia ab ipſo rem actam, ut in graviſſimis illis regnum inter & ſacerdotium diſſidiis ita catholicorum amplexus ſit conſortium,

a.

(*a*) Defenſio declar. cleri Gallic. P. II. L. VII. c. 5.

ut imperatori debitum non denegaret obſequium. De ſe vero aliisque epiſcopis Card. PERRONIUS reginæ eſt conteſtatus, cum de libro de eccleſiaſtica & politica poteſtate ageretur: *Scire omnes, qua ipſe fide Henricum IV. regem chriſtianiſſimum coluerit, nec exſpectaſſe ſe donec catholicus fieret, ſed ſectariis adhærenti, & per Papam abdicato conſtanter adhæſiſſe: idque alios epiſcopos eidem Turonis præſtitiſſe regi, ſervientes principi tunc ab eccleſia alieno catholici ſacerdotes epiſcopi.*

Nec praxeos, aut ſententiarum rigori ac præcipitantiæ tuto ſtatur.

XIII. Nemo iſtam agendi rationem in epiſcopis, ac etiam Emin. PERRONIO jure vituperet, quaſi minus ſibi conſtante, aliudque ſpeculative, aliud practice ſequente. Res iſthæc pro varia rerum facie & circumſtantiis mutationes ſubit, atque eadem ſubſiſtente theſi in diverſa hypotheſi variat. Quis unquam negarit eccleſiæ poteſtatem ligandi, ſolvendique, conſequenter contumaces cenſuris, & excommunicatione coercendi, qua diſtrictione etiam reges & principes eccleſiæ filii teneantur? Et tamen hodie pragmatici regii tolerantur, qui non reges ſolum, ſed & regio miniſterio addictos hac ſolvunt ſubjectione. In theſi quæſtio nulla ſuboriri poteſt, quin epiſcopi & pontifices (quidquid libertatis aliqui, immunitatisque a cenſuris arrogent) poſſint

ſint quoscunque ſibi in eccleſiaſticis ſubditos pœnis iſtis plectere : ſed in hypotheſi ſæpe hic locum habere poteſt, quod ſupra ex S. AUGUSTINO retulimus, excommunicandos haud eſſe, qui habent ſociam multitudinem: quippe quæ conſilia, ex S. Patris ſententia, inania ſunt & pernicioſa. Imo amplius addit : *quia & impia & ſuperba fiunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam correxerunt animoſos malos.* Nemo æquas damnare auſit ac juſtas cauſas, quibus inductus CLEMENS VII. HENRICUM VIII. anathemate perculit. At quam multi poſtea fuerunt pii, reique catholicæ ſtudioſi, qui peroptaſſent, Pontificem genio & articulo neceſſitatis pluſculum indulſiſſe, atque relicta DEO ultione, peperciſſe cenſuris, id tantum valituris, ut exaſperatus rex in ipſas cenſuras, in ipſam eccleſiam ſurgeret. Quod de certa eccleſiæ poteſtate, pœnis ſpiritualibus coercendi, ita dici poteſt, ut multo magis locum habeat de necdum certo eccleſiæ aſſerta poteſtate, etiam uſque ad depoſitionem in ſummos orbis reges, ac principes ſæviendi, ad quam ſtabiliendam BELLARMINUS, utut totis incubuerit viribus, exemplis tamen ſolummodo & rationibus agere potuit, non ſcripturis, conciliis, & Patribus, qua ratione facti

tantum, non juris, quæſtio ab ipſo fuit ſtabilita. BONIFACIUS VIII. qui primus viſus eſt temporalium rerum ordinandarum, ac deponendorum principum poteſtatem in bulla *Unam ſanctam* vindicaſſe, in nuda rei expoſitione in quæſtione facti ac hypotheſi ſubſtitit: unde qui proxime ei ſucceſſit CLEMENS V. probe perſpexit decreti dogmatici nomen minime mereri. Et ſemper male habiti ſunt libri, qui, quid de facto, & de jure hic agitatum, non probe diſtinxerunt. Maxime in Galliis SANTORELLI hoc expertus liber ac doctrina, potiſſimum bulla *Unam ſanctam* nixa, qua is figere dogma eſt conatus pro pontificia poteſtate, parlamentum vero contrarium: quo factum eſt, ut cenſura contra librum illum lata in Galliis tantos excitarit motus. Non dubitavit DU VALLIUS de cenſura illa contra librum SANTORELLI edita dicere: Si juſta ea eſſet, Papam antichriſtum fore: & tamen is doctrinam SANTORELLI deteſtabilem & pernicioſam appellavit, cenſuræ qualificationem inceſſens, qua doctrina ea, ut erronea, & contraria verbo divino fuit damnata. Dixit ergo deteſtabilem eam eſſe in moribus, haud erroneam in doctrina. Docuit experientia, vitam etiam regiam, cum eorum dignitate in periculo

culo verſari: perverſis nimirum animorum ſtudiis, & machinationibus, non ad eccleſiæ mentem, quæ quamcunque in reges etiam ſeveritatem diſtringuat ad ſalutarem medelam totum facit, ut ſi etiam deponeretur a regno, illud emendatus recuperare poſſit: ſed poſſet hoc quidem eſſe pium eccleſiæ conſilium; vero in rei executione ut ex mente eccleſiæ procedat, id in eccleſiæ poteſtate non eſt. Atque hinc accidit, ut ſaluberrima ſæpe ejus conſilia infeliciter ceſſerint in ejusmodi cauſis facti. Quin imo multa ſummis Pontificibus in hac cauſa facta imputantur, quæ nulla eorum opera acciderunt.

Quid primum Pontifices uſurparint in translatione imperii orientalis.

XIV. Ut enim ad primum fontem & originem redeamus, unde omnis iſta ſuſpicio qualiscunque de uſurpata etiam in terrenum principum, regumque imperium poteſtate, progreſſa eſt, ea a translatione imperii ab imperatoribus orientis in occidentem eſt repetenda. *A translatione iſta*, inquit *Jo.* BARCLAJUS (*a*), *origo poteſtatis, quam ſibi deinde aſſeruerunt in imperatorem Pontifices: qui mox ut aucti imperatorum donis, cum econtrario deficeret imperium, ſive rebellione civium, ſeu bellis externis in ipſos imperato-* 2.

(*a*) Vind. pro regibus adv. BELLARMINUM c. IV. §. 6.

Digitized by Google

res jus etiam vendicarunt, reverentiam in poteſtatem mutaverunt, conſilium in imperium: Quod, inquam, ob venerationem primæ ſedis, illis imperator populusque conceſſerat, quaſi jure debitum, non donatum, quaſi a Chriſto veniens, non ab hominibus deinceps tenuere: quæ etiam olim eorum patrata conſilio, ſuo juſſu acta eſſe & imperio contenderunt. Exploranda jam eſt rei veritas, atque retundenda cavillatio. Imperatores Græci veneno iconoclaſticæ immanitatis turgidi, Romanos Pontifices, cum pro ſuo munere eis reſiſterent, variis modis vexarunt. Sub LEONE *Iſaurico* cum iisdem inſidiis peteretur GREGORIUS II. Italia in fidei & Pontificis defenſionem conſpiravit, atque jam tunc agitata fuerunt conſilia de orthodoxo deligendo imperatore, atque in ipſam urbem Cpolin traducendo. *Sed compeſcuit*, ut narrat ANASTASIUS bibliothecarius in GREGORII vita, *tale conſilium pontifex, ſperans converſionem principis.* Cum ſæpius in vitam GREGORII ad imperatoris captandam benevolentiam maligni quidam duces etiam ac patricii conſpiraſſent, atque a Romanis ad ſupplicium quærerentur, interceſſit quidem Pontifex, ut in fide perſiſterent, ſed ne deſiſterent ab amore vel fide Romani imperii itidem admonebat.

Sic

Sic ut idem habet ANASTASIUS, cunctorum colla molliebat. Ad ducem etiam Venetiarum litteras dedit, quibus eum in fide imperatoris retineret, a qua revocare illum LUITPRANDUS Longobardorum rex conabatur. Meminit quidem ANASTASIUS, PAULUM exarchum imperatoris jussione eundem Pontificem interficere conatum, eoquod censum in provincia ponere præpediebat, sed fuerant hæ malesanæ lividi imperatoris suspiciones a vero quam longissime alienæ. Ita quidem GREGORIUS ille semper dum vixerat in fide non solum permansit, sed & quantum poterat, Italiam retinebat, tametsi eam omni imperator auxilio destitueret, & hostibus prædæ exponeret, quod acerbe litteris ad LEONEM *Isauricum* questus est. Sub successore cognomine GREGORIO III. malis semper ingravescentibus, Romamque miserrime affligentibus, tandem ad præsens Francorum auxilium recurrendi inevitabilis necessitas fuit. Quod tamen factum non adversus imperatorem CONSTANTINUM tunc *Copronymum*, sed Longobardos Romam investantes. Interim Pontifices semper in obsequio permanebant, atque imperatores licet impiissimos pro veris ac legitimis agnoscebant. Quod insigniter etiam testatum voluerunt veteri mo-

re in litterarum ſubſcriptionibus. Ita vero GREGORIUS II. epiſtola XIV. ad S. BONIFACIUM clauditur: *Data* 10 *Kal. Dec. imperante domino piiſſimo Auguſto Leone a DEO coronato magno imperatore anno decimo imperii ejus, ſed & Conſtantino magno imperatore regni ejus anno ſeptimo. Ind. undecima.* Et GREGORIUS III. epiſt. V. ad BONIFACIUM: *Data IV. Kal. Nov. imperante domino piiſſimo Auguſto Leone, imperii ejus vigeſimo tertio &c.* ZACHARIAS poſtea, & ADRIANUS I. necdum ab hac ceſſarant teſtificatione, quamvis jam imperatorum orientalium in occidente poteſtas fere extincta eſſet, & ſeſe Romani unacum Pontifice Franciæ regibus neceſſario crederent, primumque PIPINO nomen patritii, ac poſtea CAROLO M. ipſa imperatoris dignitas deferretur, votis & electione ſenatus, populique Romani, cujus nomine, non pontificia auctoritate ſeſe Romani Pontifices interpoſuerant: atque ejusmodi electionis quædam forma in ſubſequentibus aliquibus imperatoribus eſt ſervata, etiam poſtea ad Germanos in OTTONE I. cæſarea dignitate
a. translata, ut narrat inter alios REGINO. (*a*) Rex natalem domini celebravit, indeque progrediens Romæ favorabiliter ſuſceptus totius acclamatione Romani populi

&

(*a*) Lib. II. an. 962.

Digitized by Google

& cleri ab apoſtolico JOANNE filio imperator & auguſtus vocatur, & ordinatur.

XV. Nec aliter antea jam circa translationem ſceptri ab ignava Merowingorum regum ſtirpe ad Carlovingos Francos eſt factum. RADULPHUS de *Columna* refert (*a*) ſuo ævo communem fere perſuaſionem fuiſſe, ſicuti a STEPHANO II. imperium a Græcis in Francos, ita jam antea a HILDERICO in PIPINUM CAROLI *Martelli* filium regnum eſſe translatum. *Qui quidem Zacharias*, inquit, *regem Francorum Hildericum non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ poteſtati erat inutilis, a regno depoſuit, & prædictum Pipinum Caroli M. patrem in ejus loco ſubſtituit: omnes Francigenas a juramento fidelitatis, quo dicto Hilderico tenebantur, abſolvit.* Quæ quidem, ſi vera forent, proderent ampliſſimam in Pontifice deponendorum regum poteſtatem, etiam ob ineptiam tantum. Sed verior eſt ANONYMI in geſtis Francorum ſententia, quam ibi refert, & amplectitur RADULPHUS, PIPINUM *ſcilicet per Francos legitime fuiſſe electum in regem, & protectorem elevatum, & per Bonifacium archiepiſcopum Remenſem unctum, Sueſſioni, id eſt, in tali loco in monaſterio ſancti Medardi.*

Et occidentalis.

a.

(*a*) De translatione imperii c. 4. apud GOLDAST. de monarchia T. II. p. 91.

Digitized by Google

HILDERICUM vero, qui tunc ſub nomine regio in deliciis marcebat otio, in monachum conſecratum eſſe. Ea erat tunc a
a. longo tempore Merowingorum (*a*) conditio, ut ſolo nomine regnarent, majore domus omnem regni honorem habente, ut OTTO Friſingenſis loquitur: Et SI-
b. GEBERTUS narrat: (*b*) HILDERICUM in monaſterium truſum poſt annos circiter octoginta octo poſtquam majores domus cœperunt principari ſuper reges Francorum. Quo ergo tempore conſultus eſt ZACHARIAS Pontifex, regia auctoritas dudum reipſa penes PIPINUM, ejusque prædeceſſores fuerat, qui dicuntur etiam ſuper reges eſſe principati. Eaque erat legationis ſumma, ſciſcitandi a ZACHARIA: uter rex potius dicendus videretur, an qui ſolum regis nomen obtinebat, an qui revera negotia regni gerebat. In hoc ſcriptores conveniunt. Ita illi conſultiſſime (quod jam in veteri lege præſcriptum erat, ſi quæ difficilis cauſa oriretur, de ea conſilium Pontificis peteretur) egerunt, atque a Pontifice reſponſum acceperunt, non quo auctoritate ſua eum dejiceret, ſed declararet tantum eum potius eſſe regem qui munus regis, quam qui ſolum nomen compleret: conſilium hoc

(*a*) L. V. c. 15.
(*b*) Chronogr. ad an. 750.

hoc erat, non mandatum. De qua re GOTTFRIDUS *Viterbienſis* chronic. par. XVII. conſequenter ſcribit: *Reverſi ſunt igitur Pipini ab urbe legati, & omnis Gallia conſilio Papæ Zachariæ libenter conſenſit.* Et TRITHEMIUS in compendio Annalium: *Hildericus*, inquit, *rex Francorum tanquam inutilis regno de unanimi omnium procerum conſenſu, Zacharia quoque Papa Romano præſtante conſilium, a regno dejicitur.* Quod deinceps in LUDOVICO *Pio* deponendo factum fuit ab epiſcopis, multo minus aliquam auctoritatem indicat, cum totum id LOTHARIUS egerit, ut populis imponeret, ſacro hoc prætextu, factione EBBONIS, AGOBARDI, & VALÆ abbatis, quadam ſanctitatis ac religionis ſpecie, non auctoritatis ad tantum facinus legitimæ, in abbate utique nullo modo repoſitæ; poſteaquam jam occupaſſent poteſtatem regiam impii filii defectione militum, ducum proditione, conſenſione procerum, atque inter hos epiſcoporum non ſacra utique, ſed politica auctoritate. Verum eſt, pœnitentiam publicam imperatori impoſitam prætextum fuiſſe, ſicuti olim in VAMBA rege Hiſpaniæ collatio habitus monaſtici, rege ſibi ob vim morbi haud præſente; ſed quid hæc ad privandum regem regno, niſi aliunde vis & potentia

tia interceſſiſſet ; aut conſenſus, ſpontaneaque in regni abdicationem reſignatio, quacunque arte aut religione obtenta (*a*). Conſtat enim ipſos reges tunc epiſcopis nihil non detuliſſe, quoad regiam etiam ſuam dignitatem. Unde illæ CAROLI *Calvi* ad concilii Savonienſis an. 859. querelæ in ſimili periculo. *A qua*, inquit, *conſecratione, vel regni ſublimitate ſupplantari vel projici a nullo debueram, ſaltem ſine audientia & judicio epiſcoporum, quorum miniſterio in regem ſum conſecratus, & qui throni DEI ſunt dicti, in quibus DEUS ſedet, & per quos ſua decernit judicia, quorum paternis correctionibus, & caſtigatoriis judiciis me ſubdere fui paratus, & in præſenti ſum ſubditus.* Sed hæc ultronea ſubmiſſionis ſpecimina in argumentum ac jus trahi non debent.

2.

Præſertim in depoſitione HENRICI IV. ſub GREGORIO VII.

XVI. Referuntur alia quædam exempla depoſitorum imperatorum ac regum a poteſtate eccleſiaſtica ARCADII, LOTHARII, PHILIPPI, ſed apertius falſa, atque in manifeſto errore deprehenſa : ut adeo primum ejus rei exemplum paſſim in HENRICO IV. poni ſoleat. Hic tamen prius Pontificem ſolio pontificali deturbavit in conventu primum Wormatienſi an. 1076. Ipſis, qui hæc coram cernunt, Proteſtantibus, atque in neminem

(*a*) T. VIII. p. 679. Conc. Labb.

minem Pontificem magis quam GREGORIUM VII. debachantibus, iſte agendi modus vel hodie diſplicet. *Ut tamen*, ſunt verba *Frid.* GEORGII (*a*), *quod verum eſt,* a.
fatear, & boni ordinis, & prudentiæ politicæ in hoc conventu aliquatenus transgreſſæ ſunt leges: poterat Henricus majorum more in vitam & doctrinam Pontificis inquirere, ſed tutius hoc Romæ fuiſſet factum, ipſeque primum audiendus fuiſſet Pontifex; qui cum opibus, atque amicis valeret, imprudenter eo tempore, quo jam plurimos Germanorum alienos ſibi reddiderat cæſar, laceſſitur. Eadem mens eſt SCHILTERI *de lib. eccl. Germ. L. IV. c.* 4. §. 8. Non contentus imperator ita in Pontificem dixiſſe depoſitionis ſententiam nullo juris ordine, eam etiam nomine conventus Wormatienſis ignominioſiſſimis litteris Pontifici denuntiarat, ſuo vero nomine litteras ad clerum, populumque Romanum dedit, quibus eos a fidelitate averteret, atque inimicitiam concitaret, hortatus, *ut amicis noſtris amici, inimicis noſtris inimici jugiter exiſtatis. Inter quos ſcilicet Hildebrandum monachum notantes, vos in ejus inimicitiam excitamus, quod hunc & eccleſiæ invaſorem, & oppreſſorem, & Romanæ reipublicæ, vel regni noſtri inſidiatorem*

(*a*) Grav. nat. Germ. adv. ſed. Rom. L. I. c. 2. P. I. p. 34. 35.

rem comprehendimus. Subnectit deinde litteras, haud minus petulantes, ad ipſum Pontificem, eique abdicationem in conventu Wormatienſi factam his tragicis denunciat verbis: *Quorum ſententiæ, quæ juſta & probabilis coram DEO, hominibusque videbatur, ego quoque aſſentiens, omne tibi papatus jus, quod habere viſus es, abrenuntio, atque ut a ſede urbis, cujus mihi patriciatus DEO tribuente, & jurato Romanorum aſſenſu debetur, deſcendas edico.* Interea, dum hæc agerentur contra Pontificem in Germania, is de omnibus mature conſcius factus, Romæ omnem ſeveritatis diſtrictionem exercet convocato concilio 1076. eo in conſeſſu, ut memorat AVENTINUS p. 453. apud cit. *Frid.* GEORGII, ita effatus: *Caput mundi Romani rerum domini, victor gentium populus, & imperium & pontificatum in quos libuerit, transferre poteſt, ſicuti ante ducentos & ſeptuaginta quinque annos a Græcis in Germaniam transtulit. Quemadmodum militem ignavum imperator exauctorare poteſt, ita militi ducem injuſtum deſerere licet. Veſtrum munus eſt, quirites, veſtrum eſt beneficium, veſtro ſanguine atque ſudore partum tantum imperium, quod bonum faustum, felixque ſit. Mecum filii chariſſimi, decernetis, quinam Romæ poſthac regnarit: nec me ſuperſtite rex libero populo, quem*

non

non crearit, imponetur. Quid hæc ultra habent, quam quod jus Pontifici circa ordinandum Romanum imperium ceu primario civi vel ipſe attribuit GROTIUS? Non privata, aut eccleſiaſtica auctoritate, ſed populi electione. Qui Romani populi jura a primis reipublicæ incunabulis indagarit, quave ratione deinceps cucurrerint ſecum perpendet, iſthæc non penitus abjicienda decernet, quatenus ad ipſum Romæ dominatum attinent. Ex Germania primum a Saxonibus interpellatus fuerat Pontifex legatis Romam miſſis, qui HENRICUM (*a*) ſummorum, atque peſſimorum ſcelerum reum poſtularent, proponerentque imperium beneficium eſſe Rom. ſedis, det itaque Pontifex operam, ut remoto HENRICO, alius in illius locum ſurrogaretur imperator. Et licet poſtea imperator cum Romano Pontifice in gratiam rediiſſet, nihilominus Germani conventum principum cogunt Foresheimii, prout inter eos primum convenerat Ulmæ in Suevia: *Ne*, inquit *Paulus* BERNRIEDENSIS in vita GREGORII, *ſe deinceps ab illo ludificari, vel potius priſtina ejus calliditate periclitari permitterent, ſed ſuæ ſaluti in legitimi principis electione providerent.* Ad eum conventum etiam Papam vocaverant: qui tamen eos hortatus

(*a*) Grav. Germ. L. I. c. 2. ſ. i.

tatus eſt, ut diſpoſitionem regni, uſque ad adventum ſuum differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe ſperarent, ut laudatus refert auctor, additque adhuc Pontificem pro dilatione inſtitiſſe apud principum ac epiſcoporum conventum, ſed illi periculum in mora timentes, *ut liberi homines*, verbis utor laudati *Pauli* BERNRIEDENSIS, *Rudolphum ducem Suevorum fruſtra multum renitentem, fruſtraque vel unius horæ inducias ad conſulendum petentem regia dignitate ſublimarunt. Fuere, qui dicerent*, ut refert vitæ HENRICI ſcriptor apud URSTISIUM, *ab apoſtolico eum immiſſum . . . & hoc in argumentum ſumebant, quod apoſtolicus tacuit, dum poſt abſolutionem regis Rudolphus regnum invaſit: juxta illud comici, qui tacet, ſatis laudat.* At vidimus nos Pontificem impedire ſtuduiſſe: fuitque ab eo conſilio tam libera ejus conſcientia, ut litteris eam univerſo orbi tuto potuerit conteſtari. Ita enim habet lib. IX. ep. 28. (*a*) *Illud admodum veſtræ dilectioni notificare non dedignamur, DEO teſte, Rudolphum, qui rex ab Ultromontanis ordinatus eſt, non noſtro præcepto, ſive conſilio regnum tunc ſuſcepiſſe. Inſuper etiam nos in ſynodo decernentes firmaviſſe; niſi archiepiſcopi, & epiſcopi, qui illum ordinaverant, hoc factum ſuum recte defendere*

a.

(*a*) Tom. VI. conc. Herd. p. 1.

dere potuiſſent, tam ipſos a dignitatibus ſuis, quam & præfatum Rudolphum a regno deponere. Illud etiam in memoria eſt refricandum: hæc ipſa tunc in Germania eſſe acta, quando reconciliatus cum Pontifice HEINRICUS in communionem fuerat receptus, conſequenter obedientia etiam reſtituta, quam primum in concilio Rom. 1076. potius comminando fuiſſe intentatam multi tenent. Verum cum magis magisque in malo indureſceret, malis regnum & eccleſiam impleret, tandem peremtoria excommunicationis, depoſitionisque ſententia in ſynodo Rom. VII. lata, id omne confirmavit, roboravitque eccleſiaſtica etiam cenſura, quod prius jam in caput ipſe ſuum excitarat malum.

Studia GREGORII VII. ac pia voluntas.

XVII. Negari non poteſt, Pontificem inſolita uſum fuiſſe ſeveritate, atque ut NAUCLERUS fatetur (*a*): *Quæ ejus tempore in republica chriſtiana ſunt acta, hujusmodi fere ſunt, ut ſcriptores dubitent, an honeſtatis argumento, & fidei zelo ab Hildebrando ſint geſta.* De optima Pontificis intentione, zeloque illius ſanctitas miraculis a DEO prodita, atque ab eccleſia conſecrata, tum etiam reliqua illius heroica, ad repurgandam eccleſiam, facinora, dubitare non ſinunt: ſed multa ſancto-

(*a*) Vol. II. gener. 37. p. 781.

rum geſta admiranda potius ſunt quam imitanda, aut carpenda. Poſſunt illi zelo nonnunquam nimium efferri, atque quandoque humani aliquid obrepit. Intellexit S. Pontifex ſe ea in tempora incidiſſe, ubi pœnis eccleſiaſticis ac cenſuris nihil commoveretur humana perverſitas, inveterata præſertim HENRICI malitia, igitur ultra procedendum optimo animo eſt ratus, carnalesque homines terrendos iis rebus, quibus unice duci ac percelli eos cerneret. An vero in arti-
a. culo mortis, ut SIGEBERTUS (*a*) refert, facti pœnitens factus fuerit, an priſtina conſtantia ex hac vita deceſſerit, quod alii volunt, a nobis decernendum quis flagitet? Potuit Pontifex, quando ad vitæ finem, exitum, ſtatumque conſiliorum, & molitionum a ſe ſuſceptorum præ oculis cernebat, ex eventu rerum plane afflictarum aliter cogitaſſe, quam prius, dum ardenti zelo animatus totus ad libertatis, poteſtatisque eccleſiaſticæ tuitionem, dilatationemque incumbebat, vir ingentis animi roboris, & conſtantiæ, qui ad augendam rem eccleſiaſticam, meliorandamque tam in ſpiritualibus quam temporalibus nihil intentatum relinquere voluit, atque datam quamvis occaſionem commodam eum in finem de ſe

(*a*) Chron. an. 1085.

ſe ſanctiſſimum, ſed abuſibus obnoxium amplectebatur. Hoc ex omni ejus vita, atque illius epiſtolis maxime ad principes, & reges hujus orbis datis relucet, quibus ſedulo allaborabat, ut reges & regna quam arctiſſime eccleſiæ Romanæ devinciret, & ſubjiceret.

XVIII. Jam tunc pleraque occidentis regna præter ſubjectionem ob chriſtianum nomen ac fidem eccleſiæ, illiusque ſupremo capiti debitam, peculiari modo ſeſe Romanæ ſedi obſtrinxerant, devoverantque ſe ac ditiones ſuas, atque eum in finem plerumque cenſum aliquem ceu tributarii, nec non hominium præſtabant, quo *homines* eccleſiæ fiebant, ſpontanea quadam ſervitute pro jure feudatario tunc inolito. Nec ſoli Romanæ ſedi ſeſe ita devinciebant, ſed etiam DEO, DEIPARÆ, cœlitibus, epiſcopis & monaſteriis. Patriarchæ Hieroſolymitano urbem & principatum a ſe armis partum GOTTOFREDUS obſtrinxerat: eadem pietate uſus eſt frater GOTTOFREDI BALDUINUS reſcripto eam in rem a PASCHALI II. obtento. More occidentali hoc fuerat factum, ubi erga Romanam ſedem hæc potiſſimum devotio exerebatur a longo tempore. GREGORIUS VII. hujus conſuetudinis jam inolitæ Ungariæ clavum tunc tenentem commonefacit: *No-*

Conſentanea regum votis, ſeſe ultro eccleſiæ devoventium.

8. *tum tibi esse credimus*, scribit (*a*), *regnum Hungariæ, sicut & alia nobilissima regna in propriæ libertatis statu esse debere, & nulli regi alterius regni subjici, nisi sanctæ & universali matri Romanæ ecclesiæ, quæ subjectos non habet ut servos, sed ut filios suscepit universos.* Secundum horum verborum sententiam, insignis hæc potius prærogativa haberi poterat, qua quis ab omni solutus potestate hujus sæculi, soli DEO, & ecclesiæ obnoxius foret. Et sane adhuc sæculo XIV. cum Bohemi Poloniam sibi tributariam & subjectam contenderent, causa ad JOANNEM XXII. delata Poloni hac unica ceu invicta exceptione sese tuebantur, quod immediate subessent sedi apostolicæ, censumque penderent. Et certe res ista veritate nitebatur, cum jam sæculo XIII. INNOCENTIUS III. Poloniæ ducem in fidem suscepisset censu marcæ unius quotannis. A pluribus regnis Gallia, Anglia, Hybernia, Hispania censum illum ac tributum exigebant summi Pontifices, idque libentius quandoque quam hominium præstabatur. Nec tamen eum etiam violenter omnino extundebant Pontifices, tuleruntque eo penitus fraudari. Peculiariter autem sese obstrictos agnoscebant Pontifices, regnorum ejusmodi satagere, & id etiam

(*a*) L. II. ep. 63.

etiam flagitabant principes. Ita mentem ſuam declaravit INNOCENTIO III. PETRUS Arragoniæ rex dum 1204. ſeſe ac regnum ſuum dicavit, deſpondens cenſum & ſacramentum, ſtipulata tuitione, *cupiens*, inquit, apud RAINALDUM ad eum annum, *principali poſt DEUM beati Petri, & apoſtolicæ ſedis protectione muniri, tibi ſumme Pontifex Innocenti, & per te apoſtolicæ ſedi offero regnum meum, illudque tibi, & tuis ſucceſſoribus in perpetuum divini amoris intuitu conſtituo cenſuale, ut ego & ſucceſſores mei ſpecialiter ei fideles & obnoxii teneamur. Hac lege perpetua ſervandum fore decerno, quia ſpero firmiter & confido, quod tu & ſucceſſores tui me & ſucceſſores meos, ac regnum prædictum apoſtolica auctoritate defendatis.*

XIX. An ſicut alia regna, ita Germania etiam unquam tributaria Romanæ ſedi fuerit, hactenus comperire haud potui. Alio certe nomine ſibi obnoxiam quam maxime eam habuit Roma. Auctor apologiæ HENRICI IV. memoriæ prodit, eos qui ex Longobardis, Francis, Bavaris, ac Suevis, Saxonibus ſe junxerunt id ipſi GREGORIO VII. inculcaſſe: Non decere tam flagitioſum, plus notum crimine quam nomine, regnare, maxime cum ſibi regiam dignitatem Roma non contulerit, oportere Romæ jus ſuum in conſtituen-

Qualis hic imperii Germanici ſit conditio, ac prærogativa.

dis regibus reddi: provideret apoſtolicus & Roma ex conſilio principum, cujus vita & ſapientia tanto congrueret honori. His abreptum fuiſſe Pontificem poteſtatis eccleſiaſticæ dilatandæ ſtudioſiſſimum, facile ſibi quis perſuaſerit: nihilominus publico in conventu, dum de hac cauſa Romæ primum ageretur, Romanis potius quam ſibi adſcribit, quidquid ad Francos, ac Teutonas eſt translatum ex collapſione imperii Cpolitani. Gallis etiam & Italis a longo tempore ea inſidet perſuaſio, imperium Germaniæ ob illius translationem in Germanos factam, peculiariter obnoxium eſſe Romanæ ſedi, ut hinc etiam imperatoris deponendi peculiarem rationem ſibi adinveniſſe multi perſuadeant. Nonnulli hodieque id ex JOANNE *Pariſ.* hauſerunt, qui hanc diſtinctionem PHILIPPI *Pulchri* adhibuit.

a. *Quod dicitur*, ait (*a*), *quod Papa deponit imperatorem: reſpondeo verum eſſe illum, quem ipſe poſuit, quia ab ipſo accepit feudum. Et de Friderico II. quem depoſuit Innocentius IV. dico, quod verum eſt, & de illo imperatore concedo, quod Papa eſt ejus dominus temporalis, quoniam ille imperator fit per electionem, & a Papa confirmationem recipit & coronam: ſed nihil horum*

(*a*) De Poteſt. Reg. & Papæ. c. 15. Quæſt. de Poteſt. Papæ ad 3. Arg.

Digitized by Google

rum eſt in rege Franciæ. Ill. BOSSUET hic glorioſus eſt ad regem ſuum etiam ſupra imperatorem extollendum: quique tam parcus eſt in jure, libertatibusque eccleſiæ contra regum jura diſpenſandis, hic in alieno fundo liberalior exiſtit, nec pugnat, ſi forte Romanis Pontificibus peculiare aliquod jus in imperium Germanicum adſcribatur. In eo quidem vere dicit, fuiſſe tum alios cum Romanos Pontifices, qui olim jam hoc tuerentur. Galli, qui reſtitutum in CAROLO M. imperium occidentis ſuæ gloriæ libenter tribuunt, mirum eſt OTTONIBUS hic minus tribuere. Utraque ſtirps eadem origine efflorescens, armis & robore ſibi paravit regnum, atque in urbem Romanam Pontificemque beneficium contulit potius, quam accepit; ab hoſtibus eripiendo, & in libertatem vindicando, jus ſibi in Romam paravit, atque gaviſa eſt, pro lubitu in ſedem Romanam liberalitate exercita. Res eo in ſtatu diu permanſit, atque hactenus imperatores in urbem Romam imperium aliquod prætendunt. Cum poſtea ad FRIDERICUM I. ADRIANUS IV. litteras dediſſet, quibus collata in eum beneficia commemoraret, meminiſſetque *beneficii* etiam regni, imperator & Germaniæ proceres ambigua voce *beneficii* graviter

ſunt offenſi, ac ſi eo indicare vellet Pontifex imperium eſſe feudum Romanæ ſedis, quod FRIDERICO ut vaſallo Pontifex contuliſſet. Id teſtati ſunt proceres imperii epiſtola ad Pontificem data: *Debitam*, inter alia ajunt, *patri noſtro reverentiam libenter exhibemus, liberam imperii noſtri coronam divino tantum beneficio adſcribimus.* Monent itaque Pontificem, ut animum cæſaris mitiget. Quod is etiam fecit, atque ſupplices, ut vocat Otto noſter de *S. Blaſio*, ad imperatorem dedit litteras, in benigniorem vulgatioremque ſenſum vocem beneficii interpretatus. Romanis gloriantibus Germanos a ſe ad faſtigium imperatorium evectos, quale dederit FRIDERICUS reſponſum Otto Friſ. refert (*a*): *Gloriaris o Roma, me per te vocatum eſſe, me per te primo civem, poſt principem factum, quod tuum erat a te ſuſcepiſſe. Quæ dicti novitas, quam ratione abſona, quam veritate vacua ſit, æſtimationi tuæ, prudentumque relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum imperatorum geſta, ſi non divi noſtri principes Carolus & Otto nullius beneficio traditam, ſed virtute expugnatam Græcis ſeu Longobardis urbem, cum Italia eripuerint, Francorumque appoſuerint terminis. Dicet hæc Deſi-*

8. *derius*

(*a*) L. II. c. 21. de geſtis FRIDER. I.

derius & Berengarius tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tanquam principibus innitebaris, eos a Francis noſtris non ſolum ſubactos & captos fuiſſe, ſed & in ſervitute ipſorum conſenuiſſe, vitam finiſſe, vera relatione didicimus. Cineres ipſorum apud nos reconditi evidentiſſimum hujus rei repræſentant judicium. Sed dicis, vocatione mea veniſti. Fateor, vocatus fui. Redde cauſam, quare vocatus fuerim: Ab hoſtibus pulſabaris, nec propria manu, Græcorumve mollitie liberari poteras. Francorum virtus invitatione adſcita eſt. Implorationem potius quam vocationem hanc dixerim. Imploraſti miſera felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia ſecurum. Eo tenore vocatus, ſi vocatio dicenda eſt, veni. Principem tuum militem meum feci, deinceps uſque in præſentiarum in meam ditionem transfudi. Legitimus poſſeſſor ſum. Eripiat quis, ſi poteſt, clavam de manu Herculis. Siculus, in quo confidis, forte hæc faciet? Ad priora reſpiciat exempla. Nondum facta eſt Francorum, ſive Teutonicorum manus invalida. DEO largiente, vitaque comite, & ipſe temeritatis ſuæ quandoque capere poterit experimenta. Recte in hac oratione quidquid eſt gloriæ in CAROLO M. & OTTONE M. copulatur, quia eadem Francorum ac Teutonicorum imperatorum eſt origo. Recte quidquid Ro-

ma beneficii eſt nacta, ab iſtis imperatoribus (quorum illa potenti brachio vindicata & liberata ſeſe credidit) unice in acceptis refertur invictæ Germanorum virtuti, ac robori, ſub qua Roma conquievit, atque immenſis eſt cumulata beneficiis; certe imperium ceu beneficium non contulit. Nemo alterius gloriam ſibi vindicet: nullus aliena triumphet victoria.

CAPUT II.

ECCLESIÆ IN OMNIS GENERIS JUDICIIS AUCTORITAS.

I.

Eſt fuitque ſemper ab eccleſia exercita vis coercitiva in ſuis judiciis.

Quodſi eſt haud ſperanda poteſtas eccleſiæ in ipſos ſupremos rerum orbis dominos, utique minor haud erit inter infra poſitas, atque ſubjectas res & cauſas, ut opus ei non ſit extraneas implorare vires, atque robur ſibi ab illis ipſis emendicare, quorum præſidet ſaluti; qui penitus eccleſiaſticæ poteſtatis nervos exſcindunt, hic multo maxime omne demunt κύρος, & auctoritatem eccleſiæ. Quod miror potuiſſe accidere eccleſiæ ab illis etiam, qui catholico cenſentur nomine, *Edmundo* Richerio nominatim, qui principibus & magiſtrati-

ſtratibus jus & auctoritatem proprie ſic dictam omnem adſcribit. *Cum*, inquit (*a*), *princeps politicus dominus ſit reipublicæ, atque territorii, vindex ac protector legis divinæ, naturalis, & canonicæ, eaque de cauſa gladium portet. Rom. XIII. Solus habet facultatem cogendi, aut coercendi irrogando pœnas corporales. Quapropter ad eccleſiæ incolumitatem, & canonum eccleſiaſticorum executionem leges ſancire, atque inter ſua edicta, codices, aut capitularia inſerere poteſt: ſicut de imperatoribus Conſtantino, Theodoſio, Juſtiniano, Carolo M. B. Ludovico, Carolo VII. Franciſco I. aliisque Gallorum principibus exploratum habemus.* Mirum eſt virum hunc, aliquam ſibi antiquitatis, hiſtoriæque eccleſiaſticæ ac canonicæ notitiam arrogantem, in hunc errorem labi potuiſſe. Imprimis enim, quod antiqua eccleſiæ tempora ſpectat, inſigne enituit, obtinuitque eccleſiaſticæ jurisdictionis exercitium, quando adhuc forum tam internum, quam externum, quoad ſingula peccata eorumque medelas, conjunctum fuit, quo tempore maxima cum auctoritate, indiſſoluta, ut habet MORINUS (*b*), & individua fori utriusque jurisdictione annis centum ſupra mille adminiſtrarunt epiſcopi, eorum-

a.

b.

(*a*) Lib. de eccl. & pol. poteſt. n. 12.
(*b*) L. I. de adminiſt. Sacram. pœnit. c. X. n. 1.

Digitized by Google

rumque vicarii. Qui potuit hæc explicari poteſtas in omnis generis peccata & ſcelera publice coercenda, absque jurisdictione ampliſſima in omnia ſeſe diffun-
2. dente negotia, & cauſas? Notat idem (*a*), quod ex fori utriusque ſeparatione judices laici occaſionem arripuerint, jurisdictionem eccleſiaſticam ſibi vindicandi, ac ſemel vindicatam confidenter retinendi. Nimirum cum antea jurisdictio omnis nomine & auctoritate clavium exerceretur ſolis ſacerdotibus competente; quando poſtea id, quod claves attinebat, foro interno reſervaretur, atque forum contentioſum mere judicialia proſequeretur juxta formulas juris civilis, id fieri proclive fuit. *Quid inquiunt*, pragmaticorum nomine loquitur laudatus MORINUS, *quod ſimplex clericus ſibi tribuit, nobis clericis laicis, & judicibus regiis convenire non poterit?* Attamen quæ forum hoc externum ſpectant, reſervata ſemper hactenus fuerunt ampliore dignitate epiſcopis conſtitutis, eorum vicariis, & officialibus, ut laici non habeant, quo ſubire eorum tribunalia dedignentur, aut ſibi eorum poteſtatem uſurpent. Atque etiam exemplo, uſuque perpetuo non paucorum ſæculorum patet, præter clavium uſum, quoad forum externum eſſe emi-

nen-

(*a*) MORINUS l. c. L. I. c. X. n. 7.

nentiſſimam penes eccleſiam poteſtatem exercendi judicia, non per actus ſolos hierachicos, id eſt ſuaſione divini verbi, & ſacramentorum adminiſtratione, ut RICHERIO fuit perſuaſum, ſed etiam exteriore propria tali jurisdictione, poteſtateque vindicativa etiam & legislatoria, unde jus canonicum emerſit, & in corpus eſt redactum, legum & canonum facta compilatione. Quo etſi primum acerbe abuſi ſint Proteſtantes, anteſignano LUTHERO, tamen hactenus necdum abrogarunt auctoritatem, eoque utuntur, non raro etiam ubi a civili jure recedit, ut vel ex *Jo.* SCHILTERI *different. juris civilis, & canonici* eluceſcit, ubi iſtam in præfatione de hac re proponit ſententiam: *Non eſt diffitendum, jus canonicum & pontificium ſi removeas principia . . . & rationem ſtatus pontificii, etiam in his ipſis, ubi recedit a jure civili Romanorum, non deſtitui ratione juris, multumque juris Romani rigorem ex æquitate naturali mitigare, ac plurimum ex moribus, & uſu fori Teutonici approbare. Ex quo ipſo conficitur uſum fori eccleſiaſtici hactenus recte retineri etiam in iis plerisque, ubi a jure civili differt.* Vid. ejusdem præfat. in inſtitut. Juris canonici.

II. Sed enim altior longe ac præſtantior jurisprudentiæ forma commendavit eccle- Quoad omnis generis cau-

ſas pietate ſingulari & charitate, juvantibus non adverſantibus ſæculi poteſtatibus.

ecclesiaſtica tribunalia omnibus adeunda, judicia cupidiſſime expetenda, ad evangelii exacta leges, charitatis nimirum, & ſublimis cujusdam juſtitiæ ſecundum formam virtutum chriſtianorum. Id quod in cauſa eſt, cur veteres chriſtiani imperatores liberum ad tribunalia eccleſiaſtica judicia omnibus indiſcriminatim in cauſis indulſerint. In S. AUGUSTINI vi-

a. ta POSSIDIUS (*a*) hanc formam nobis deſcribit: *Secundum apoſtoli quoque ſententiam dicentis:* Audet quisquam veſtrum adverſus alterum negotium habens judicari ab iniquis, & non apud ſanctos &c. *interpellatus ergo beatus Auguſtinus a chriſtianis, vel a cujuscunque ſectæ hominibus cauſas audiebat diligenter, ac pie: intendens in eis chriſtianorum momenta animorum, quantum quisque, vel in fide, bonisque operibus proficeret, vel ab eis deficeret: atque compertis rerum opportunitatibus divinæ legis veritate partes docebat, eamque illis inculcabat, & eos, quo adipiſcerentur vitam æternam, docebat, & admonebat, nihil aliud quærens ab eis, niſi tantum obedientiam, & devotionem chriſtianam, quæ & DEO debetur, & hominibus, peccantes coram omnibus arguens.* S. AMBROSIUS, qui aſſiduus fuit in cauſis chriſtianorum dirimendis, charitate & apoſto-

(*a*) C. 19.

poſtolico zelo temperatam ipſe nobis refert judicii normam. In eo, dum de MARCELLI, ejusque fratris & ſororis prædio ageretur, commodis inter Germanos partitis, epiſcopo ceſſit, id quod pretioſiſſimum non hominum æſtimatione, ſed evangelicarum virtutum pretio. *Apoſtolico igitur*, ſunt ipſius AMBROSII (*a*) ad MARCELLUM verba, *charactere cognitio decurſa eſt. Dolebamus ante, quod litem haberes; profuit jurgium, ut formam indueres apoſtolicæ vitæ & præceptionis: illud ſacerdotio non congruebat; hæc transactio & apoſtolicam decet normam.* Itaque in hoc elaborabant, ut partium conciliatione cauſæ tranſigerentur, pace & concordia inter litigantes reſtituta ſecundum leges poli potius, quam fori, ac charitatis potius viſcera, quam ſtricti juris rigorem. Id quod in concilio IV. Africano pluribus eſt inculcatum: *Statuendum eſt epiſcopis, ut diſſidentes fratres ſive clericos, ſive laicos ad pacem magis, quam ad judicium adhortentur. Utque diſcordantes clericos epiſcopus vel ratione, vel poteſtate ad concordiam trahat.* In eo igitur labor maximus & ſtudium judicum conſiſtebat, ut quacunque ratione exacerbatos animos, & juri commodisque ſuis intentos, ad æquanimitatem, pa- 2.

(*a*) Ep. 24.

pacis ſtudium, commodorum tranſiturorum contemtum inflecterent, quòd epiſcopi DEI nomine ſumma vi, auctoritateque præſtabant. *Illud eſt enim,* ſunt
a. verba CONSTANTINI M. (*a*) de hac re loquentis, *veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protuleris.* Addit aliam rationem, cur epiſcoporum judicia in quibuscunque rebus præ cæteris ſint amplectenda. *Multa enim,* inquit, *quæ in judicio captioſæ præſcriptionis vincula non patiuntur, inveſtigat & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas.* Quod in illis potiſſimum judiciis locum habet, quæ proprie ſunt fori eccleſiaſtici, & olim, ut diximus, unum idemque tribunal erat externum internumque, quo referenda erant omnia, quæ peccati rationem habebant, atque ab eccleſia ligata clavibus erant ſubjicienda: ut vel hinc eluceſcat, quam longe major fuerit eccleſiaſtici judicii amplitudo, conjuncto adhuc exteriore cum interiori foro, quantum contra detractum foro eccleſiaſtico, quando jam ſolum ſuapte natura ſpirituales & eccleſiaſticæ cauſæ ei permittuntur, reliquæ *privative* ad forum civile trahuntur. *Cum enim eſſent quædam*
b. *crimina*, nec ipſus diffitetur VAN ESPEN (*b*), *in*

(*a*) Apud THOMASIN. P. II. L. III. c. 102. n. 1.
(*b*) Inſtit. Part. III. c. 16. n. 26.

Digitized by Google

in quibus nihil eſſet omnino ſpirituale, nihil quod ad forum eccleſiaſticum pertineret, niſi ipſius peccati coram DEO remiſſio, viſum fuit, cognitionem hujusmodi criminum ad judicium ſive forum officialis non ſpectare, ſed potius ad laicale. Sed utinam iſtis ſe continerent aliquando, & non quotidie inſiderent, novis conatibus, cauſis canonicis, illis etiam, quæ cum ſacramentis copulatæ ſunt. Monſtri loco olim habitum, paucis repugnantibus ſcriptoribus conductitiis ac temerariis, dum Ludovicus Bavarus matrimonii cauſam ad ſe traxit. Nunc tamen ſunt, qui Proteſtanticis potius principiis nixi, matrimonium ut contractum mere civilem ſtatuentibus, quam Catholicis illud pro ſacramento habentibus, procedendum putant. Abutuntur veterum imperatorum exemplis, quibus nonnihil connivebant chriſtiani præſules, & tempori aliquid dabant, necdum Gentiliſmo penitus deſtructo, cum poſſent tamen ſalvam ſacramenti religionem ſervare in illis, qui chriſtiano ritu coram eccleſiæ facie nuptias celebrabant, atque libere cauſas omnes ad tribunal eccleſiaſticum deferebant; nec poterat aliquid effugere, quod tam ſolemni ſacramento pactum vinculum, nonniſi ingenti ſcelere, ac ſacrilegio violandum, ſpectabat: quando tunc non attentis cæ-

ſareis legibus, ipſi ſecundum chriſtianas judicabant, quibus ipſæ ſummæ poteſtates ultro ſeſe ſubjiciebant, neque unquam, quod judicatum ab eccleſia fuerat, retractandum exiſtimabant.

Atque miſeris omnibus in eccleſiæ ſinu aſylum indulgentibus.

III. Scelera præterquam quod pœnitentiæ eccleſiaſticæ fuerunt ſubjecta præterea etiam ingens erat privilegium & aſylum, quo gaudebant, qui ad eccleſiæ tutelam, judiciumque confugiebant, non ad ſcelerum impunitatem, ſed ad ſpontaneæ pœnitentiæ ſub eccleſiæ clavibus longo tempore agendæ tolerantiam, qua remiſſioue peccati per veram & ſeriam peccatoris converſionem rei donarentur, & vitæ ſpirituali reſtituerentur, nec mortis ſupplicio addicti in periculum etiam æternæ mortis conjicerentur. Quo pietatis zelo ſi hodie aſyla quærerentur, ſuſciperenturque, ingenti ſtudio eſſent ſuſtinenda, & nullis forte limitibus conſtringenda, ſecundum chriſtianæ charitatis viſcera ſine finibus expanſa, quæ non vult mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat. Itaque eo magis ſeſe charitatis iſthæc viſcera pandebant, quo miſerior ſtatus afflictorum amplius excitabat, commovebatque. Neque ſolum eccleſiæ ad ſe refugientes materno amplectabatur ſinu, & a violentis retrahebat ſuppliciis; eodem

dem ſtudio ad ſpontaneam diuturnam, operoſamque pœnitentiam comprehenſos, & ſuppliciis addicendos efflagitabat, aut in carceribus detentorum curam omnem & ſolicitudinem gerebat. Ab ipſis imperatoris legibus cautum erat, ut in judices ſæculares animadverterent epiſcopi, ne in quoquam deeſſent ad qualecunque horum afflictorum ſolatium, ita quidem, *Cod. de Epiſc. Aud.* HONORII THEODOSIIque lex habet, præter alia plura in hanc rem per totum titulum ſparſa. *Nec deerit antiſtitum chriſtianæ religionis cura laudabilis, quæ ob obſervationem conſtituti judicis hanc ingerat monitionem.* Cavit nihilominus eccleſia, ne in infamiam unquam eccleſiæ cederet iſta reorum cura. S. GREGORIUS (*a*) de hac re paucis verbis omnem cautionem fecit: *Quibus valetis*, inquit, *ſuccurrite, ut & illis opem feratis, & opinionem ſanctæ eccleſiæ non inquinetis.* a.

IV. In iſto hominum genere proclive fuit collati beneficii fructum amittere, aut male collocare miſericordiam: neque ſeſe eccleſia hic auctoritate potius, quam precibus interponebat. At earum miſerabilium perſonarum curam, quæ nulla ſua culpa ad eam ſortem fuerant redactæ, ſuo quodam jure vindicabat, vi- Præſertim afflictis & oppreſſis.

(*a*) L. VII. ep. 24.

Digitized by Google

duarum, inquam, pupillorum, pauperum &c. cognitione etiam laicis judicibus interdicta, nisi interveniente ecclesiastica auctoritate. Gravis est in ea re
2. concilii Matisconensis (*a*) sententia, atque, ut exscribatur, digna. *Quid scriptura divina de viduis & pupillis præcipiat nobis clam non est. Ideoque quia provisioni nostræ DEO auctore, causæ principaliter viduarum, & pupillorum sunt commissæ, pervenit ad nos, quod a judicibus crudelibus pro levissimis causis veluti defensore carentes, irremediabiliter affligantur, ob quam causam decernimus, ut judices non prius viduas aut pupillos conveniant, quam episcopo nunciarint, cujus sub velaminè degunt.* S. GREGORIUS quam sedulo non solum ipse huic curæ invigilarit, verum etiam episcopos & defensores in diversis locis harum rerum causa constitutos hujus suæ obligationis cum plena auctoritate exercendæ commonefecerit, multæ ejus epistolæ produnt: cum ea tot legibus & canonibus episcopis sit imposita, ut ei sine piaculo deesse haud possint. Etiam ne quicunque subditi nimium exactionibus graventur, legibus imperatoriis auctoramentum acceperunt. In aliis ad reipublicæ etiam politicæ statum, ejusque personas univer-

(*a*) Can. 12.

verſim ſpectantibus capitibus pii principes & imperatores ſtatim a ſuſceptæ primum chriſtianæ fidei initiis non ſolum liberam jurisdicendi poteſtatem fecerunt, ſed etiam muneris id legibus ſuis, & ſtatutis firmarunt. Cui foro, quod ſucceſſu temporum multum ſit contractum, ac pene conciderit, eatenus quidem eſt ferendum, quatenus juſtitia chriſtiana permittit, & lex charitatis chriſtianæ patitur ad opem ferendam ea egentibus, præſertim curæ eccleſiaſticæ peculiariter commiſſis afflictis & miſeris perſonis circa quas jure novo nihil eſt immutatum; ut adeo ingenti culpæ deputetur eis, qui ad ſpeculam ſedent, ſed aut ſua negligentia, aut terrore quodam Pannico, dum lupum vident venire, fugiunt ut mercenarii, & oves prædæ permittunt, qui paſtorum munere funguntur; & proſpicere debent tam, ut potentiores ſubjectos non opprimant, aut juſtitiam lædant, quam ut ne inferiores injuſtitiam patiantur, quam propulſare nequeant: aut quidquam in jure fori locum inveniat, quod jure poli adverſetur: quæ omnia ut impediant, eorum eſt, qui jus illud poli curandum acceperunt. Nihil eſt inſignius modo, quo ſancti quique Pontifices, atque inter eos S. GREGORIUS ipſis etiam imperato-

ris auribus insinuanda curarunt, si quando peccatum aliquid fuit. Dum a nimia e. g. exactione colonos Italiæ aliquando liberandos allaboravit per litteras ad imperatricem datas, quas commoda occasione imperatori suggereret, *ut ab anima*
a. *sua*, sic scribit S. Pontifex (*a*), *ab imperio, atque a filiis suis tale hoc tantumque facinus, peccatique pondus amoveat.* Additque: *Et si minus expensæ in Italia tribuantur, a suo tamen imperio oppressorum lacrymas compescat. Nam & idcirco fortasse tantæ expensæ in hac terra minus ad utilitatem proficiunt, quia cum peccati admixtione aliqua colliguntur: præcipiant ergo serenissimi domini nil cum peccato colligi.* Hoc modo, quin sit ecclesiæ præsulum, ambigendum non est, omnia cum peccato conjuncta in orbe christiano impedire, & animadvertere, cum peccata singula obnoxios cœlo & ecclesiæ ligent. At posteaquam internum ab externo est sejunctum forum, atque ad internum peccati ipsius judicium est revocatum, si quando in foro externo ac contentioso principio isto uti voluerunt Pontifices, atque ratione peccati causas etiam laicorum cognoscere, parum aut nihil proficere potuerunt; nisi quoad res præcise spirituales & ecclesiasticas, & quasdam

(*a*) L. IV. ep. 33.

dam alias in jure expreſſas, perſonas item eccleſiaſticas ex una ſaltem contendentium parte, cum olim cauſæ omnes ab omnibus potuerint ad tribunal eccleſiæ deferri, & dijudicari quoad utrumque forum. CAROLUS M. hoc adhuc peculiari lege in capitularibus conſtitutum voluit, atque optimatibus, magiſtratibus, judicibusque omnibus injunxit, ut epiſcopis in hunc finem morem gererent(*a*): *Jubemus, ut omnes eis pro viribus ad eorum peragenda miniſteria, & ad malos, & peccatores, atque negligentes homines diſtringendos ſummopere obedientes exiſtant.* Eccleſiaſtici vero canones præcaverunt, ne clerici ſeſe ingererent cauſis ſæcularibus, niſi fine officio congruente: *Ut clerici non habeant actiones ſæculares, niſi pro cauſa eccleſiarum, orphanorum, vel viduarum ordinante epiſcopo ſuo vel abbate:* ut habet concil. Vern. 755. c. 26. a.

V. Ita omnibus omnia facti eſſe poterant epiſcopi cum PAULO, ut omnes Chriſto lucrifacerent, atque pietati imputabatur ſæcularibus etiam detineri negotiis, dum ab hoc actiones iſtiusmodi ac judicia non aberrabant fine, nec mundani faſtus, ac ambitus fœce deturpabantur: cujusmodi EUSEBIO teſte(*b*), Patres Antiocheni depinxerunt, ac deteſta- Nec detrecta- runt ſeſe pii præſules ita curis mundanis & aulæ frequentiæ implicari.

(*a*) Capit. L. VII. c. 306. (*b*) L. VII. c. 30.

ti ſunt olim PAULUM *Samoſatenum. Faſtu & arrogantia ſupra modum elatus, ſæculares gerit dignitates, & ducenarius vocari quam epiſcopus mavult, per forum magnifice incedens, ſtipatusque maxima hominum multitudine partim præeuntium, partim ſubſequentium; adeo ut ex illius faſtu & arrogantia incredibilis invidia, odiumque multorum adverſus fidem noſtram conflatum ſit.* Ab his horrendis exceſſibus alieni ſanctiſſimi præſules, pietatis charitatisque inſtinctu ſeſe rebus ac neceſſitatibus etiam ſæcularibus immittebant, per mundanum lutum ac cœnum ceu ſolis radii ſplendidi, & illibati transibant. Id quod ab eo tempore, quo principes & imperatores Chriſto nomen dederunt, luculentioribus exemplis patuit, dum eccleſiæ cauſa haud detrectarunt aulam etiam frequentare pii præſules. S. THOMAS quando ex inſtituto atque ex fundo, ut ſolet, hanc rem pertractat *contra impugnatores Relig.* omnis generis rationes in hanc rem, pulcherrimaque accumulat exempla. In novo Teſtamento verſatus in *c.* 4. *epiſt. ad Phil.* in illa apoſtoli verba: *Qui de cæſaris domo ſunt. Ad promovendum bonos*, inquit, *& impediendum malos, videtur licitum ſanctis in curiis regum commorari, ſed non propter delicias, & concupiſcentiam voluptatum.* Et *in epiſt.* 2. *ad Tim. II.* in

ea

ea apoſtoli verba: *Nemo militans DEO implicat ſe negotiis ſæcularibus*, neceſſarias regulas, & exceptiones ſtatuit: *Implicat enim ſe*, ait, l. c. *quando ſine pietate & neceſſitate aſſumit negotia; ſed quando neceſſitas officii pietatis & auctoritatis exercetur, tunc non implicat ſe, ſed implicatur hujusmodi neceſſitate.* Atque eo ex fine ſanctiſſimi Pontifices ſponte etiam, urgente charitate, & neceſſitate flagitante, ad comitatum principum ſeſe conferebant. Veluti a S. MARTINO factum ſtatim initio ſuſcepti epiſcopatus & poſtea non ſemel multis gravibusque laborantium cauſis, in ejus vita refert SULPICIUS. Inter quas fuerunt etiam ſæculares. Nec ob has, ſi aberant pii præſules a ſuis ſedibus, officio deeſſe putabantur: multo minus ſi ob ejusmodi cauſas arctius in ſuis eccleſiis detinebantur, ut præter paſtorale munus etiam reipublicæ proſpicerent. Non dubitavit S. LEO M. inter alia pro excuſatione hoc proferre ad concilium ab imperatore invitatus: *Quia*, ſcribit (a), *rerum præſentium nimis incerta conditio a tantæ urbis populis me abeſſe non ſineret, & in deſperationem quandam animi tumultuantium mitterentur, ſi per occaſionem cauſæ eccleſiaſticæ viderer patriam & apoſtolicam ſedem velle deſerere.* Videas

(a) Epiſt. XVII.

frequenter alios Pontifices de hac neceſſitate conqueri, a qua ſe extricare minime poterant, votis populi ac regum cumprimis obſecundantes, qui ſæpe id fecerunt ſuaſu conſilioque ipſorum SS. Epiſcoporum. Ita S. REMIGIUS epiſtola ad CLODOVÆUM conſultum regi cupit (a): *Sacerdotibus tuis honorem debebis deferre, & ad eorum conſilia ſemper recurrere. Quod ſi tibi bene cum illis convenerit, provincia tua melius poteſt conſtare.* Id quidem conſilii conſtanter reges Francici ſunt ſecuti, atque regnum florentiſſimum retinuerunt: qui eos in hoc ſunt æmulati Hiſpani præprimis, & Angli idem fuerunt experti, in quibus regnis negotia ſunt partiti clerus & proceres, atque a ſacerdotum arbitrio conſilioque tum ipſi principes regebantur, tum regnum adminiſtrabatur, ſive præſulibus in aula præſentibus, ſive in propriis eccleſiis reſidentibus: quod poſtremum piiſſimis principibus præplacuit conſilium: unde a Carlovingis miſſi regii aut in ſuis epiſcopiis erant, aut per regnum unacum proceribus deſtinabantur. Vitio datum fuerat CAROLO *Calvo*, quod nimium epiſcopos diſtraheret a ſuis eccleſiis, illud emendaturus voluit nihilominus, veluti habetur in concil. Pontigonenſi an. 879. ut epiſcopi ſinguli in ſuo epi-

a.

(a) Concil. Gall. T. I. p. 175.

epiſcopio Miſſatici noſtri poteſtate & auctoritate fungantur. Nunquam catholicos reges pœnituit, nunquam eccleſiæ nocuit iſta neceſſitati utilitatique ſerviens abſtractio ad regni negotia: & quamvis illis ſe implicari dolerent pii præſules, non detrectabant tamen in partem ſollicitudinis venire, pro emolumento utriusque reipublicæ invigilare, idque ad hodiernum uſque diem uſuvenire cernimus, Cardinalibus etiam & ſummis præſulibus, quibus amplior eccleſiæ cura, non recuſantibus laborem.

VI. Ex alio vero capite ſucceſſu temporum major neceſſitas hujus rei emerſit, poſtquam nimirum jus Longobardicum ratione bonorum immutationem fecit. Stante Romana republica penes unum imperatorem proprietas ſoli erat & terrarum. Poſtea in feuda primum temporanea, deinde hæreditaria & ſtabilia partitæ regiones & provinciæ, atque in clericos laicosque ſunt diſtributæ. Cum bonorum eccleſiaſticorum uſus & diſpenſatio ſemper in epiſcopi poteſtate fuerint, tum vero maxime eorum cura eos abripere debuit, cum totius regni negotiis communem ingererent ſollicitudinem, ut factum eſt, in unum coeuntibus clericis laicisque de regni utilitatibus, neceſſitatibusque conſulturis. Atque ita coalue-

Ab eo præſertim tempore ſacra & profana politia arctius mutuo ſibi copulata.

coaluerunt ſub regno Francico conventus illi generales comitiorum in eodem loco ac tempore. In quibus epiſcopi & abbates ſeparatim tractabant de cauſis mere ſpiritualibus eccleſiaſticis, & monaſticis; conjunctim vero cum proceribus in commune conſultabant de regni rebus, quas rex ad eos detulerat, aut de iis cauſis eccleſiaſticis, quibus & laici erant implicati. Synodus, conventus, concilia, placita, colloquia vocabantur ſub prioribus regum dynaſtiis, poſtea curia, conventus, concilia generalia regni, & parlamenta. Cum regnum Francicum Germaniam complexum fuerit, in ea etiam poſt factam ſeparationem ejusmodi conventuum ratio fuit retenta. Hinc ortæ diætæ, quibus jam in plures partes ſecatis, quos *circulos* vocant, præter generales imperii conventus clerici & laici de imperii rebus conſulturi conveniunt. Quæ tamen hodie diverſæ ſunt a veteribus, in quibus de cauſſs majoribus omnibus deliberationes habebantur tam temporalibus quam ſpiritualibus, atque magnus numerus conciliorum hoc modo conſtiterunt. Et licet laici, ipſique reges quoad eccleſiaſtica negotia arbitrium omne præciſe clericis permittebant, in reliquis tamen mixtis, & pure ſæcularibus communis fuit, & mutua con-

conſultatio, atque etiam canones regia ſimul & eccleſiaſtica auctoritate fuerunt editi, ut ex Francofordenſibus, & aliis multis planum fit. Ita autem ordinata fuerunt hæc judicia, ut plus quoad temporalia accreverit eccleſiaſticis poteſtatis, quam quoad ſpiritualia ſit diminutum. Hodieque in Polonia præſertim & Germania ampliſſima eſt ſtatuum eccleſiaſticorum in imperii negotiis auctoritas, ubi electores, & imperii principes æquo cum aliis principibus jure gaudent, & in circulis non ſolum ſcamna ſua, ſed etiam præſidentiam obtinent. Qua de re nos paulo poſt plura. Id unum obſervarim hinc præſertim Romano Pontifice peculiari potito principatu, quo independens ab omni poteſtate in politicis eſt factus, in publicis etiam legibus Romani juris multa eſſe immutata, & emolita, præter eas leges, quæ ob ſuam cum legibus Chriſti repugnantiam eccleſia ſemper rejecit, & refinxit, utpote in damnum animarum, contra finem eccleſiaſticæ politiæ propoſitum cedentes, e. g. concubinatus, divortium, reſilientia arbitraria a ſponſalibus, uſuræ proprietates, præſcriptiones cum mala fide, occiſio impunis adulteri a marito vel patre facta &c.

VII. Interim dum majoribus viribus & potentia potuit eccleſia leges etiam politicas Reſtitutio auctoritatis in tri-

Digitized by Google

bunalibus ordinariis eccleſiaſticis viſum opportunum reſtaurandæ diſciplinæ remedium.

liticas moderari, & corrigere, eccleſiæ diſciplina in multis detrimentum cepit, atque antiquæ ſanctiſſimæ, ſaluberrimæque leges & canones in deſuetudinem abierunt, longeque aliam faciem accepit ſtatus eccleſiaſticus. Non defuit eccleſia remedium malo ingruenti allatura. Omnia perſonuerunt conſiliis de reformatione, in hunc finem frequens conciliorum deſtinata celebratio. Sed gravia obſtacula eorum curſum, proſperumque eventum impedierunt. Donec negotium iſtud in concilio Trid. curatius operoſiusque fuit ſuſceptum. At nec hic omnium eſt ſatisfactum votis. Card. LOTHARINGUS nomine eccleſiæ Gallicanæ durante adhuc concilio publicam declarationem Seſſ. XXIV. (*a*) in acta referri poſtulavit ejuscemodi: *Cum nudiuſtertius meam de reformationis articulis dicerem ſententiam, præfatus ſum etiam, me valde cupere, ut priſca illa eccleſiaſtica reſtitueretur diſciplina: ſed cum his corruptiſſimis temporibus & moribus intelligam, non poſſe ea, quibus maxime opus eſt, protinus adhiberi remedia: interim aſſentiri & probare ea, quæ nunc ſunt decreta, non quod ea judicem ſatis eſſe ad integram ægrotantis reipublicæ chriſtianæ curationem: ſed quod ſperem his prius levioribus fomentis adhibitis*

8.

(*a*) An. 1563.

tis cum graviora medicamenta pati potuerit eccleſia, pontifices maximos, & maxime SS. D. N. Pium pro ſua inſigni pietate, & prudentia diligenter curaturum, ut ea quæ deſunt implens, & efficaciora inveniens remedia in uſum veteribus jam diu abolitis revocatis canonibus, & maxime quatuor veterum illorum conciliorum: quæ quantum fieri poterit obſervanda eſſe cenſeo: vel ſi expedire videbitur frequentiore œcumenicorum conciliorum celebratione morbum ab eccleſia propulſans, eam ſuæ priſtinæ reſtituat ſanitati. Duplicem viam ad reſtituendam diſciplinam oſtendit Em. Cardinalis optimo ſane conſilio, Pontificis, & conciliorum auctoritate, idque facit nomine eccleſiæ Gallicanæ. At primum quoad pontificiam auctoritatem, Galli ei minimum deferunt. Nec jam præſules, qui in partem ſollicitudinis ſunt vocati, aut rex, ſed etiam parlamentum manum admovit a longo tempore ad illius jurisdictionem reſtringendam. Dudum acerbe de hac re conqueſtus eſt Pius II. (*a*) coram epiſcopis Pariſienſi, & Turonenſi vice legatorum fungentibus: *Præſul Romanus*, inquit, *cujus parochia orbis eſt, cujus provincia nec oceano clauditur, in regno Franciæ tantum jurisdictionis habebit, quantum placet parlamen-*

(*a*) T. XIII. p. 1793. Conc. ad Labb.

mento. Non ſacrilegum, non parricidam, non hæreticum punire permittitur, quamvis eccleſiaſticum, niſi parlamenti conſenſus adſit, cujus tantam eſſe auctoritatem nonnulli exiſtimant, ut cenſuris etiam noſtris præcludere aditum poſſit. Sic judex judicum Romanus Pontifex judicio parlamenti ſubjectus eſt. Quod ſi viveret hodie Pontifex ille, videret haud minus hos conatus & molimina etiam in œcumenica, & inter hæc omnium ſanctiſſimum, graviſſimumque Tridentinum exeri.

Concilii Tridentini molimina ac decreta, quæ hactenus ejus receptionem in Galliis impedierunt.

VIII. Propoſuerant ſibi Patres inter alia reformationis capita duodecim de reformatione principum ſtabilire, quæ auctoritate concilii œcumenici roborata majorem eſſent habitura vim. Ii ad unum ſunt redacti, cum legati intercederent. Is tamen unicus cum aliis quibusdam articulis, a moribus, conſuetudinibusque Gallorum alienis hactenus promulgationem concilii Tridentini in Galliis cohibuit; cujus rei gloriam ſibi parlamenta adſcribunt, cum hactenus regium animum contra tot anniſus & molimina Romanæ ſedis, clerique ipſius Gallicani ſemper amoverint. Non potuerunt eccleſiæ præſules acquieſcere publicationi concilii ſub conditionibus præſertim 1576. ſub HENRICO III. propoſitis, cum modificationibus & limitatio-

Digitized by Google

tionibus nimirum a rege & parlamentis regiis faciendis: ut tandem in conſcientia ſe obſtrictum, coactumque intellexerit clerus ſuo ſaltem nomine recipere & auctorare concilium, ut ipſi regi publica declaratione 1615. denunciarunt. (*a*) Agnoſcere ſe ac declarare unanimiter obligatos munere ſuo & conſcientia recipiendi dictum concilium, ac polliceri ſe illud obſervare, quantum poſſint ſuis functionibus auctoritateque ſpirituali, & paſtorali. At hic iterum novas molitiones ſenatus illi regii oppoſuerunt. Caverunt, ipſisque eccleſiaſticis interdixerunt; ne ſub prætextu dictæ receptionis aliquid innovetur etiam in provincialibus conciliis, & ſynodis diœceſanis in ordine ac politia eccleſiaſtica ſine auctoritate & permiſſione regis, ſub pœna ammiſſionis temporalium, & criminis læſæ majeſtatis: eoquod in hoc concilio ſalva ſit ſemper in omnibus ſedis apoſtolicæ auctoritas ſervata, eique cauſæ epiſcoporum, aliorumque eccleſiaſticorum evocandæ ſint relictæ, immunitas clericorum tam perſonalis quam realis ſtabilita, atque legitimæ eccleſiaſticæ poteſtati non ſolum

(*a*) Ils y réconnoiſſent, & declarent unanimement être obligés par leur devoir, & conſcience de recevoir le dit concile, & promettent de l'obſerver en tant qu'ils le peuvent par leurs fonctions & autorité ſpirituelle, & paſtorale.

per ſpirituales, ſed etiam corporales pœnas vis coercitiva in enormioribus criminibus ſit corroborata. Quibus diminutam civilem poteſtatem quiritantur, & hodie eosdem fere clamores contra hujusmodi concilii Tridentini articulos excitant, quam contra exoſam adeo *Bullam Cœnæ*. Eodem modo bullas alias pontificias, imo quidquid eſt eccleſiaſticarum legum, ſive dogmaticarum, ſive ad mores, & diſciplinam ſpectant, quoad exteriorem politiam, hoc eſt exteriorem fidem & diſciplinam, ſibi ſubjiciunt ſub prætextu juſtitiæ adminiſtrandæ, cui ipſi in regno præſint, qui tantopere paratragœdiantur, quod eccleſiaſtici cognitionem rerum peccatum ſuſceptibilium in ſe recipiant. Et ceu deſpotiſmum ac indepentiſmum infamant, quod eccleſia in rebus etiam ſacratiſſimis ad ſe unice, independenter penitus ab omni inſpectione judicii ſæcularis, pertinere jure contendit. Quaſi eccleſia jura regia uſurpet: cum ipſi potius jura eccleſiaſtica occupare nitantur, dum ſuo judicio res & perſonas ſacratas immunitate gaudentes ſubjectas eſſe volunt; nec regias etiam evocationes ferendo, nec caſſationibus, prohibitionibus, interdictionibus deferendo, quibus reges ab irreligioſis ejusmodi uſurpationibus abhorrentes, eorum

in

in res & perſonas eccleſiaſticas graſſationes reſcindunt. Dum ſibi unice reſervata eſſe contendunt judicia, quæ ad ſe omnino pertinere nequeunt, in eccleſiam & regem ſunt injurii, utriusque involantes poteſtatem, & patientia abutentes, utrique æque ſubjecti. Cum nec præter regis voluntatem, nec contra eccleſiæ auctoritatem in eccleſiaſticis quidquam prævaleant.

S. BERNARDI monita, quomodo in judiciis ſeſe ſumi præſules habere debeant.

IX. Subit memoriam illud quod de DECIO S. CYPRIANUS (*a*) olim retulit, eum multo patientius, & tolerabilius audiviſſe levari adverſus ſe æmulum principem, quam conſtitui Romæ æmulum ſacerdotem. Neſcio an non iisdem invidiæ ſtimulis, atque ſuſpicionum tormentis agitetur hodie Gallorum pars? Quamcunque ſuſtineat potentiam & auctoritatem, ſolam eccleſiaſticam æmulam ſuſpicit, & inſectatur. Idque agit in cauſa mere ſpirituali, ſacramentorum adminiſtrationem attingente. Quodſi de poſſeſſionibus non de criminibus ageretur, poſſet aliqua æmulationis, invidiæque flamma urere pectus, cum in his utique ex ſententia D. BERNARDI ſit ac verſetur legitima eccleſiaſtica poteſtas. *Ergo*, inquit (*b*), *in criminibus non poſſeſſionibus* b.

(*a*) Epiſt. LII. ad Antonianum.
(*b*) L. I. de conſid.

poteſtas veſtra, quoniam propter illa, & non propter has accepiſtis claves regni cælorum. Atqui de criminibus agitur: de poſſeſſionibus de rebus temporalibus, & ſæcularibus ita eſt hodie reſtricta & moderata eccleſiæ poteſtas, ut nemini invidiam creare poſſit, niſi aliena appetendi aliquem cupido inceſſat; cum cernit eccleſiaſticos ſuarum legitime comparatarum poſſeſſionum ſatagere, neutiquam, dum non licet ex nutu regum ac principum ſæcularia ad ſe rapere judicia, agere cauſas: quemadmodum olim plena libertate, auctoritateque fecit, quando optimus fuit eccleſiæ ſtatus, atque in laicos redundavit fructus; & emolumentum ex judiciis eccleſiaſticis, ſumma æquitate, charitateque ſecundum evangelii præcepta inſtructis. Quæ cum ex charitate in ſe ſuſceperint pii præſules, ut tamen dolerent ac ingemiſcerent diſtrahi ſe & abripi hiſce alienis, & extraneis curis & negotiis; gaudere debent potius ſibique gratulari eccleſiaſtici judices, quando in ea tempora incidimus, quibus refriguit charitas multorum, nec jam licet iisdem legibus ac viis tranſigere, ac componere lites, & cauſas agere, quomodo oportet chriſtianos, atque in iſta iniquitate temporum optavit S. BERNARDUS. (a) *Agitentur*

a.

(a) De conſid. L. I. n. 13.

tur cauſæ, inquit, *ſed ſicut oportet. Nam is modus, qui frequentatur, execrabilis plane, & qui, non dico eccleſiam, ſed nec forum deceat. Miror namque, quemadmodum religioſæ aures tuæ audire ſuſtinent hujusmodi diſputationes advocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad ſubverſionem, quam ad inventionem proficiunt veritatis. Corrige pravum morem, & præcide linguas vaniloquas; & labia doloſa claude.* Non demit Pontifici poteſtatem in judicia ſeſe immittendi, ſed moderationem, atque ſimplicitatem illam in veteribus judiciis præſulum eccleſiaſticorum tam adamatam, & expetitam inculcat. *Ergo*, inquit (*a*), *illas, quas ad te neceſſe erit intrare cauſas (neque enim omnes neceſſe erit) diligenter velites, ſed breviter decidere aſſueſcas, fruſtratoriasque & venatorias præcidere dilationes. Cauſa viduæ intret ad te, cauſa pauperis, & qui ejus non habet, quod det. Aliis alias multas poteris committere terminandas, quam plures nec dignas audientia judicare.* Quid igitur indigne ferant hodie eccleſiæ præſules, ſi iſtis ſarcinis non tantopere graventur? Quid angantur ſpinas hujusmodi pungentes litium & cauſarum ſibi eximi? Ut poſſint plus conſiderationi dare, quod unice propoſitum ſibi habuit S. Bernardus perſuadere Eugenio Pontifici in ſolitudine enu-

8.

(*a*) lb.

trito, & ſubito ad infinitarum curarum ambages evocato. *Novi*, ſtatim initio illum alloquitur, *quibus deliciis dulcis quietis tuæ non longe ante hac fruebaris. Non potes hic diſſueviſſe tam cito, ita ſubito non dolere nuper ſubtractas: plaga recens dolore non caret. Neque enim jam occaluit vulnus, nec in tam brevi verſum in inſenſibile eſt. Quamquam ſi non diſſimules non deeſt tibi jugis materia juſti doloris a quotidianis jacturis. Invitus, ni fallor, avelleris a tuæ Rachelis amplexibus, & quoties id pati contigerit, toties dolor tuus renovetur neceſſe eſt.* Ita debent eſſe affecti pii præſules curis ejusmodi præoptantes, quantum licet, ſolvi, quam aggravari, nec eas aliis dignioribus, atque ad officium paſtorale pertinentibus præferre. *Aliud*
a. *eſt*, inquit idem (*a*), *incidenter excurrere in iſta, cauſa quidem urgente: aliud ultro incumbere iſtis, tanquam magnis dignisque tali, & talium intentione rebus. Itaque hæc & innumera talia dicerem, ſi fortia dicerem, ſi recta, ſi ſincera. Nunc quoniam dies mali ſunt, ſufficit interim admonitum eſſe, non totum te, nec ſemper dare actioni: ſed conſiderationi aliquid tui, & cordis, & temporis ſequeſtrare.*

CAP. III.

(a) L. I. c. 7.

Digitized by Google

CAPUT III.

DE JURE & CURA CLERICORUM CIRCA BONA & DOMINIA TEMPORALIA.

I.

Ecclesiæ bona ampliſſima inde ab ejus ortu.

Quemadmodum in homine corpus & anima ſibi ſociata mutuo commercio vivunt, ac ſubſidio egent; ita fieri aliter non potuit, quin eccleſiaſtici homines temporalibus etiam indigerent bonis. Ea ſub gentilibus imperatoribus licet infidelium oblationibus potiſſimum conſiſterent, ampliſſima tamen erant: cum S. Irenæus eo proceſſiſſe fidelium largitatem dicat, ut ultra decimam bonorum partem eccleſiæ offerrent. Sed non omnes eccleſiæ eadem affluebant opulentia; hinc factum, ut ditiores pauperioribus, aut calamitate preſſis ſuccurrerent: cujus rei exempla etiam ex ſcripturis ſuppetunt. Præſertim urbium præcipuarum imperii Antiochiæ, Alexandriæ, & maxime Romæ (quæ bonis ſuis non ſolum occidentem, verum etiam orientis plerasque eccleſias cumulavit)

uti magnificentia, ſic etiam divitiæ erant majores. Omnibus autem eccleſiis maximæ res accreſcebant, poſtquam imperatores fidem amplexi non ſolum quiete bonis frui eccleſiam conceſſerunt, ſed etiam variis rationibus iis augendis conſuluerunt; quæ non jam in mobilibus ſolum, ſed etiam immobilibus conſtabant. Hæc tempore perſecutionum, ſi quæ etiam erant, abrepta plerumque ſunt: mox a CONSTANTINO reſtitui juſſa. *Omnia*, decernit (*a*), *quæ ad eccleſias recte pertinere viſa fuerint, ſive domus, ac poſſeſſio ſit, ſive agri, ſive horti, ſive quæcunque alia reſtitui jubemus.* Quæ indicant forte citius, quam vulgo cenſeatur, eccleſias fundos poſſediſſe, & initio fideles idcirco ſolum agros & latifundia, quando eccleſiæ nomen dederunt, vendidiſſe, quod in Judæa ſcirent non diu fixam ſibi futuram ſedem, ob vaticinium urbis Hieroſolymitanæ diruendæ, gentis Judaicæ diſpergendæ, regnique evertendi. Licet vero ante quartum ſæculum vix aliquod documentum reperiatur de immobilibus eccleſiæ bonis, in canone tamen Antiocheno XXV. jam inter ordinarios clericorum reditus fructus ex agris eccleſiæ recenſentur. Quæ bona non potuerunt non magnopere accumulari,

(*a*) L. II. c. 39.

mulari, poſtquam CONSTANTINUS non ſolum martyrum hæreditates eccleſiæ addixit, verum etiam omnibus in favorem eccleſiæ teſtandi licentiam fecit: quo ſtudium fidelium maxime accenſum eſt, ut non ſolum morti proximi, ſed etiam bene adhuc valentes, eccleſiæ bona ſua addicerent. *Cogitate*, inquit GREGORIUS Nazianzenus (*a*), *complures extitiſſe, qui totas etiam domos eccleſiis addici paſſi ſunt: non etiam defuiſſe, qui ſuapte ſponte facultates ſuas omnes obtulerint, ac pulcherrimum quæſtum fecerint, hoc eſt, propter futuræ vitæ opes inopiam amplexi ſint.* Hoc pietatis ac religionis ſenſu imbuti, mirum non eſt, quod maximas opes homines certatim in eccleſiam profunderent: præſertim ipſis imperatoribus, imperatricibus, regibus, principibus, magnatibus, divitibusque quibusvis munificentia in eccleſiam certantibus. Sua etiam contulerunt haud raro ampliſſima bona eccleſiæ ac monaſteriis, qui ſe DEO conſecrarunt cum rebus ſuis, illisque graviter indignatur SALVIANUS, qui portione ſua fraudandos exiſtimarunt filios religionem profeſſos: *Dicitis*, ait (*b*), *quid opus eſt religioſis æquam accipere cum fratribus patrimonii portionem? Reſpondeo: ut religionis fungantur officio, ut religioſorum rebus*

(*a*) Epiſt. 80. (*b*) Lib. III. contra Avaritiam.

Digitized by Google

religio ditetur, ut donent, & largiantur, ut illis habentibus cuncti habeant non habentes.

Debuerũt miniſtris evangelii & altaris miniſtrari, ut de altari viverent.

II. Nemo autem in animum ſibi inducat meræ gratuitæ liberalitati ſponte donantium, aut ſua conferentium omnia in acceptis referenda eſſe eccleſiæ bona: nullum vero jus eſſe quæſitum laboribus, & continua in cura paſtorali, formandisque fidelibus chriſtianis opera, cum ſuapte natura competat merces qui aliis ſtudia ſua collocant. *Quis militat ſuis ſtipendiis unquam?* inquit in hanc rem gentium apoſtolus (*a*), *Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Nulla tam barbara, ſuæque naturæ oblita gens unquam fuit, cui non inſitum pectori radiarit lumen, quantum debeatur, qui religionis negotium tractant, & ſunt miniſtri altaris. Tam valida ea eſt naturæ vox, ut potius veri Numinis multos cœperit oblivio, atque cæca perverſitas idolorum fecerit cultores, quam e mente exciderit, ſuſtentandos eſſe ſacrarorum quorumcunque demum miniſtros. Quibus vero altioris luminis conceſſa eſt uſura, illi ex utriusque teſtamenti paginis legem hanc naturæ ab ipſius naturæ auctore confirmatam, & innovatam ignorare

a.

(*a*) Rom. XII. 13. &c.

rare non poſſunt. Ne quid de veteri teſtamento dicam, cujus comparatione uti non omnes æque ſuſtinent, Chriſtus Dominus in nova lege, quo luculentius jus hoc miniſtris evangelicis aſſereret, eis præcepit, ut nihil poſſideant, neque aurum, nec argentum, neque duas tunicas, mox addita ratione (*a*): *Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Jure igitur damnati ac proſcripti ceu hæretici ſunt, qui eccleſiam bonorum incapacem eſſe contenderunt, præpoſtera interpretatione laudati ſcripturæ loci, aliorumque ei ſimilium, quaſi omnis ſuppellectilis poſſeſſionem ſuis miniſtris interdixiſſet Chriſtus: cum contrarium plane verba ea ſenſum habeant, atque idcirco vacuos auro, argento, aliisque ad victum & veſtitum neceſſariis procedere voluerit, quo hæc omnia ab illis ſubminiſtrata reciperent, quibus in promulganda cœleſti doctrina, atque religionis exercitiis deſervirent. Qua de re eis adhuc apertius præcepit apud Lucam (*b*), *manere in eadem domo edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Nec aliud ſuo exemplo, quam verbis docuit Chriſtus, cum ex opulentioribus etiam matronis ſectatrices habuerit, quæ miniſtrabant ei de facultatibus

a.

b.

(*a*) Matth. X. 10. Luc. X. 7. (*b*) Luc. VIII. 3.

bus ſuis. Unde apoſtolus, poſtquam ex lege naturali & Moſaica hoc idem comprobaſſet, Chriſti etiam addit præceptum.

a. (a) *Ita & Dominus ordinavit iis, qui evangelium annuntiant, de evangelio vivere.* Alibi vero aliquam etiam inter miniſtros

b. admittit præſtantiam: *Qui bene*, ait (b), *præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* Et quoniam in hac cauſa adhibet etiam veteris teſtamenti auctoritatem, illis os obſtruit, qui a pari hic admitti argumentum renuunt. *An*, in-

c. quit (c), *& lex hæc non dicit? Scriptum eſt in lege Moyſi: Non alligabis os bovi trituranti. Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus? Neſcitis, quod, qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt. Et qui altari deſerviunt, cum altari participant.*

Hinc etiam decimæ & oblationes præſtitæ.

III. Qui hæc etiam ad decimas tanquam jure divino præceptas referunt, faciunt id auctoritate inſignium eccleſiæ doctorum, ac præſulum SS. HIERONYMI, AMBROSII, CHRYSOSTOMI, AUGUSTINI, qui pro decimarum ſolutione eccleſiæ facienda ſcripturarum auctoritate, rationum pondere, ac omni eloquentiæ vi perorant. Accedunt his conciliorum de-

cre-

(a) 1. Cor. IX. 14. (b) 1. Tim. V. 17.
(c) 1. Cor. IX. 11.

Digitized by Google

creta poſt illa ſæcula, quæ eandem obligationem inculcarunt. Nec refert, quod de primis tribus eccleſiæ ſæculis de hac lege nihil conſtet, cum apoſtolicis temporibus non decimas tantum, aut primitias, ſed omnia in commune contulerint bona, quibus utique abſorptæ continebantur decimæ, primitiæ, & quid non? Quis enim non palpet, quantum totum ſit majus decima ſua parte? Quis etiam non multo majoris pretii, & meriti habeat liberas iſtas oblationes & hoſtias, quas largiſſime laici effuderunt, ſacrificii inſtar, quo loco antiquis illis temporibus ſunt habitæ, præter collectas tum ordinarias, cum extraordinarias, quas factas fuiſſe ex apoſtolo diſcimus: ut adeo decimæ largiter primis temporibus ſint compenſatæ, cum eas exigendas ſtatus eccleſiæ eorum temporum nec permitteret. Quod etiam longe poſtea in exemplum eſt tractum, ut ex ALCUINI epiſtola ad CAROLUM M. conſtat dehortantis, ne a recens converſis Hunnis decimæ exigerentur, ubi etiam inter alia hanc quæſtionem proponit: An apoſtoli a Chriſto edocti exactiones decimarum feciſſent? *Nos*, inquit, *in fide catholica nati, nutriti, & edocti, vix conſentimus ſubſtantiam noſtram pleniter decimare: quanto magis tenera fides, & infantilis animus*,

mus, & avara mens illarum largitati non consentit? Sed non ita erant affecti primi christiani, quorum charitas ampliora longe spatia habebat: nec cum sævis barbaris, & rapacibus Hunnis agebatur, sed cum illis, qui ad erogandas decimas & primitias, ac omnis generis bona religionis causa elargienda facti, & instituti erant, quales Judæi erant, ac etiam gentiles summa liberalitate, instinctu licet falsæ religionis præditi. Nec deerant pii præsules ad has, ut vocabant, litandas hostias exstimulando, quod vel ex apostolo eluceſcit, & sparsim in operibus S. CYPRIANI videre est. Canones etiam apo-
a. stolici (*a*) de duplicis generis oblationibus consuetis loquuntur, de sacratioribus ad altare faciendis, & de aliis omnis generis in domo episcopi faciendis. Quibus oblationibus cum numero fidelium auctis, cumulus divitiarum ecclesiæ ingens quotidie accrescebat, accedente præsertim, præter divitum civium largas profusiones, etiam imperatorum liberalitate summa, ut de CONSTANTINO M. S. ATHANASIUS & THEODORETUS gratanter referunt, quando deinde etiam decimæ firmiter statui poterant, debuerantque crescente ministrorum numero ad multitudinem fidelium necessario, quibus

(*a*) C. III. IV. V.

Digitized by Google

bus jam ſuſtentandis ſportulæ aliæ & oblationes præſertim in ruris etiam eccleſiis ſufficere non poterant, illisque decimæ circumjacentium agrorum deſtinabantur. Nec dubium eſt quin hoc modo ex decimis eccleſiæ ruri fere conſtiterint, & fundatæ ſint, quæ olim ex omnis generis bonis & operis præſtabantur. Hi fuerunt igitur primi ac conſtantes ſacri ordinis proventus, oblationes, primitiæ, ac decimæ. *Ex his vero*, inquit P. Gugl (*a*), 2.
ſucceſſu temporum primitiæ exoleverunt: & oblationes, quæ ad ſingulas miſſas ab omnibus præſentibus fiebant ad nihilum ad minutiam redactæ ſunt. Decimæ perſonales, etiam memoria hominum exciderunt. Ex realibus quædam pariter in deſuetudinem abierunt in quibusdam provinciis & locis, aut pro parte tantum porriguntur, ut minores, hortenſes, pratenſes animalium, novalium, prout nempe major vel minor eas invaſerit injuria temporum ſeu hominum: quædam autem ad manus laicorum, aliquando juſte & diſpenſationis via, ſubin etiam per nefas redierunt. Alibi notavi etiam in oblationes ſacras rapaces involaſſe profanorum manus, vixque modici illi quidem & incerti ſtolæ proventus in tuto hactenus fuerunt. Multisque periculis expoſita ſunt bona eccleſiaſtica in privatorum eccleſia-

(*a*) P. I. S. III. c. 1.

cleſiaſticorum manibus, quæ olim ſecura erant in ditiſſimis gazophylaciis eccleſiarum per menſtruas diſtributiones, aut certas decimarum aſſignationes ſportulasque.

Bonis immobilibus eccleſia a ſuis primordiis auctis.

IV. Nullus dubito quin hæc prima fuerit origo factæ diviſionis bonorum eccleſiaſticorum: dum ampliatis diœceſibus remotioribus a matrice eccleſiis, quibus quotidianæ diſtributiones fieri commode haud poterant, ſequeſtrati ſunt fundi & prædia, quorum primum uſu tantum fructu gaudebant parochi, adminiſtratione penes epiſcopum, ejusque œconomos conſtituta, donec in beneficia degenerarunt deſumta re & nomine ex uſu illorum temporum, bene meritis ducibus ac militibus prædia & fundos quosdam aſſignandi, beneficii loco utenda fruendaque. Cum prius omnia licet ampliſſima eccleſiæ bona eſſent communia ſub epiſcopi poteſtate, ac libera diſpoſitione. Hi adeoque beneficentiam principum æmulati, in beneficium fundos, agrosque eccleſiæ diſtribuebant, cum eccleſia bonis cujusmodi immobilibus quotidie augeretur, pietate fidelium non jam ſolis oblationibus rerum conſumtibilium ſe continente. Jam quidem ſub ethnicis imperatoribus ejusmodi fuiſſe bona paulo ante memoravimus, bona

etiam

etiam nonnunquam ethnicorum principum venia. Quale exemplum de ALEXANDRO *Severo* LAMPRIDIUS narrat, qui, cum chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarii dicerent ſibi eum deberi, reſcripſit, melius eſſe, ut quomodocunque illic DEUS colatur, quam popinariis dedatur. Nec potuiſſent etiam a malevolis & infeſtis imperatoribus privari ejusmodi bonis, niſi aliquando obtinuiſſent; nec, ut ablata reſtituerentur a CONSTANTINO, ſancire opus fuiſſet, quod ab eo EUSEBIUS in ejus vita factum ſcribit (*a*): *Omnia ergo, quæ ad eccleſias recta viſa fuerint pertinere, ſive domus ac poſſeſſio ſit, ſive agri, ſive horti, ſeu quæcunque alia, nullo jure, quoad dominium pertinet, diminuto: ſed ſalvis omnibus atque integris manentibus reſtitui jubemus.* Cumque is ipſe plenam licentiam dederit legata, ac integras etiam eccleſiæ relinquendi hæreditates, hoc quaſi ſtimulo incitati certatim fideles, bonis & hæreditatibus eccleſiam auxerunt. Eaque bona ſuapte eccleſiæ ac monaſteriis cedebant, quæ a clericis aut monachis relicta fuerant nullo condito teſtamento, ut ex codicis THEODOSII & JUSTINIANI non una lege conſtat. Mirum etiam in modum incitabantur tum

2.

(*a*) Lib. II. c. 39.

clerici, cum fideles omnes, ut ſi non tota, parte ſaltem hæreditatis eccleſiam, ac Chriſtum ipſum, & ſanctos donarent, de cujusmodi teſtamentis teſtimonium perhibet ſuo in codice JUSTINIANUS, ſe in complura hujusmodi teſtamenta incidiſſe, quibus hæres ex aſſe, dimidia, aut alia notabili parte Chriſtus, angelus, aut martyr quispiam inſtitueretur. Aliquando quidem ob fraudes quasdam & circumventiones emanavit lex vetans ejusmodi teſtamenta, quam S. HIERONYMUS luget, quod eam meruerint clerici. Aliquando etiam fuerunt jam tunc, qui nec ſuam religioſis portionem integram voluerunt, quos lib. III. contra avaritiam inceſſit SALVIANUS: *Sed præclaram videlicet*, inter alia ait, *qui hæc faciunt, rationem conſilii ſui reddunt, dicentes: Quid opus eſt ut filiis jam religioſis æqua hæreditatis portio relinquatur? Nihil ergo juſtius, nihil dignius, quam quia cæperunt religioſi eſſe, mendicent. Non quidem quod eos hæc res mendicitate oppreſſura ſit, quod a terrenis facultatibus abdicantur, cælum ſpe poſſidentes, cito etiam re poſſeſſuros, regente illos DEO ſuo ac protegente, qui eos cum immortali ſpe æternorum etiam ſufficientia temporalium muneratur. Sed tamen quantum ad inhumanitatem parentum pertinet, egent, a quibus ſic relicti ſunt, ut egerent.* Soler-

ter

ter cavit ecclesia, ne qua fraude ac arte piæ ejusmodi morientium voluntates effectu destituerentur: licet cautum sit, ne intempestive, aut importune adigerentur, persuaderenturque fideles ad legata ejusmodi facienda. Aliquando etiam respuebant sacrorum præsules, quod de S. Augustino Possidius narrat (a): *Nam & aliquas eum hæreditates recusasse novimus, non quia pauperibus inutiles esse possent, sed quoniam justum & æquum esse videbat, ut a mortuorum vel filiis, vel parentibus, vel affinibus magis possiderentur, quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt.* Alias vero, ut idem narrat, oblata ac donata suscipiebat, insigne decus istud, & exemplum tum clericalis, cum monastici status. Quem secuti sunt postea etiam, qui monasticum institutum primum latius, & ex professo divulgarunt, bona profitentium aut pauperibus eroganda, aut monasterio conferenda statuentes. Illæ etiam congregationes religiosæ, quibus bona immobilia tenere non permittit institutum, idcirco ab hæreditatibus capiendis non statim excluduntur, sed licet distrahere fundos, & comparatam pecuniam in usus suos legitime redigere. Universim itaque jus plenum monasteriis

(a) Vita S. Aug. c. 24.

acquiritur, & communitatibus religioſis ad eorum bona, quando nulla prius circa ea facta diſpoſitio fuit: ſed omnia eorum ſint monaſterii, quæ eadem die peſſumdabant, quando ingreſſi ſunt monaſte-
a. rium, ut habent capitularia CAROLI M. (a) Largitas etiam non raro ulterius proceſſit, ac prædivites parentes pietati deputarunt, ſi pro religione quam ampliſſimis bonis religioſos cœtus cumularent, quod præſertim ordini S. BENEDICTI obtigit a primo ejus exortu, dum adhuc in vivis degebat S. Pater, ut ex vita & paſſione S. PLACIDI a GORDIANO coævo primum conſcripta, atque a PETRO diacono interpolata palam eſt, atque diploma confirmationis ſub nomine JUSTINIANI imperatoris in appendice chronici Caſſinenſis habetur, in quo nomina poſſeſſionum paulo aliter leguntur, quam in laudata vita, ex qua prout apud MABILLONIUM habetur, juvat hic per expanſum exſcribere, quæ parentes SS. PLACIDI & MAURI S. BENEDICTO trans-
b. ſcripſerint bona (b). Quodſi hæc interpo-

(a) L. VI. c. 108.

(b) Obtulit DEO, & eidem Patri beatiſſimo BENEDICTO totum ex integro Caſſinum montem, cum univerſis pertinentiis ſuis, atque a ſuo proprio jure illum abſcindens, eidem Patri tradidit in perpetuum poſſidendum. Convocansque ad ſe reipublicæ primis cristium,

Digitized by Google

terpolata ſint alicubi ex more poſterioris ætatis, & textus nonnunquam mutatus, aut alicubi etiam corruptus uti forte in numero talentorum auri, non ideo hæc falſi arguenda ſunt. Ac id etiam adhuc memorandum, quod paulo poſt ſequitur de cura, quam S. Benedictus in conſervandis bonis ſuis, dum inceſſerentur, adhibuit: *Per idem tempus procuratores cortium, quas in Sicilia Tertullus Patricius Patri Benedicto conceſſerat, legatos Caſſinum ad beatiſſimum Patrem Benedictum direxerunt, eoquod cortes ipſæ a quibusdam devaſtarentur, adeo ut a*

teſtamentum juxta morem Romanum conſcribi fecit, ab omnium mortalium jure atque dominio locum eundem perpetuo manſurum alienum decernens. Pariter amodo eidem Patri obtulit, caſtra, villas, & poſſeſſiones, quæ ſibi in re hæreditaria pertinebant, cum univerſis appendiciis ſuis, habentes hos fines: Ab una ſiquidem parte fluvium Weturum, ab alia fluvium Ligrilanum, a tertio fluvium ſacrum, a quarto latere municipium Carſiolanum, cum univerſis, quæ intra prædictos fines tunc temporis habebantur. Domum vero, in qua Placidus filius natus fuerat in urbe Roma in Cœlio monte, beati Erasmi nomini dicans, Patri ſanctiſſimo ex toto conceſſit. Obtulit etiam ipſo die DEO & Sanctis ejus medietatem de lacu Lucrino, nec non & inſulam Caprariam in ſalo Neapolitano locatam, portumque Trajeſenſem, & Ultranenſem, & totam piſcariam Leſinenſem, unacum faſce ſua,

procuratoribus nullo modo poſſent defendi, neque debitum penſum a poſſeſſoribus exigi. His venerabilis Pater auditis, omnem convocans congregationem, quæ in ſuis poſſeſſionibus acta, ſibique nunciata eſſent, per ordinem pandit. Demum vero ex conſulto Caſſinenſis congregationis Placidum ſanctiſſimum diſcipulum ſuum ad tantum laborem ſuſtinendum aptiſſimum judicans, ob id vel maxime, quia nullus easdem poſſeſſiones ſicut ipſe defendere & cuſtodire valeret, evocat, illumque ad tuitionem earumdem cortium dirigens, dixit ad eum: Ad ſuſcipiendum militiæ laborem, dilectiſſime, accinge ſicut vir lumbos tuos &c.

V. In

ſimul etiam tres Inſulas Diomedis & fluvium Lauri juxta piſcariam Leſinenſem. Propria vero, quæ in Apulia habebat, rogatu PLACIDI filii ſui pari modo conceſſit, quorum nomina hæc ſunt; in Canuſia fundum Melitenſem, Podenſem, villam Pertuſam, campum Calienſem, Bobalianum viculum, & eccleſiam S. MARIÆ, in eadem Canuſina civitate conſtructam cum cortibus iſtis Miratanum, Platanum, campi paſcua, lacum Romanum. In territorio Capuano fundum Patenarienſem, & Amortanum. In territorio Corſino fundum Curritanum, Laudanenſem, Melaſſianum, Funiclirum, nec non & res ſuas in Magella, ubi poſtea ab eodem Patre BENEDICTO monaſterium domini Liberatoris conſtructum eſt, unacum omnibus, quæ ibi idem patricius poſſidere videbatur, regiones ſcilicet has, Theate, Aprucium, pinnæ Aſcu-

Digitized by Google

V. In laudatis paulo ante, ut alia nunc taceam, regum Francorum capitularibus ex concilio Aquisgranenſi II. ingens dignitas eccleſiaſticorum bonorum aſſeritur, quatenus ipſius Chriſti patrimonium exiſtunt ſecundum ipſius Chriſti exemplum,

Etiam integrarum ditionum, ac pleni dominii, poſtquam dividi ac poſſideri cœperunt.

lum, Firmum, in mari Adriatico portum Sabini & portum Maurini, in Liguria cortes has: Adili, Muſalinum, Montironem, Fraguonelum, Rongalia, Campodulfum Laurenſam, pontem longum Berſeli, Gremanum, Monceriorem. In ſalo Gadeano (al. Cajetano) inſulas has: Pontiam, Pontateriam, Palmariam, & portum fluvii Gariliari. Iſta omnia TERTULLUS patricius cum PLACIDO filio ſuo Patri BENEDICTO perſcriptum tradiderunt in perpetuum poſſidenda. Hunc æmulatus ad bonum EQUITIUS ſenator, obtulit & ipſe unacum filio ſuo MAURO fundum Gentianum cum cella ſancti AGAPITI, & cortem ſuam in civitate Neapolitana locatam, cum eccleſia ſanctæ virginis Chriſti CÆCILIÆ, & S. SEVERINI. In Surrentoni, Sarriintravi, in quibus poſtea a Patre BENEDICTO eccleſiæ ſitæ ſunt, nec non eccleſia ſanctæ MARIÆ in Coſentia. GORDIANUS quoque Romanæ urbis vir ſpectabilis horum devotione delectatus, obtulit pro ſe & SILVIA uxore ſua villam Encheliam, in ſuburbio Aquinenſi locatam cum pertinentiis ſuis inter hos fines: Ab uno latere ſilicem & rivum, qui ex nomine beati MAURI poſtea nominatus eſt; ab altero campum longum & rivum, qui vadit per agrum de Matilia (al. Maceda) famelica, & fluvium Carvellum; ab altero a rivo ſilvarici uſque in ſilicem. Pari

plum, ex S. AUGUSTINI ſententia. *Quare*, inquit (*a*), *loculos habuit, cui angeli miniſtrabant, niſi quod eccleſia ejus loculos ſuos habitura erat. Ecce quibus tanti doctoris documentis inſtruimur, quia, quod in capite præ-*

2.

etiam modo obtulit fundum Gramarium inter hos fines, qui incipit a ſancto FIRMANO, & vadit directe in Camarda, & inde in fluvium Melphua, inde in limitem ſub Granarium, & vadit ad montem ſancti Angeli. Conceſſit etiam fundum Reginæ inter hos fines; ab uno latere habet viam latinam, ab alio ſilicem, ab alio fluvium Melphua, & viam Campaniam, inde in Portaritiam, & vadit in foſſam, & mittit in ſilicem. Hæc omnia cum aliis quamplurimis rebus eidem ſanctiſſimo Patri BENEDICTO idem GORDIANUS vir illuſtriſſimus obtulit jure perpetuo poſſidenda. Eodem tempore jam dictus TERTULLUS patricius hortatu ſanctiſſimi PLACIDI filii ſui, obtulit beatiſſimo ac venerabili Patri BENEDICTO decem & octo patrimonii ſui cortes, quas in Sicilia habebat, & in diverſis locis vir præpotens poſſidebat, bonas valde & magnas cum portubus ſuis, ſilvis, aquis, piſcariis, molendinis, aquarumque decurſibus ad easdem cortes pertinentibus, cum ſervis ſeptem millibus, exceptis uxoribus eorum & filiis, cum procuratoribus earumdem cortium, atque a proprio jure easdem cortes abſcindens, eidem Patri per præceptum tradidit in perpetuum poſſidendas, pœna appoſita quatuordecim millium talentorum auri, qui id removere tentaſſet. *Tom. I. Act. Ord. S. Benedicti*, pag. 52. 53.

(*a*) Capit. L. VI. c. 302.

præceſſit, in corpore ejus, quod eſt eccleſia videtur impletum. Porro Chriſtum & eccleſiam unam perſonam eſſe non neſcimus. Et ideo quæ eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt: & quæ eccleſiæ offeruntur, Chriſto offeruntur. Eſto erat futurum, ut eccleſiæ Chriſti nummos haberet, ſi nummos utique & prædia, & mancipia, & diverſarum ſpecierum innumera ornamenta. Nihil ergo eſt bonorum temporalium, atque ornamentorum fæcularium, quod non in eccleſiaſticos redundare valeat. Nec eſt dubium quin per ornamenta concilium intelligat titulos illos honoris ac dignitatum, qua duces, principes, comites, ac barones præfulgebant, quod maxime adverſari videri poſſet humilitati miniſtrorum Chriſti, ſucceſſorumque apoſtolorum, tum & praxi puriorum eccleſiæ ſæculorum. At eorum temporum moribus & conſuetudine nec in ſæcularibus iſta effulſit poteſtas, ut comitatibus, principatibusque inſtructi, terras, ditiones, ac bona præter patrimonium in pecuniis, agris, fundis, aliisque rebus conſiſtens obtinerent. Si qui comites, ac duces nominarentur, tituli honoris erant, præfecturæ, & adminiſtrationis, non jurisdictionis. Cum primum vero poſtea jus feudale introductum eſt, atque comitatus, principatus &c. in aliquid reale veſtitum terris,

& ditionibus abiit, eo etiam gaviſi ſunt epiſcopi & abbates, atque a principibus ornati, eadem jurisdictione ac ſæculares, ejusmodi donati feudis, ut juſtitias faciant, tam *publici* quam *eccleſiaſtici*. Quod in LUDOVICO *Pio* paternis veſtigiis inſiſtente laudat HELMADUS (*a*): *Qui paternis per omnia votis concordans eadem liberalitate, qua pater ejus erga cultum domus DEI, & omnem clerum uſus eſt, ampliſſimas regni divitias ad decorem & gloriam eccleſiæ intorquens, in tantum ut epiſcopos, qui propter animarum regimen principes ſunt cæli, ipſe eosdem nihilominus principes efficeret regni.* Eodem autem jure & poteſtate utrinque ut principes & ſæculares, & eccleſiaſtici gauderent, lege etiam eſt cautum a CAROLO *Calvo* (*b*) in ejus capitularibus ſuperſtite, *ut vaſalli epiſcoporum, abbatum, abbatiſſarum, atque comitum, & vaſſorum noſtrorum talem legem & juſtitiam apud ſeniores ſuos habeant, ſicut eorum anteceſſores apud illorum ſeniores tempore anteceſſorum habuerunt.* De S. CANUTO Daniæ rege apud BARONIUM ad an. MLXXXI. n. 37. refertur; *cum ab inerti & rudi populo parum juſtam pontificibus venerationem haberi cerneret, ne tanti nominis potiores inter privatos relinqueret, de-*

cretæ

a.

b.

(*a*) Chronic. Slavorum L. I. c. 4.
(*b*) p. 369.

cretæ circumſpectionis induſtria principum eis conſortium indulſit, eisque primum inter proceres locum perinde ac ducibus aſſignavit, auctoritatem honore concilians. Neque omnia principum munificentia ſunt conſecuti, poſtquam non amplius arbitrariæ eſſent dignitates iſtæ ac temporariæ, ſed in perpetua, ac hæreditaria dominia tranſierunt, unde & pecuniis comparata. Quomodo plures comitatus eccleſiæ Paderbornenſi acquiſivit ſanctitatis laude celeberrimus MEINVERCUS epiſcopus. In id conſilium pietatis ſtudio permovebantur antiſtites, ut ſpirituali ſimul & temporali poteſtate & jurisdictione inſtructi potentius auctoritatem exererent. Quod ab ADALBERTO Bremenſi referente ALBERTO Stadienſi, ad exemplum aliorum Germanicorum epiſcopatuum factum eſt, quorum ſpiritualis & temporalis jurisdictio æqualibus finibus clauditur. Neſcio an alicubi in Germania adhuc hæc obtineat amplitudo, ubi tamen inſigniora feuda obtinent epiſcopi & abbates, ſeu regalia: quæ ſunt regalis poteſtatis portio in feudum conceſſa, ſalutari plane conſilio pro moderno imperii ſtatu, fruſtra contra nitentibus malevolis, ac invidis, anteſignanis hæreticis Waldenſibus, Wicleffitis, & Bohemis, qui in articulis oblatis concilio

cilio Basileensi celebrando hunc quarto loco inseruerunt : *Quod non liceat clero tempore legis gratiæ super bonis temporalibus sæculariter dominari.* Ubi videntur de supremo tantum dominio queri, optabantque ecclesiam in eum redigi statum, quo uterentur tantum proventibus bonorum temporalium, essentque usufructuarii solum. Percrebuit tunc temporis suspicio, & ipsum etiam Pontificem EUGENIUM IV. anxium tenuisse videtur, quasi essent, qui temporalitatem ab ecclesia tollere molirentur, quem scrupulum demere conatus est JULIANUS Card. prolixa ad eum data epistola, qua eum ad celebrandum concilium flectere est conatus. Declarationem etiam ecclesiæ Gallicanæ MDCLXXXII. hac suspicione onerarunt nonnulli, quam tamen propulsat strenue ill. BOSSUET.

8. *Nos enim*, inquit (*a*), *satis scimus Romanis Pontificibus, & sacerdotali ordini regum concessione, ac legitima possessione bona quæsita, jura, imperia ita haberi, possideri, ut quæ inter homines optimo jure habentur, possidentur ; imo ea omnia ut res dicatas DEO sacrosanctas esse, nec sine sacrilegio invadi, rapi, & ad sæcularia revocari posse. Sedi vero apostolicæ Romanæ urbis, aliarumque terrarum concessam ditionem quo liberior*

(*a*) Defens. declar. clerici Gall. L. IV. c. 16.

Digitized by Google

rior ac tutior poteſtatem apoſtolicam toto orbe exerceat, non tantum ſedi apoſtolicæ, ſed etiam toti eccleſiæ gratulamur: votisque omnibus precamur ſacrum principatum omnibus modis ſalvum & incolumen eſſe.

VI. Et ſane nemo eſſe poteſt rei catholicæ probe addictus & ſtudioſus, qui non hoc divinæ providentiæ opus ſingulare eſſe agnoſcat, Pontificem, qui eſt caput in ſpiritualibus, ab omni etiam temporali principum eſſe liberum potentia, dum ipſe in ſuis provinciis princeps ſupremus, ab eo tempore, quo diſtracto in plures partes imperio jam non unus dominatur orbi, ut unus præeſt eccleſiæ: unde difficillimum foret, communes eccleſiæ res & negotia expedire, concilia cogere, jus dicere; niſi jam ſedes PETRI libertate plena in ſuis agendis potiretur, liberamque exerceret auctoritatem in orbe chriſtiano nullo ſæcularis poteſtatis metu exterrita, aut violentia præpedita: nec ulli ſubeſſet homini quæ ore divino cunctis dignoſcitur præfecta. Sed hinc fruſtra aliquis pro donatione illa vulgari CONSTANTINI (*a*) argumentum ſumat: cum ratio allata pro CONSTANTINI ævo, ac ſubſecutis mox temporibus minime faciat. Tum vero fabula illa, ſtabiliendo terre-

Cujus tamen poſſeſſionis exordia a donatione Conſtantini non ſunt repetenda.

8.

(*a*) C. fundamenta de elect. in 6.

terrenum Romanæ ſedis principatum, ſpiritualem peſſumdet. Ut ob eam rem multi ſuſpicentur eam a Græcis eſſe ſuppoſitam, ut parem Patriarchæ Cpolitano ex ſplendore, & dignitate urbis, & largitione imperatoris concilient auctoritatem. Hoc profecto BALSAMO aliique Græci ex donatione iſta extundere contenderunt. Sed non opus eſt Romanæ eccleſiæ incertis monumentis ſua tueri jura, ac temporale dominium, quæ a primordiis ſuis ſemper incredibili affluentia bonorum redundavit, ut potuerit reliquis per orbem eccleſiis opem largiſſime ferre. Deinceps ſemper decreſcente imperio excrevit, Italiæque potita eſt inſigni parte ipſa urbe Roma orbis domina, pietate potiſſimum ac ſtudio Francicorum, Teutonicorumque principum, ac imperatorum, vicem referentium, ac ornantium PETRI ſedem, ut temporali etiam potentia & jurisdictione ſit libera omnino & independens: neque etiam hic ulli alteri eccleſiæ ſit ſecunda, quæ eſt omnium prima, ac mater eccleſiarum. Quam ſortem inique, & Romanæ huic, & aliis divitiis cumulatis, utinam nec filii eccleſiæ etiam inviderent, tam degeneres & a matre eccleſia, & a patribus ſuis piis chriſtianis, qui tanto ſtudio ad ditandam eccleſiam incubuerunt.

VII. Ec-

VII. Eccleſia bonis aucta, curam, ſolicitudinem, & adminiſtrationem eorum gerere debuit. Ea maxime ad epiſcopos ſpectavit, donec canone XXVI. Chalcedonenſi primum conſtitutum, ut in unaquaque eccleſia epiſcopali œconomus inſtitueretur ex clero eccleſiæ, ne epiſcopus nimium diſtraheretur terrenis negotiis. Sedulo egit S. AUGUSTINUS, ut hanc a ſe bonorum curam amoliretur, cum iis maxime invidiam clericis conflari cerneret. *Dum forte*, de eo POSSIDIUS narrat (*a*), *ut aſſolet, de poſſeſſionibus ipſis invidia clericis fieret, alloquebatur plebem DEI, malle ſe ex collationibus plebis DEI vivere, quam illarum poſſeſſionum curam, vel gubernationem gerere. . . ſed nunquam id laici ſuſcipere voluerunt* Cum vero ſucceſſu temporis ſemper magis ac magis bona eccleſiæ accreſcerent, crevit etiam curæ, ac negotii magnitudo in iis adminiſtrandis; unde ſæpe conqueſti ſunt de terrena hac ſarcina epiſcopi, non quod eccleſiæ inviderent, ſed quod refugerent, optarentque potius in quiete degere. GREGORIUS M. paſtorum exemplar, de hac re eximium documentum dat, de ſua Romana ſede, quæ nunquam bonis alteri conceſſit. *Hoc*, inquit (*b*), *in loco*,

Licet bonorum eccleſiæ adminiſtratio multum occuparit ſemper ſacrorum antiſtites.

a.

b.

(*a*) In vita S. AUG. c. 22.
(*b*) L. I. Ep. 24.

Digitized by

loco; quisquis paſtor dicitur, curis exterioribus graviter occupatur, ita ut ſæpe incertum ſiat, utrum paſtoris officium, an terreni proceris agat: & quidem quisquis regendis fratribus præeſt, vacare penitus a curis temporalibus non poteſt, ſed tamen curandum magnopere eſt, ne ab his immoderate deprimatur. Unde tantopere renitebatur, & nihil non moliebatur apud imperatorem etiam MAURITIUM, ſuam promotionem impedire. *Plangite*, exclamabat (*a*), *quia hic hujus mundi tantæ occupationes ſunt, ut epiſcopatus ordine pene ab amore DEI me videam eſſe ſeparatum.*

8.

Præſertim poſtquam & terris, ac integris ditionibus proſpicere, & dominari datum eſt.

VIII. Ab hoc autem potiſſimum tempore hoc bonorum eccleſiaſticorum negotium cœpit ingraveſcere, quando deinceps non agris, & latifundiis continebatur, ſed ad integros diſtrictus & territoria, ditionesque ſeſe extendit. Hactenus ejusmodi dominatus nec ulli principi ſæculari competebat, apud ſummum principem ac imperatorem totius regni principatus reſidebat, ſolaque adminiſtratio optimatibus, ac curialibus conceſſa, in qua etiam amplas partes epiſcopi geſſerunt; in nullo ergo clerici, quoad terrenas etiam facultates laicis principibus erant inferiores, omnium bonorum genere, nec exceptis quidem ſer-

(*a*) L. 1. c. 2.

ſervis, & mancipiis privati. Nec deinceps etiam, dum ſummorum principum conniventia in patrimonium ditiones imperii ceſſerunt, clerici horum participatione ſunt excluſi. Quare poſtquam dominatus certis territoriis ſunt affixi, atque hujusmodi diſtrictus & territoria eccleſiæ conceſſa, ſimul etiam dominatio attributa: hinc jam epiſcopi comites, principes, ducesque fuerunt, dum etiam his nominibus nondum initio donati ſunt, ſed haud ſecus ac ſæculares domini, *ſeniores* appellabantur, eodemque jure utrique gaudebant: uti concilii decreto jam ſub PIPINO ſancitum eſt, ut domini omnes terrarum tam clerici, quam laici jus ſubditis ſuis dicant, atque ut omnes juſtitias faciant, tam publici, quam eccleſiaſtici: quod primum in capitularibus CAROLI M. poſitum, poſtea in CAROLI *Calvi* capitulari repetitum fuit, ut jam retulimus. Sub imperatoribus & principibus maxime Francicis ad tantum dominatum epiſcopi evecti, præcipue a CAROLO M. & LUDOVICO filio pio, tum curis regni omnibus implicati, cum etiam feudis imperii inſtructi, ingentem terreni imperii ſarcinam impoſitam acceperunt, ipſi præprimis Romani Pontifices Francorum auxiliis, quibus tutati primum tam a Longobardorum inſultibus, quam

ab imperatorum Græcorum Iconoclaſtarum inſidiis, qui ſummos Pontifices, præſertim GREGORIUM II. neci quærebant, ob impium dogma de abolendis imaginibus rejectum. Diu detrectarunt Pontifices jugum Græcorum excutere, ſed cum aliter vitæ, & religioni conſuli non poſſe videretur, divinæ providentiæ conſilio Roma cum magna Italiæ parte Pontifici ceſſit, etiam quoad principatum & dominium terrenum. Aliis in regnis, ob eos, quos munificentia potiſſimum regum ac imperatorum ducatus, principatus, comitatus nacti ſunt paſſim epiſcopi, & abbates, præſertim autem in Germania, duplicem perſonam ſuſtinent, & imperio, imperatorique idcirco multum obnoxii ſunt. Quod olim maximas inter ſacerdotium & imperium ſuſcitavit flammas, & diſſidia, imperatoribus ſibi jus inveſtiendi per annulum, & baculum arrogantibus, ſummis autem Pontificibus acriter obnitentibus, ut aliquando PASCHALIS II. conſilium cœperit renunciandi principatibus, reſignandique dominia regia omnia, ducatus, comitatus, marchionatus: ea viciſſim lege, ut ne ſe reges amplius in inveſtituras interponerent epiſcopatuum; quemadmodum in epiſtola ad imperatorem HENRICUM (a) ſignificat, & nos ſuo

a. (a) Ep. 22.

loco

loco narravimus. Sed tamen is ipſe in concilio Lateranenſi (*a*) ſtrenue tuetur hujusmodi eccleſiæ conceſſa dominia, & vindicat: nec video quomodo conſilium iſtud effectum ire potuiſſet PASCHALIS.

8.

IX. Quantopere hæc negotia neceſſum ſit ut diſtrahant epiſcopos, & experientia docet, & nemo, cui vel minima rationis, & judicandi vis affulget, non intelligit. Cauſas ſubditorum diſcernere, commodis & rationibus dynaſtiæ invigilare, omnibus æquum jus dicere, res parvæ non ſunt, nec exiguam temporis portionem ſibi ſumunt, cum aliunde paſtoralis cura tanta ſit, ac eſſe debeat, quæ nullum fere otium, aut vacuum tempus relinquat. Attamen nec antiqui epiſcopi his curis vacarunt, licet non eodem modo ad eos pertinuerint: præter enim ampliſſimarum rerum, & bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem, tot cauſarum diſceptandarum, etiam temporalium moleſtiæ, ſolummodo poteſtatis & dominii nomine eos diverſos a noſtris epiſcopis reddiderunt, re, munere, & functione pares omnino fuerant. Sub ethnicis principibus jurisdicendi officium apoſtolico præcepto acceperant: ſub chriſtianis imperatoribus horum conceſſione & privilegio cauſæ quæque ad epiſcopos deferri poterant, ut jam me CONSTAN-

Quia tamen veteres etiam haud minus in judiciis ſæcularibus nunquam non fuerunt diſtenti epiſcopi.

(*a*) 1116. Z z 2

STANTINI aliorumque divales in hanc rem laudaſſe memini. *Non audemus dicere,*
a. verba ſunt S. AUGUSTINI (*a*), *quis me conſtituit judicem & diviſorem inter vos? Conſtituit enim talibus cauſis eccleſiaſticos dominus cognitores in foro prohibens jurgare chriſtianos.* Quantopere hic ſanctus epiſcopus diſtineretur cauſis ejus-
b. modi, POSSIDIUS (*b*) in ejus vita indicat, eum cauſas aliquando uſque ad horam refectionis, aliquando autem tota die jejunantem, ſemper tamen cognoviſſe, & diremiſſe. Nec hoc officium ſanctiſſimi quique epiſcopi reſpuebant, ut de S. BASILIO GREGORIUS *Naz.* teſtatur: de ABRAHAMO ſanctiſſimo primum anachoreta poſtea epiſcopo THEODORETUS, & alia audientiæ epiſcopalis celeberrima ſuppetant documenta. Verum eſt, fuiſſe, qui hoc munus presbyteris committerent, ut de S. MARTINO SULPITIUS *Dialog.* 2. teſtatur, quod ſanctiſſimum hunc antiſtitem ab hoc ſtrepitu ſolitudo arceret. Admirabilem illum SYNESIUM hæc res potiſſimum a ſuſcipiendo munere epiſcopali revocabat. *Civilis curæ*, ſcribit *Epiſt.* 105. *& ſolicitudinis, & natura, & ſtudio penitus ſum expers. At epiſcopum divinum eſſe hominem oportet. Neceſſe eſt ipſum tam multa unum negotia*

(*a*) In Pſal. 118. (*b*) c. 19.

tia ſuſtinere, quam multa cæteri ſimul omnes: unus enim, quæ omnium ſunt, efficere debet, aut criminationibus omnibus obnoxius ſit oportet. Et alio loco, *non eſt*, inquit (*a*), *id mearum virium, ut duobus dominis ſerviam.* a. *Sin aliqui reperiantur, quibus ne mentis quidem ad inferiora deſcenſus detrimentum afferat, merito illi poſſunt ſacerdotes fieri, & præeſſe civitatibus. Solaris radius, quamvis cœnum contingat, purus nec inquinatus manet: ego ſi idem fecero, fontibus ac mari opus habebo.* Quam moleſtæ etiam S. AUGUSTINO acciderint hæ curæ ſancte is aſſeverat: *Dominum JESUM*, inquit, *teſtem invoco in animam meam; quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per ſingulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monaſteriis inſtitutum eſt, aliquid, & cæteras horas habere ad legendum, & orandum, aut aliquid de divinis litteris agendum liberas, quam tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotiis ſæcularibus vel judicando dirimendis, vel interveniendo præcidendis; quibus nos moleſtiis inde afflixit apoſtolus non utique ſuo, ſed ejus, qui in eo loquebatur, arbitrio &c. Quem tamen laborem non ſine conſolatione Domini ſuſcipimus pro ſpe vitæ æternæ, ut fructum feramus cum tolerantia. Servi enim ſumus*

(*a*) Ep. 57.

ejus eccleſiæ, & maxime infirmioribus membris. Sic ergo, licet vel maxime abhorreret SS. Præſulum animus a litium & judiciorum ambagibus, ſatisque perſpicerent *partem illam*, ut S. CHRYSOSTOMI (*a*) verbis utar, *quam epiſcopum tractare in judiciis convenit, infinita certe odia, infinitas offenſiones parere*, eas tamen detrectare charitas, imo apoſtolicum præceptum vetabat. Imperatores pii perſuaſi erant, his judicibus cauſas melius examinari, agique; fideles vero populi huc libentius appellabant, quo certius ſibi æquitatis, & chriſtianæ manſuetudinis plenum judicium exſpectabant: quod & hodie experiuntur, qui eccleſiaſticis dominis parent: ſemper enim mitiora hæc ſunt imperia, & vetus eſt apud Germanos parœmia: *Unter dem krummen Staab iſt gut wohnen.* Ut de S. AUGUSTINO POSSIDIUS in ejus vita refert, eum controverſias fidelium tractaſſe: *Nihil aliud quærens ab iis, niſi tantum obedientiam, & devotionem chriſtianam, quæ & DEO debetur, & hominibus, peccantes coram omnibus arguens, ut cæteri timorem haberent.* Non ſolum autem eccleſiaſticis pœnis, ſed etiam corporalibus delinquentes plectebant, advocata ad hoc ope, ſeu brachio ſæculari, aut juſtitiæ admi-

(*a*) De Sacerdotio Lib. III. c. 18.

adminiſtratione per ſæculares completa. Hanc juris dicendi auctoritatem in eccleſiaſticos cumprimis derivarunt, confirmaruntque imperatores tres omni exceptione maximi CONSTANTINUS, THEODOSIUS, & CAROLUS Magni, maxime poſtremus iſte: cujus capitularia ſemper ſpirant, reſonantque obedientiam ſacerdotum judiciis præſtandam, quam non ſolum plebs, ſed etiam principes, comites, ac cæteri judices exhibeant, ut ſummo DEO, cujus vice in eccleſia legatione funguntur.

X. Neutiquam ergo repugnat ordini ſacro, ſi debita moderatione, & pro ordinis eccleſiaſtici decore ac dignitate clerici cauſas ſæculares tractent, non judiciorum profanorum ſtrepitu, & exceſſibus. Hi eccleſiæ tam exoſi fuerunt, ut eum ab ordinibus ſuſcipiendis arcendum putet, qui in judiciis tali modo exercendis occuparetur. Neutiquam etiam repugnat clericos dominatu ſæculari ornari, imo multis occaſionibus religioni profuit: quod qui prorſus negant, cum ARNALDO *Brixiano* delirant. *Duplex eſt dominium prælatorum*, inquit S. BERNARDUS (*a*), *habent enim claves eccleſiæ, quibus claudunt, & nemo aperit; aperiunt, & nemo claudit; habent & regalia, quia domi-*

Eccleſiam dominia jam poſſidere non eſt inconveniens, ac ſæpe ad ejus conſervationem neceſſarium, & ſalutare.

a.

(*a*) In ſerm. ad paſtores.

ui ſunt urbium & oppidorum ; nec ſolum epiſcopatus , ſed & conſulatus habent , ut merito illis dicatur, quid ultra debui facere, & non feci? Sed quod datum eſt illis in adjutorium , factum eſt illis in ſcandalum. Non ergo dominia carpit, ſed illos, qui his male utuntur. Nec SYNESIUS judiciorum ſæcularium exercitium in epiſcopis damnat , ſed in plerisque hominibus vitium agnovit , quo minus apti ſint ad
a. ambo recte copulanda. *Nec*, inquit (*a*), *epiſcopos damno , qui negotiis diſtinentur ; ſed cum noverim vix me horum alterutrum aſſequi poſſe , qui utrumque præſtare poſſint, hos admiror.* Principatus vero jungere cum munere eccleſiaſtico non ſolum viri piiſſimi optimique non horruerunt, ſed etiam eccleſias ſuas hujusmodi dominiis augere non dubitarunt. LEIBNITIUS de
b. S. BRUNONE *Colonienſi* (*b*), *credibile*, inquit, *eſt exemplum Brunonis viri ob mores , & ſcientiam laudatiſſimi plurimum potuiſſe , ut nec vererentur dare principes , nec accipere prælati , quod tantus vir habuiſſet.* De clariſſimo ſanctitatis laude MEINVERCO antiſtite Paderbornenſi paulo ante retulimus , plures eum comitatus numerata pecunia comparaſſe. Et principes hoc modo eccleſiaſtici ordinis dignitati , reveren-

(*a*) Ep. 57.
(*b*) Tom. I. ſcript. Brunſuic. Introd. n.

Digitized by Google

verentiæque conſultum volebant. Verum equidem eſt, feliciorem initio eccleſiæ ſtatum fuiſſe, cum homines ſolummodo chriſtiana humilitate ducerentur, nec opus eſſet iſtis honorum, ac dignitatum terriculamentis uti: ſed divinæ providentiæ tribuendum eſt, quod ipſi complacuerit pro eccleſiæ ſuæ converſatione, moribus hominum, eccleſiæ ſuæ ſplendorem accommodare. OTTO *Friſingenſis* huc applicat in prol. lib. IV. chr. ISAIÆ illud: *Pro eo quod fuiſti, abjecta ponam te in ſuperbiam ſæculorum, atque inter alia mundiali dignitate*, ait, *quæ regalia dicuntur, Dominus eccleſiam ſuam honorare voluit; ex DEI enim ordinatione id factum. Denique credendum non eſt, Chriſtum eccleſiam ſuam, corpus ſuum, cui in arrham ſpiritum ſuum dediſſe creditur, ſpiritu erroris decipi permiſiſſe; cui, ut dixi, ſpiritum veritatis contulerat. Præterea probatæ ſanctitatis viri inveniuntur, qui hæc habuiſſe, qui cum his regnum DEI acquiſiviſſe, creduntur.* Inducit deinde viros ſanctitate conſpicuos, qui ſæcularem poteſtatem cum pedo paſtorali junxerit. Quorum adhuc majorem numerum recenſet *Joannes* de POLEMAR in oratione habita in conſilio Baſileenſi. *Æneas* SYLVIUS in ep. ad *Mart.* MEJERUM cancellarium Moguntinum ſæcularem Romanæ

eccleſiæ principatum defendens etiam ordines monaſticos adducit: *Quid plura?* ait, *monachos S. Benedicti & S. Bernardi Ciſtercienſes & Carthuſienſes magnas opes in communi poſſidere videmus, & caſtella & oppida obtinere, quæ pro imperio ſuperiorum gubernantur, eos tamen viros ſanctos & cælo dignos omnis eccleſia judicat. Quis eſt igitur, qui hoc ipſum ſummo pontifici negare audeat, cujus eſt omnem eccleſiam regere & hoſtibus ejus reſiſtere. Quem qui pauperem eſſe cupit, ut pragmatici volunt, extinctam religionem eſſe vult.* Hæc divinæ providentiæ ratio poſterioribus his ſæculis nullibi magis, quam in noſtra Germania perſpici potuit, ubi divino conſilio factum, ut epiſcopi ducatus, & principatus poſſideant, & primaria in imperio Germanico Romano refulgeant auctoritate. Quo enim catholica religio deveniſſet, cum major principum potiorum pars ad caſtra adverſa tranſierint, epiſcopis in ſuis ditionibus fere orthodoxam fidem conſervantibus? Ut, quod de ſummo Pontifice eſt obſervatum, etiam hic locum habeat: DEO ſic agente eum ab omni principum ſubjectione liberatum, ne alii eum communem patrem habere detrectarent; ſic a DEO ſingulariter curatum ac proviſum nullus dubito, ut, dum hoſtes eccleſiæ exurgerent, qui

eccle-

eccleſiaſticam auctoritatem prorſus peſſumdarent, eccleſiaſtici ordinis conſeſſus vel terrore, & externo ſplendore auctoritatem ſuam tueretur.

XI. Fatendum equidem eſt, optandum fuiſſe, ut eccleſia hujusmodi auxiliis ad ſeſe ſuſtinendam haud indiguiſſet. *Ego enim*, pulchre in hanc rem eloquitur OTTO *Friſingenſis* (*a*), *ut de meo ſenſu loquar, utrum DEO magis placeat hæc eccleſiæ ſuæ, quæ nunc cernitur, exaltatio, quam prior humiliatio, prorſus ignorare me fateor. Videtur quidem ſtatus ille melior fuiſſe, iſte felicior.* Quis non videt poſſe ſuapte natura detrimento maximo exiſtere hanc duarum poteſtatum conjunctionem; &, ut cum S. BERNARDO loquar, *quod datum eſt illis in adjutorium, factum eſt in ſcandalum.* Laudatus mox *Æneas* SYLVIUS, *neque* inquit, *divitias ad voluptatem requirimus, ſed ad tria tantum* 1. *ad ſtatum honeſtum, & dignitati convenientem tenendum.* 2. *Ad alendos pauperes, & eccleſias manutenendas.* 3. *Ad coercendos malefactores, qui fidei ſinceritati officiunt. Quodſi pontifex his aliter utitur fatemur, eum non recte agere.* Pontificem Romanum maximæ in univerſa catholica eccleſia curæ ad ſe rapiunt, majusque in aliis hic eſt periculum. Nolo hic ulli injurius eſſe, liceat mihi ſolummo-

Si frequentes in regimine tali abuſus vitentur quos notat abbas FLORIUS.

(*a*) L. c. prol. lib. 4.

modo abbatis FLEURII in hanc rem meditationis, quam paſſim ingerit, partem hic inſerere. (*a*)

a. Qui tamen facere non debent, ut dominia hæc ad ſæculares revocentur, ſed ut rectus eorum uſus fiat.

XII. Magnum ejus verba pondus habent, magnumque faciunt præjudicium, ſed ſi majus malum, ad quod evitandum temporales clericorum dominationes conducunt, conferuntur, multum eis decedit, ac evaneſcunt, præſertim pro eo, qui nunc eſt, Germaniæ noſtræ ſtatus: ut adeo eo nos deduci his haud debeamus, ut principatus hujusmodi putemus ad

(*a*) Nous ſommes naturellement plus frappées d'objets ſenſibles, que des choſes ſpirituelles ; un prince eſt occupé a reprimer des crimes, a prévenir des ſeditions, & des conſpirations contre ſa perſonne, & ſon etat &c. Ces occupations paroiſſent a un politique ſerieuſes, & grandes : les fonctions eccleſiaſtiques, en comparaiſon lui ſemblent petites, & presque des amuſemens d'enfant. Chanter dans une egliſe, marcher en proceſſion, pratiquer des céremonies, faire un catechiſme, lui paroiſſent des occupations vulgaires, dont le premier venu ſeroit capable. L'important ſelon lui, & le ſolide eſt de maintenir la puiſſance, & d'affoiblir ſes ennemis. Il regarde la priere, la lecture, & la meditation de l'ecriture ſainte, comme des occupations plus convenables a un moine qu'a un homme d'etat : & il ne trouve jamais de tems a s'y donner. Vous avés vû comme Saint BERNARD craignoit pour le Pape EUGENE ; que l'accablement des affaires ne l'empechât de faire les reflexions neceſſaires ſur ſes de-

ad ſæculares manus reſignandos. *Penſanda ſunt*, inquit THOMAS Cantuarienſis archiepiſcopus & martyr (*a*), *tempora & diverſi ſtatus temporum, ſecundum quos mutantur merita cauſarum; nam in primitiva eccleſia ſola patientia locum habuit, ut auferenti tunicam, dimitteret & pallium; extra eccleſiam enim erat, qui perſe-* 2.

que-

voirs, & ſur lui-meme, & qu'il ne tombât enfin dans l'endurciſſement. Peut-être croires-vous, qu'un evêque prince ſe reſervera les fonctions ſpirituelles, & ſe dechargera ſur quelque laique du gouvernement de ſon état. Il s'en gardera bien, de peur, que ce laique ne devienne le veritable prince. Il abandonnera plutot a d'autres le ſpirituel: car il ne craint rien d'un pretre, d'un grand vicaire, d'un évêque ſuffragant. Il leur laiſſera volontiers l'étude de la theologie, & des canons, la prédication, le ſoin des ames, dont il ſe fera tout au plus rendre un compte général. Mais il ſera informé en detail de ſes troupes, de ſes places, & de ſes finances. Il en chargera ſous lui d'autres eccleſiaſtiques, a qu'il ſe fiera plus, qu'a des laiques: mais qui ne ſeront eccleſiaſtiques, que pour la forme, & gens d'affaires en effet. Si vous en doutes, voyéz comment ſont gouvernés les diœcéſes, & les etats de ces prélats ſi puiſſans d'Allemagne, & de Pologne. Vous verrés par cette experience, que les anciens etoient bien ſages, & que l'alliance de la puiſſance temporelle a la ſpirituelle, n'etoit avantageuſe ni a la religion ni a l'etat. *Diſc. 4. ſur l'hiſt. eccl.*

(*a*) L. I. Ep. 10.

quebatur: intra eccleſiam, qui patiebatur. Modo autem jam adulta eccleſia, non licet filiis eccleſiæ, quod aliquando licuit inimicis. Decet enim matrem corrigere filium, ſicut decuit pupillam tolerare adverſarium. Non ſine piaculo permittere poſſumus, ut, quæ ſemel DEO & eccleſiæ ſunt dicata, iterum ad humanos & terrenos uſus revocentur; id ne unquam fiat ſanctiſſimis DEI, eccleſiæ, & imperatorum legibus eſt ſaluberrime conſtitutum: ſicque pia fundatorum fert voluntas, quam ſæpiſſime diris execrationibus adverſus uſurpatores ratam, firmatamque voluere, ut mox videbimus. Ita autem utantur his bonis, qui ordini eccleſiaſtico accenſentur, ut decet non ſolum res, ſed etiam perſonas DEO divinisque rebus mancipatas. Qua ratione & pius ſanctusque eorum ſit uſus, dignus divino ordine ac officio, quibus defunguntur, ſacroſancta poteſtate, auctoritateque, qua inſtruuntur clerici: ne adverſarii, qui æque rebus eccleſiaſticis, quam dignitati ordinis ſacerdotalis invident, ac inſidiantur, *nihil habeant mali dicere de nobis:* ac ſi male tanta collocarentur bona. Iſtud præſtiterint eccleſiaſtici, ſi divi PAULI monita ſalutaria, & inſtituta, quibus præſertim TITUM, ac TIMOTHEUM ſuum inſtruit, ac informat, obſer-

ſervent: habebunt, quæ non ſolum ad perfectam miniſterii concrediti perfunctionem pertineant; ſed quæ etiam fidelem patremfamilias in diſpenſandis bonis, & curanda familia condeceant: ut digni aliquando ſint, quibus illud evangelii accinatur: *Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Quodſi ad prima reſpectemus tempora, quando ſacrorum præſides omnium bonorum curam habuerunt, ac abbates perſæpe ingentem monachorum aluerunt numerum, opus utique fuit multarum rerum copia ad quotidianas diſtributiones faciendas, eccleſiæ ſarta tecta, eccleſiaſticam ſuppellectilem, pauperes alendos &c. Idem durat finis pro opere DEI rite perſolvendo, ædificiis ſacris & religioſis inſtruendis, ornandis, conſervandis, tuenda eccleſiaſtici ſtatus dignitate, qui DEO conſecratus eſt, unacum bonis rebusque omnibus DEO oblatis, ac devotis, quæ profananda non ſunt, aut ad alios uſus vel manus, quam quibus conſignata ſunt, abſtrahenda; nec ab aliis uſurpanda, quam quibus deſtinata & concredita ſunt, ut ſacrum ornent ordinem, nervumque rerum gerendarum ſubminiſtrent ad rem eccleſiaſticam ſuſtentandam. Eodem faciunt honoris tituli atq; regalia, ut prælati eccleſiaſtici inter illuſtres regno-

rum

rum ac imperii ordines religioni reverentiam concilient, & tutelam præſtent. Et ita ſtatim eccleſia in noſtra præſertim Germania adolevit, ut ex adverſariis noſtris etiam agnovit in Conſiliis theol.
a. nuper BAUMGARTENIUS (*a*): *Quoniam pleræque eccleſiæ collegiatæ & monaſteria aut inter neophytos, aut prope fidei hoſtes conſtruebantur religionis propagandæ gratia: eadem vero hoc ipſo graviſſimis periculis devaſtationis videbantur expoſita, ipſorum ſecuritati proſpectum fuit hoc modo excogitato, ut illis certus numerus ſubditorum & vaſallorum attribueretur, quibus conclamatis in caſu hoſtilis invaſionis defenderentur.* Undique Germania noſtra eccleſiæ catholicæ hoſtes in ſuis viſceribus tenet, qui ſi dignitati ſacerdotali ac amplitudini detrahere ſtudeant, ac ſpoliare bonis eccleſiam, rem ſuam agunt, dummodo ne Catholicos etiam nanciſcantur imitatores, qui in materna eccleſiæ viſcera graſſentur, nervosque ſuccidere conentur, atque iis exuere bonis, quibus liberaliter aucta olim eſt, dum primum eccleſia apud nos conſtitit, ab illis maxime principibus, qui pleniore adhuc jure regna & imperium tenuerunt, in nulla diſtractum feuda, omnia ſibi plene vindicantes regalia. Qui aut ipſi fundos

(*a*) Apud P. GUGL. P. I. n. 270.

fundos dederunt, aut ab aliis oblatos, dum ſe cum rebus propriis DEO conſecrarunt, aut alias pro ſummo lucro deputarunt res ſuas eccleſiæ addicere. Sua auctoritate datis publicis inſtrumentis aſſeruerunt, ac deinceps etiam regalia conceſſerunt eadem dominii amplitudine, ac ſæcularibus principibus & comitibus, ut eodem jure ſtent aut cadant; & ſi unquam nunc maxime eccleſiæ nervo hoc opus eſt, vel inde, quod omni ex parte inſidiatores rapacesque ſint manus, eæ etiam, quæ olim largæ fuerunt: & dum non augere amplius licet bona juſte ſaltem ac olim poſſeſſa, ſollicite conſervandi ſumma cura eſſe debeat. Quæ ſi ampla etiam ſint, in tantis periculis non ſolum ex inſidiis, ſed etiam inopinatis caſibus & periculis caute & anxie cuſtodiuntur, atque hinc eſt, cur poſteriora concilia etiam ſub S. CAROLO *Borromæo* Mediolani habita, ſacra item Romana congregatio dotem illam a monialibus licet ante profeſſionem pactam, ratam velint, a ſimoniæ labe abſolutam propter ingruentes neceſſitates, & caſus inopinatos, *Hinc*, ſciſcit *Proſper* LAMBERTINUS, ſeu BENED. XIV. P. (*a*), *prudentiſſime cautum eſt, ut omnia indefinite habeantur pro indigentibus, atque indigen-* 2.

(*a*) De Synodo c. 58. n. 2.

liæ nomine ab omnibus omnino puellis religioni nomen dentibus præſcriptam dotem accipiant.

CAPUT IV.

DE LEGITIMA BONORUM ECCLESIASTICORUM ADMINISTRATIONE.

I.

Bonorum eccleſiaſticorum ad miniſtratio ad eccleſiaſticos præſides ſpectat.

Adminiſtrationem bonorum eccleſiaſticorum quod ſpectat, omni ea jure ad eccleſiam pertinet, id eſt ad prælatos ac rectores, quibus res DEO dicatæ ſunt concreditæ. Ad pedes apoſtolorum in eccleſia Hieroſolymitana depoſitæ facultates in plena eorum fuerunt poteſtate, adminiſtratione, uſuque facto, prout illis, aut quibus hanc curam commiſerunt, viſum fuerat. Aliæ eccleſiæ quamprimum inſtitutæ ſunt, rerum ſuarum ſategerunt, quas aliunde, vel ex collectis habuerunt, quarum S. PAULUS in prima ad Cor. epiſtola meminit, reddita etiam ſubinde apoſtolus ratione dati & accepti, atque in indigentes facta elargitione, ut ex S. PAULI epiſtola ad Philippenſes conſtat. *Scitis autem,*

autem, inquit (*a*), *& vos Philippenſes quod in principio evangelii, quando profectus ſum a Macedonia, nulla mihi eccleſia communicavit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli. Quia & Theſſalonicam ſemel & bis in uſum mihi miſiſtis. Non quia quæro datum, ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra.* Luculentus eſt canon apoſtolicus quadrageſimus primus pro epiſcopis apoſtolorum ſucceſſoribus: *Præcipimus, ut in poteſtate ſua epiſcopus eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretioſæ illi ſunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut poteſtate ejus indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros & diaconos, & cum timore omnique ſolicitudine miniſtrentur.* Alii aliorum plerorumque conciliorum canones conſpirant, atque in conſtitutionibus apoſtolicis, quæ in plerisque diſciplinam priorum ſæculorum ob oculos ponunt, quid laicorum, quid eccleſiæ præſulum ſit, diſſerte exponitur (*b*): *Tibi laice convenit, ut largiaris: epiſcopo vero tanquam æconomo & adminiſtratori rerum eccleſiaſticarum, ut diſpenſet. Cave tamen, ne epiſcopum ad rationes voces, neque diſpenſationem illius obſerves, quomodo eam gerat, aut quando, aut quibus, aut ubi, utrum* a. b.

(*a*) Phil. IV. 15. 16. 17.
(*b*) Lib. II. c. 35.

bene an ſecus. Habet enim ipſe ratiocinatorem DEUM, qui hanc illi procurationem in manus tradidit: qui ei ſacerdotium tantæ dignitatis mandare voluit. Sanctiſſimus Pontifex GREGORIUS M. epiſcopum Calaritanum (*a*) ſollicite monet, *ne ſæcularibus viris atque non ſub regula veſtra degentibus, res eccleſiaſticæ committantur, ſed probatis de veſtro officio clericis.* Neque aliud aliquid tentatum eſt unquam a principibus ac ſæcularibus poteſtatibus; quin ii poſtea canonum etiam ſtatuta ſuis legibus rata eſſe voluerunt, imprimis pientiſſima Carolingica (*b*) ſtirps in ſuis capitularibus, quæ inter alia copioſe apud P. GUFL (*c*) referuntur, ita habent: *Synodali decreto ſancitum eſt, ne laici vel ſæculares de viris DEO dicatis eccleſiæque facultatibus aliquid ad ſe putent, vel præſumant præter reverentiam pertinere: quorum quarumque ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe a DEO cura commiſſa docetur. Si quis contra hæc venire præſumpſerit, anathemate feriatur.*

a. b. c.

Cura temporalium nonnunquam nimium diſtrahere viſa præ-

II. Id tamen ſummopere cavendum eſt, quocunque modo ac nomine divino miniſterio ac ſervitio conſecratis, ne affectu ſtudioque plus nimium adhæreant temporalibus, quæ curant, bonis: abſit

(*a*) Reg. Lib. VII. ep. 6.
(*b*) Sect. I. c. 3. (*c*) Lib. V. c. 207.

Digitized by Google

abſit inordinata poſſidendi, & acquirendi cupido, contentio, ac labor aſſiduus circa hæc tranſitoria, cum detrimento ingenti, & neglectu ſacratioris curæ, & miniſterii. S. BERNARDUS abuſum hic fieri ſolitum acriter perſtringit: *Mira res*, inquit (*a*), *ſatis ſuperque epiſcopi ad manum habent, quibus animas credant: & cui ſuas committant facultatulas non inveniunt. Optimi videlicet æſtimatores rerum, qui magnam de minimis, parvam aut nullam de maximis curam gerant. Sed ut liquido datur intelligi, patientius ferimus Chriſti jacturam, quam noſtram. Quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & continua dominici gregis detrimenta neſcimus. De pretio eſcarum & numero panum cum miniſtris diſcuſſio eſt: rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum.* Sæpius eandem materiam ſolita pietate, & energia pertractat in ſuis epiſtolis etiam quoad monachos ſpectat. Fuit illi hoc in argumento cum PETRO Cluniacenſi (*b*) concertatio. Præter alia remiſſioris obſervantiæ Reg. S. P. BENED. capita in Cluniacenſibus carpebat, quod contra monaſtici ordinis inſtituta cauſas ſæculares religioſi tractent, monachi efficiantur cauſidici, ſertim monachos.

a.

b.

(*a*) L. IV. n. 20. de Conſid.
(*b*) Vid. Ep. 353. & 354.

Digitized by Google

ci, contra apoſtolum judiciis interſint, atque ſub prætextu juris proprii tuendi, cordibus in Ægyptum revertantur. PETRUS *Venerabilis* quantum licuit rem excuſavit, atque ita uſum defendit, ut abuſus carpſerit. S. etiam ANSELMUS, ut in ejus vita EDINERUS narrat, cuidam monacho modum declaravit, quo vitiis cupiditatum excluſis, tuto ex ſanctæ obedientiæ virtute his negotiis vacet. *Veni*, ajebat ille, *ad ordinem monachorum, ſperans me ibi poſſe penitus intendere vitæ perenni & DEO. Ecce autem ex præcepto abbatis mei ſæcularibus negotiis intendo, & dum res eccleſiæ contra ſæculares defendere, tuerique deſidero, placito litigo, nec mihi forſan curæ eſt, ſi alii perdant in meo lucro. Quapropter fere cogor deſperare, cum ea, quæ reliqui, cum tot peccatis videor adminiſtrare.* Procul hic monachus ab illius aberat perverſitate, de quo PETRUS *Damiani* in inſigni *de fuga dignitatum* lucubratione: *Quem*, inquit, *videmus avaritiæ facibus inardeſcere, prædiorum confinia dilatare, pecunias hinc inde cum tanta aviditate colligere.* Longe vero iniquius hæc vitia fert in prælatis ipſis præfatus PETRUS *Damiani*, ut merito propter hæc pericula dignitates fugiendas exiſtimet, quæ nunc longe ſunt majora, quam antiquis eccleſiæ temporibus, ſed hominum vitio. III.

Digitized by Google

III. Etiam antiqui ſanctiſſimi præſules ſollicite rerum ac bonorum eccleſiæ ſatagebant: & licet curam illam œconomis, diaconisque magnam partem committerent, illi tamen etiam ex ordine clericali erant, atque culpæ datum epiſcopis, ſi œconomos laicos haberent: nec minus diaconi ob bona eccleſiæ adminiſtranda, quam ſacram ordinationem ſunt dicti. Nihilominus penes epiſcopum rei ſumma erat, qui etiam rationibus reddendis concilio aut metropolitano erat obnoxius, ſi in cuſtodiendis bonis ſegnior eſſet, quæ ſumma religione tanquam patrimonium Chriſti & pauperum erant adminiſtranda, pauperibus etiam, & defenſoribus iraſcentibus, ſi quid negligeretur. Quanti vero res olim fuerit laboris & curæ, amplioris etiam quam nunc, inde quivis conjiciet, quod bona omnia tam civitatis, quam parochiarum totius diœceſis in epiſcopi diſpoſitione fuerint, cum in primitiva eccleſia fons unicus cathedralis ac matrix eccleſia totius diœceſis fuerit: qui mos diu perſeveravit, poſtquam latius etiam fuerunt propagati epiſcopatuum fines, reperiunturque ejus rei veſtigia adhuc CAROLI M. ævo, licet jam tunc potiſſimam partem pro diſtributionibus portionum bonorum ipſorum

Non tamen ideo exemptio concedi potuit ab eorum adminiſtratione.

partitio facta ingruerit, quibus ſingillatim proſpicere debebant capitula, parochi, archipresbyteri.

Penes legitimos poſſeſſores, ne tamen in extraneas manus poſſint diſtrahere.

IV. Neceſſitate aliqua hoc fuit factum in integris epiſcopatibus: at deterrimo exemplo in ipſa etiam monaſteria, præſertim Germaniæ fuit introducta diviſio bonorum monachos inter & abbatem contra inſtitutum monaſticum, ut etiam contigerit eos teſtamenta facere: quod olim nec epiſcopis permiſſum, niſi ſedula ſeparatione facta bonorum propriorum ac eccleſiæ tam mobilium, quam immobilium. Ea diſtinctio poſtea ſegnius, ac ne vix quidem obſervari cœpit, ſed res eſt conſcientiæ teſtantium relicta; quæ quomodo tuta eſſe poſſit, ubi etiam hæredes ab inteſtato ſuccedunt, nolim dijudicare, nec ſunt hæc mei inſtituti. Non poſſum tamen quin in eam totam rem hic inſignes duos canones conc. Antiocheni exſcribam. Can. XXIV. (a) *Recte habet, ut ea quæ ſunt eccleſiæ, eccleſiæ ſerventur cum omni & bona conſcientia, & fide in omnium præſidem & judicem DEUM: quæ enim adminiſtrari convenit cum judicio & poteſtate epiſcopi, cui eſt omnis populus creditus, & eorum animæ, qui in eccleſiam conveniunt. Sint autem manifeſta, quæ ad eccleſiam pertinent cum cognitione presbyterorum*

2.

(a) Vid. Rich. hiſt. c. T. I. p. 85.

rorum, & diaconorum, qui ſunt circa eum: ut ſciant, & non ignorent quæ ſunt propria eccleſiæ, ut nihil ipſos lateat: ut ſi contingat epiſcopum e vita migrare, iis manifeſtis exiſtentibus, quæ ad eccleſiam pertinent, ne ea intercidant, & pereant, ne quæ ſunt propria epiſcopi prætextu rerum eccleſiaſticarum tuxbentur. Eſt enim juſtum, & apud DEUM & homines acceptum, ut epiſcopus propria, quibus velit, relinquat: quæ ſunt autem eccleſiæ, ipſi ſerventur, & nec eccleſia damnum aliquod ſuſtineat, nec epiſcopus eccleſiæ prætextu proſcribatur, vel qui ad eum attinent, in negotia incidant, cum eo quod & poſt mortem ipſe maledictionibus oneretur. Can. XXV. *Epiſcopus habeat rerum eccleſiæ poteſtatem, ut eas in omnes gentes diſpenſet, cum multa cautione, & DEI timore: ipſe autem eorum, quæ opus eſt, ſit particeps ad uſus neceſſarios, & fratrum qui apud eum hoſpitio excipiuntur, ut ipſi nullo modo priventur ſecundum divinum apoſtolum qui dicit:* Habentes alimenta, & quibus tegamur, iis contenti ſimus. *Sin autem iis non ſit contentus, & res in proprios uſus convertat; & eccleſiæ reditus, vel agrorum fructus non cum presbyterorum vel diaconorum ſententia adminiſtret, ſed ſuis cognatis vel fratribus, vel filiis præbeat facultates, ut per hæc rationes eccleſiæ latenter lædantur, is det ſynodo provinciæ ra-*

tionem. Sin autem etiam alias inſimuletur epiſcopus, vel qui ſunt cum eo presbyteri, quod, quæ pertinent ad eccleſiam, ad ſeipſos referre &c. Hi etiam correctionem aſſequantur, ſancta ſynodo id quod decet examinante.

Quod Romanæ ſedi hic fuerit arrogatum.

V. Ita quidem invigilandum duxit ſemper eccleſia, ut bonorum legitimus uſus fieret, ut ſi quid ab epiſcopo eorum adminiſtratore negligeretur, concilium provinciale proſpiceret, & corrigeret. At cum poſtea concilia hæc celebrari deſinerent, ea cura ad metropolitanum, ſed potiſſimum ad ſummum Pontificem rediit: curaque communis quam in univerſam eccleſiam gerit Romanus P., ejus juri favet, quod haud raro exercuit in publicis præſertim neceſſitatibus tum eccleſiæ cum reipublicæ; ut magnum exemplorum numerum P. Gufl recenſet (*a*): *Demonſtrat. jurium ſtatus eccleſiaſtici circa temporalia*, prout auctoritate Rom. Pontificis in diverſis regnis catholicis decimæ vigeſimæ triceſimæ, quadrageſimæ vel aliæ proventuum beneficialium partes ad tempus pro ſubſidio præſertim in bellis contra infideles & hæreticos ſunt penſæ, pendenturque, aut etiam bonorum eccleſiaſticorum commutatio, alienatio, vel apud ſæculares detentio permittitur. Atque in ea poteſtate amplificanda eouſque proceſſerunt mul-

a.

(*a*) P. I. n. 134. & ſeqq..

Digitized by Google

multi a tempore BONIFACII VIII. ut ſummo Pontifici omnem in eccleſiaſtica bona attribuant poteſtatem, proprietatemque, ac ſi male utendo peccet quidem, interim quidquid circa illa diſponat, valorem integrum habeat. Contra ſententiam iſtam jam tunc ſurrexit inter alios JOANNES de *Pariſiis*, defenditque bonorum proprietatem pertinere ad Chriſtum, atque ad communitates eccleſiaſticas, adminiſtrationem ad epiſcopos, diſpenſationem vero pro bono generali ad ſummum Pontificem. *At quod*, inquit (*a*), *ſciendum, quod bona eccleſiaſtica, ut eccleſiaſtica ſunt, collata ſunt communitatibus eccleſiarum, ſeu ipſis eccleſiis, & non perſonæ ſingulari, ita quod in bonis eccleſiaſticis nulla perſona ſingularis habet proprietatem & dominium, ſed ſola communitas.* Quæ cum probaſſet, ſubjungit: *Ex his patet, quod male dicunt, qui dicunt, quod nulla perſona ſingularis alia a Papa, nec collegium, nec communitas habet jus & dominium in bonis eccleſiaſticis, ſed ſolus Papa, qui non ſolum eſt adminiſtrator & diſpenſator univerſalis bonorum eccleſiæ, & de eis ordinare, & ea diſtrahere poteſt prout vult, & tenet factum ſuum, licet peccet, niſi faciat ex cauſa rationabili.* Quam ſententiam explodit ille, ut tamen in Pontifice auctorita- a.

(*a*) De poteſtate regia & Papali c. 6.

ritatem agnoſcat diſponendi de bonis eccleſiæ, cum evidens utilitas, neceſſitasque occurrit. *Si aliter*, inquit, *pro libitu diſtrabat Papa, & non bona fide, de jure non tenet. Sed cum ſit diſpenſator bonorum communitatis, in quo requiritur bona fides, non habet ſibi collatam poteſtatem ſuper ipſis, niſi ad neceſſitatem vel utilitatem eccleſiæ communis.*

Uſurpatumque circa bona eccleſiaſtica.

VI. Quæ ſane æqua eſt moderatio ac temperamentum. Sed cum nec illud contra omnes abuſus prævaleret, ac contraria præſertim ſententia ſuos ſemper patronos nanciſceretur, in concilio Conſtantienſi major adhuc reſtrictio fuit facta, cujus hoc eſt in eam rem decretum ad calcem concilii: *Cum paterna pietas filiis hominum providere debeat, licet caſu neceſſitatis urgentis reddi debeat viciſſitudo laudabilis: declarat ſancta ſynodus non licere Romano Pontifici indictiones ſeu exactiones quascunque ſupra eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas imponere per modum decimæ vel aliquo modo. Si vero cauſa neceſſitatis accideret, propter quam eſſet eis debite ſubveniendum, vocato generali concilio, ſecundum quod expediens videbitur & utile, ſecundum decretum concilii provideatur eidem.* Agente potiſſimum Jo. GERSONE hæc fuerunt decreta. Paulo poſt videbimus, non ſtatim ceſſaſſe timores ab exactionibus

bus curiæ Romanæ, atque querelas. Una MEJERI cancellarii Moguntini epiſtola ad *Æneam* SYLVIUM id nos abunde docet: *Exſpectativæ enim*, inquit, *gratiæ ſine numero conceduntur. Annatæ ſive medii fructus absque ulla dilatione temporis exiguntur, & plus etiam, quam debeatur extorqueri palam eſt. Eccleſiarum regimina non magis merenti, ſed plus offerenti, committuntur: ad corradendas pecunias novæ indulgentiæ indies conceduntur: decimarum exactiones inconſultis prælatis noſtris Turcorum cauſa fieri jubentur. Cauſæ quæ tractandæ, terminandæque in partibus fuerant, ad apoſtolicum tribunal indiſtincte trahuntur: excogitantur mille modi, quibus Romana ſedes aurum a nobis, tanquam ex barbaris, ſubtili extrahat ingenio.* Dudum antea S. BERNARDUS eum in modum conqueſtus eſt, ne cui graviora hæc videantur, res & cauſas Romam trahi. *Non*, inquit (*a*), *quod valde Romani curent, quo fine res terminentur; ſed quia valde diligunt munera, ſequuntur retributiones. Nude nuda loquor, nec retego verenda, ſed inverecunda confuto. Utinam privatim & in cameris hæc fierent! utinam ſoli videremus, & audiremus!* In pragmatica, quæ circumfertur nomine S. LUDOVICI IX. ob exactiones, & onera graviſſima pecuniarum

(*a*) De offic. epiſcoporum n. 29.

rum per curiam Romanam impoſita; hahentur querimoniæ, ſed illius fides nutat. Poſtea tamen ingentes abuſus tempore præſertim ſchiſmatis Avenionenſis ingruerunt, cum Pontifices atque eorum curia his opibus ſuſtentanda, ſuſtinendaque fuerit; ſtudioſique fuerint Pontifices variis modis ac artibus pecunias ex variis regionibus comparandi. Quæ res magnæ invidiæ locum dedit, domeſticis fidei oneri, alienis ab eccleſia ſcandalo eſt, quamvis magnus abuſuum uſurpationumque numerus ſit ſublatus. Neque unquam de bonis tantopere ipſi Pontifici quam illius curiæ obveniebat. Ad quam ſuſtentandam etiam nunc ex catholicis regionibus ſubſidia afferuntur, utpote ampliſſimæ, & in varias congregationes tributæ, poſtquam Romam tractandæ, dijudicandæque cauſæ totius eccleſiæ ſunt pertractæ, indulgentiæ, diſpenſationes, & quid non? Ceſſantibus ordinariis tribunalibus ſynodorum; quæ hodie haud minus ſumtuum requirerent, perſolvendoque ſynodatica, cathedratica ſecundum ſtatum hodiernum, & eccleſiaſticam habentur.

Et beneficia diſtribuenda ceſſante celebra-

VII. Abſit hæc eo a me dici, ut a conciliis celebrandis deterream, quorum neglectus ingentibus damnis eccleſiam affecit, diſciplinam invertit, ac ſtatum hierarchi-

archicum imutavit. Unum adhuc caput paucis eſt tangendum, quod ad præſens argumentum pertinet. Promotiones olim electionesq; omnes dignitatuum eccleſiaſticarum ab illis conciliis, minores vero unice ab epiſcoporum ordinatione dependebant. Ceſſantibus iſtis conciliis, atque Romana ſede eorum defectum, pro munere regendi, proſpiciendique eccleſiæ univerſali, ſupplente, circa collationem beneficiorum ingens mutatio accidit. Invigilabant Romani Pontifices, ut eccleſiis undique digne ac rite de paſtoribus provideretur: ſanctiſſimorum præſulum in hoc incumbebat ſtudium, nec ad majores tantum præſidatus, ſed minora etiam eccleſiaſtica munia cura ſe, & ſollicitudo extendebat. S. GREGORIUS in hanc rem indefeſſam collocabat operam, ſed finibus fere Italiæ ſeſe continebat, Romanæ ſedi ſpecialiter obnoxiæ, eo jure, quo & metropolitæ deficientibus conciliis fruebantur. Etiam ipſe GREGORIUS paſtorem dabat, ſi in gremio nullus forte reperiretur: atque undique in clericos indagabat, quibus pro meritis poſſet præbendas, & beneficia conferre, ſollicitus etiam, ne quid de proventibus negaretur. Vigilantia ea magis & magis in Pontificibus Romanis creſcebat, & paulatim in univerſam eccle-

tione conciliorum.

ſiam

ſiam abibat: auctoritas etiam interponi, & proviſiones fieri cœperunt, antequam vacarent, & paſſim ſibi Pontifex collationem beneficiorum reſervabat. Hinc gratiæ exſpectativæ, & reſervationes, depoſitiones, & reſignationes ſpecialiter etiam ad Romanam ſedem tractæ, quod patuerint majoribus abuſibus, ac injuriis: atque ſi forte longius differretur electio, jus devolutionis prætendebatur. Non ipſi tantum Pontifices, ſed eorum etiam legati inſigni hic utebantur poteſtate.

Eorumque fructus carpendos.

VIII. Jamque Pontifex in orbe chriſtiano fere in numerato habuit beneficia, atque invigilavit maxime quando paſtoribus deſtitutæ eccleſiæ majori indigere ſunt viſæ ſollicitudine. Æquum videbatur pro ea cura etiam commodum atque proventus capere, hinc adinventum jus deportuum, ob cuſtodiam vacantis eccleſiæ. Inde vero, quod in decedentis etiam paſtoris res cura incumbebat, jus ſpolii, ac annatarum, quæ primum pendi debebant a noviter promotis extraordinariis in neceſſitatibus, difficultatibus in electionibus occurrentibus; deinceps cum neceſſitates eccleſiæ univerſalis poſtea in peculiaris Romanæ, olim alias eccleſias ditantis, nunc ſibi non amplius ſufficientis, ordinarias abiiſſe ſunt viſæ, etiam onera hæc eas

ſequi

ſequi debebant conditionem. Fatendum tamen eſt dudum, antequam Pontifices manus in derelicta injicerent beneficia, & dignitates, id ab epiſcopis fuiſſe uſurpatum in abbatias & parochias, atque a concilio Pariſienſi V. jam anno 615. damnatum iſto canone VIII. *Comperimus denique cupiditatis inſtinctu deficiente abbate vel Preshytero, vel his, qui per titulos deſerviunt præſidium quodcunque in mortis periculo dereliquerint, ab epiſcopo vel archidiacono diripi, & quaſi ſub augmentum eccleſiæ vel epiſcopi in uſum eccleſiæ revocari, & eccleſiam DEI per pravas cupiditates exſpoliatam relinqui. Statuimus obſervandum, ut neque epiſcopus, aut archidiaconus exinde aliquid auferre præſumat; ſed in loco, ubi moriens hoc dereliquerit, perpetualiter debeat permanere.* Poſtea etiam, cum annatæ papales ingraveſcerent, vitio datum, quod epiſcopi hoc jus annatarum conentur imitari, *quod eſſe non debet*, ut *Joannes* ANDREÆ in *c.* 15. *X. de offic. judic. ordin.* habet, provocatque ad Hoſtienſem. Atque anno 1322. in concilio Palentino in Hiſpania hic extat canon 19. *Gratia ſi non gratis datur, & recipitur, gratia non eſt. Nonnulli vero prælatorum, ut accipimus, cum beneficia conferunt, occaſione collationis factæ fructus eorundem beneficiorum, aut aliquam ipſorum partem,*

ſeu ſummam aliquam pecuniæ exigere & retinere præſumunt. Cum igitur corruptelam hujusmodi ſacri canones deteſtentur &c.

Hinc querelæ variæ, gravamina.

IX. His tamen non obſtantibus, poſteaquam motus ac lites ingentes excitatæ ſunt, atque Roma ob varias hujusmodi uſurpationes in invidiam eſt adducta, annatæ ſeſe fortius ſuſtinuerunt, perduraveruntque. Abſit ut me turbinibus illis committam, quibus univerſa diu immerſa eccleſia, quaſſata eſt, a tempore potiſſimum magni ſchiſmatis. Ad concilium Conſtantienſe tum cæſar, cum rex Galliæ ſuas ſuper illis rebus querimonias, & gravamina retulerunt. Extant SIGISMUNDI Imp. Auguſti, & communium S. Imperii ordinum (*a*): *Aviſamenta ſuper materia apoſtolicarum reſervationum & collatione beneficiorum hactenus per ſummos Pontifices, & ordinarios collatores practicanda:* per deputatos provinciarum nationis Germanicæ concepta in concilio Conſtantienſi, & poſtea per deputatos ejusdem nationis audita, determinationique concilii permiſſa. In eodem concilio de abolendis annatis pluribus & ſolerter eſt tractatum, habeturque de illis titulus in Germanicæ nationis, & MARTINI V. concordatis quoad eccleſiaſtici regiminis emendationem præter alia huc ſpectantia

a.

(*a*) Vid. GOLD. collect. conſtit. imp. p. 391.

tia capita *de proviſione eccleſiarum &c. cauſis tractandis in Romana curia, nec non commendis.* Eædem materiæ poſtea in aviſamentis occurrunt, & latius deducuntur, quæ tempore Baſileenſis concilii a ſtatibus imperii Moguntiæ in publico conventu fuere publicatæ. Item quæ in concilio Baſileenſi ſuper ea materia ſunt ordinata. Non hic repetam, quæ ſuperius jam retuli de variis circa hanc rem concordatis, præſertim imperium inter Romano-Germanicum, Regem Franciæ ex una, Pontificem vero ex altera parte pactis. Nec non de varia ſanctionis pragmaticæ in Gallia ſorte, atque de Germanorum ſtudio eam in ſuos redigendi uſus ſub MAXIMILIANO I. ſub quo etiam nova gravamina poſt inita licet concordata ſunt prolata.

X. Nec dicere aliquid expedit de gravaminibus poſt motus a LUTHERO excitatos, præſertim Norimbergenſibus, quibus compilandis incubuerunt alieni, plerique jam ab eccleſia Romana, eaque acerbius proſcinditur: *Quædam enim*, ut MAIMBURGIUS habet (*a*), *manifeſte ad deſtruendam totam Pontificis auctoritatem, diſciplinam etiam eccleſiaſticam, & ſanctiſſimas quasque conſuetudines Chriſtianiſmi, ab immemorabili tempore obſervatas tende-*

Præſertim a LUTHERI temporibus Proteſtantibus bona ac jura hæc ad ſe rapientibus.

(*a*) Hiſt. Lutheraniſmi. T. I. L. I. S. 56.

Digitized by Google

bant. Frid. GEORGII quamvis neget cum ſuis, Lutheranos eſſe horum gravaminum auctores, id tamen largitur, LUTHERI ſcripta & dogmata calcar quaſi ordinibus addidiſſe, ut eo acrius illorum urgerent abolitionem: quod colligit ex reſponſione CHEREGATO legato pontificio data, qua aſſerunt, majori populi parti jam pridem perſuaſum eſſe, & modo Lutheranis libris & dogmatibus populorum opinionem eſſe informatam, ut jam pro comperto habeant, nationi Germanicæ a curia Romana per certos abuſus multa & magna gravamina illata eſſe. Quod ſi ſolum egiſſent, ne immanis quædam per hujusmodi quæſita jura pecuniarum ſumma ex Germania, aliisque regionibus exportaretur, quam ipſi vellent eccleſiis ſuis tutam & conſervatam, communia ipſis fuiſſent ſtudia & querelæ cum multis Catholicis; ſed experientia conſtat, ſibi velificare voluiſſe ordines, atque vindicare bona ejusmodi eccleſiaſtica, in principem translato jure ſupremo ſacrorum, adeoque etiam bonorum eccleſiaſticorum, ex quibus titulo ſubventionis hæc a minoribus eccleſiis decerpi potuerint. *Quæ ſubventio*, inquit BOEHMERUS (*a*), *Romanæ eccleſiæ haud debita foret*,

a.

(*a*) Obſervat. ſelect. in *Pet.* de MARCA. L. VI. c. 12. Obſ. VI. §. 2.

Sanct. ubi dicitur: Quamvis quidam ex illis [illi] ut insidiis, ac non magnopere laborandum esse, ut ad Christum perducantur, quos ipse Pater ad eum trahit, ac ipsi [ipse] Christus ad se venire vult, ut ipsi [ipse] Christus ad se venire vult, ut ipsi [ipse] Christus ad se venire vult, ut

ne, cum in tenebrosa habitatione, ac
mortuis, illuminatus, ac vivus,
ad Dei Filii, Domini nostri Jesu Christi
gloriam, ac virtutem, ac regnum
ejus fuerit ex, atque ejus gratia
ac misericordia, ac pietate, ac
clementia, ac benignitate, ac
mansuetudine, ac patientia, ac
charitate, ac longanimitate, ac
fide, ac veritate, ac justitia, ac
sanctitate, ac castitate, ac
pudicitia, ac modestia, ac
verecundia, ac temperantia, ac
abstinentia, ac continentia, ac
sobrietate, ac gravitate, ac
prudentia, ac scientia, ac
sapientia, ac humilitate, ac
obedientia, ac gratitudine, ac
laudatione, ac confessione, ac
timore, ac reverentia, ac
amore, ac desiderio, ac
cupiditate, ac fame, ac
siti, ac jejunio, ac
inedia, ac

gnitatem, beneficium & officium, omnesque proventus, ſalvo tamen ſuo honore, obtinuit hactenus catholica eccleſia, quidquid contra ſtatus proteſtantici molirentur. In aliis vero tam felici eſſe non licuit, nec ſolemnis adeo transactio ſiſtere potuit invaſiones bonorum eccleſiaſticorum, ſæculariſationes epiſcopatuum, collegiorum, monaſteriorum &c. Secutum eſt ſequenti ſæculo decimo ſeptimo tricenale bellum, quo res catholica Germaniæ maxime afflicta fuit, debuitque hactenus ſuccumbere acerbis conditionibus ceſſionique bonorum in pace Weſtphalica an. 1648. fixæ juxta anni normalis terminum, nihil prævalentibus Pontificum oppoſitionibus, imprimis INNOCENTII X. celebri bulla *Zelo domus DEI* eodem mox anno 1648. 26. Novemb. publicata. Hactenus cum ampliſſimis ditionibus ac bonis profanati ſeu ſæculariſati, ut barbara hac voce indignam rem exprimam, Proteſtantibus ceſſerunt archiepiſcopatus, epiſcopatus, monaſteria pene innumera, quorum ingentem catalogum ordine alphabetico texit laudatus P. GUFL, reique indignitatem noviſſime poſt alios expendit, atque ad argumenta Proteſtantium reſpondet, quibus non ſolum factum defendere totis viribus

nituntur, verum etiam data quavis occaſione impellunt ad facinus, jusque ex eminenti dominio quærunt juxta neotericam jurisprudentiam, naturalem ſcilicet, doctrinæ revelatæ imo primario juris naturalis canoni ex adverſo oppoſitam, ſuum cuique eſſe relinquendum, imprimis vero, quæ DEO ſunt ejusque eccleſiæ conſecrata juxta primorum fundatorum intentionem primamque præſertim in Germania noſtra religionis catholicæ inſtitutionem ſtatumque, quo in quieta per plura ſæcula fuit poſſeſſione, ſuis gaviſa rebus ac juribus ſtrenue propugnatis vindicatisque contra profanos invaſores nullo non tempore. Quod jure ſuo merito agit, quando videt inſidiatores bonorum ſuorum, non ſolum extorres ab eccleſia catholica, verum etiam inquilinos necdum tot archiepiſcopatibus, epiſcopatibus, collegiis, ac monaſteriis contentos, identidem nova profanationum circumſcriptionumque conſilia moliri, ut rum acta publica cum etiam recentes famoſæ ſcriptiones manifeſtum faciunt, cujusmodi quædam P. Gufl. in præfatione demonſtrationis, jurium ſtatus eccleſiaſtici circa temporalia, recenſet inter alia: *Kurze Abhandlung von dem Recht des Kayſers über geiſtliche Perſonen und Kirchen güter.* Qui maleſanus au-

ctor

ctor uno halitu ſibi adverſantia, ut ſuæ ſerviat hypotheſi, profundit, modo imperatorem tutorem tantum, adminiſtratorem, defenſorem, & vicarium imperii proclamans, ut donationes in ſtatum eccleſiaſticum factas ab imperatoribus, utputa jurium, dignitatum, regalium, fundorum, nullæ ſint, atque invalidæ; cum in inſcriptione plenum imperatori jus tribuat in perſonas ac res eccleſiaſticas. Alter famoſus libellus hoc prodiit titulo: *Aufrichtiges Send-ſchreiben eines Freunds von Sæculariſation der Clöſter, nebſt der Antwort darauf.* Ubi impellendum etiam cenſet brachium ſæculare, ut rupta omni mora, & ignobili cunctatione, religioſos ceu genus hominum inutile, & ventri natum ſuis excutiat domiciliis, mundoque reſtitutos reipublicæ commodo ſervire faciat, ut argumentum exponit laudatus P. Gufl, qui haud dubie auctor eſt etiam bigæ diſcuſſionum eccleſiaſtico - publicarum: I. *Quid juris recuperet religioſus ad communionem proteſtanticam tranſiens vi pacis Weſtphalicæ?* II. *An bona eccleſiaſtica per pacem Weſtphalicam Proteſtantibus ceſſa reſtitui debeant eccleſiis, poſtquam ad manus catholicas fuerint reverſa?* Quæſtio etiam propoſita Romæ eſt congregationi de propagenda fide ab Antibarensi in Al-

a. bania archiepiſcopo (*a*), uti refert ſummus Pontifex BENED. XIV., reſponſum vero eſt a ſacra congregatione, quod fideles eccleſiarum bona a Turcis vi occupata, & ſibi deinde vendita, aut quovis modo ad ſeſe delata, retinere tuta conſcientia nequeant, utpote legitimo titulo deſtituti, atque ita etiam domeſticam cauſam reſolvit laudatus auctor: bona eccleſiaſtica ab Acatholicis vi injuſta occupata, & interveniente pacto vel pace retenta, non poſſe ſalva conſcientia, poſſideri aut retineri, nequidem a catholicis poſſeſſoribus. Equidem ad transquillandum animum ac conſcientiam, ſolent principes, qui certatim e caſtris Proteſtantium ad gremium eccleſiæ catholicæ redeunt, ſatis aperto indicio ſpe bonorum hujus, non æternæ vitæ inde exceſſiſſe, ad diſpenſationem Romani Pontificis recurrunt, qua ob tale eccleſiæ incrementum bona eccleſiaſtica ad alios, ac initio deſtinata ſunt, fines deputari queant.

De commendis. XII. Ferre debuit jam olim nonnunquam eccleſia ut calamitoſis temporibus ducibus, præfectibusque militum addicerentur ad dies vitæ, commendarenturque beneficia eccleſiaſtica. Ex HINCMARO diſcimus, ea aliquando perſuaſione ductos

(*a*) T. III. Bullar. Conſtit. 61.

Digitized by Google

ductos esse reges, bona ecclesiæ in manibus ac potestate sua esse: *Sunt*, scribit is ad LUDOVICUM *Balbum*, *qui dicunt, ut audivi, quia res ecclesiasticæ episcoporum in vestra sunt potestate, ut cuicunque volueritis, ea donetis.* Quem errorem regem dedocet HINCMARUS, & semper usurpationes ejusmodi detestata est ecclesia. Deterrueruntque haud semel principes a profanandis bonis ecclesiæ CAROLI *Martelli* exemplo, qui primus hoc ausus sit, scilicet D. EUCHERIO cœlesti ostento declaratum esse, eum illa de causa damnatum ad inferos esse. Canonibus etiam, & aliis omnibus modis actum, curatumque est contra profanationes istas. Aliquando abbates & monachi a forensibus litigiis, & strepitibus abhorrentes, sua ultro committebant, laicis quibusdam in his rebus exercitatis. Idque consilii dedit GREGORIUS M. JOANNI cuidam abbati, ut hujus monasterii tuendi contra litigantes cura commendaretur cuidam FAUSTO Romani exprætoris cancellario, eique salarium pro impensa opera constitueretur. Atque hæc videtur prima abbatum commendatariorum origo etiam auctori vitæ S. GREGORII (*a*) *Qui*, inquit, *utinam tales forent, ut servos DEI ab omnibus negotiis eximerent, non in lites immergerent.* a.

Habet

(*a*) L. II. c. 6.

Habet hodie Gallia cur de hac re doleat: nec tantum prævalent nunc, quam olim conatus. Ibi ſub CAROLO *Martello*, ut jam notavimus, epiſcopatuum, abbatiarum, aliorumque beneficiorum reditus in nobiles, qui contra Saracenos militando ſua ſe exhauſiſſe querebantur, ſunt profuſi. Cum vero MARTELLI filii CAROLOMANNUS & PIPINUS erepta reſtituere cuperent, nec omnino poſſent ob bellorum diſcrimina cum Saracenis, Saxonibus, & Friſonibus, ab epiſcopis impetrarunt, ut laicis nobilibus retinere liceret ſub precario & cenſu eccleſiæ quotannis pendendo; deinde autem precarium ad eccleſiam rediret, ut in concilio Liptinenſi cautum eſt an. 745. ſub S. BONIFACIO (qui graviſſime contra commendas ad Pontificem ſcripſit, & ad CUTBERTUM) ſuggerente conſilium ipſo CAROLOMANNO. CAROLUS M. & LUDOVICUS *Pius* nihil non egerunt ad eripienda laicis eccleſiaſtica beneficia, commendas imprimis monaſteriorum, quibus maxime incubabant in aliis etiam regnis, veluti de Anglia queritur S. BEDA ſub ALFREDO, ineunte ſæculo octavo vix miniſtrum fuiſſe regium, qui non aſſumta tonſura abbatem ſe creari curarit, & inde cum ſua familia vixerit. In Hiſpaniam pariter penetrarit malum, ſed non

æque

æque prævaluit, uti nec in Italia. In Germania etiam celebratum concilium an. 888. ſub ARNULPHO rege can. 25. habetur de monaſteriis clericorum, monachorum atque puellarum, quæ clericis ſive laicis benefici jure donata ſunt. Tentarat ab OTTONE I. comes quidem abbatiam obtinere, at imperator religioſe reſpondit, ut apud LUITPRANDUM habetur (a): *Nolite ſanctum dare canibus. Sanctum me dare canibus cenſeo, ſi monaſteriorum prædia, quæ a religioſis viris DEO ſunt militantibus tradita, tulero, & ſæculo militantibus dedero. Tibi vero tam pertinaciter injuſta petenti ſub teſtimonio totius populi nec hoc, nec aliud unquam te a me accepturum eſſe teſtificor.* Germania noſtra pietate principum, imprimis libera ab hac labe fuit; in Gallia vero ſucceſſores CAROLI M. parum ejus exemplo ſunt ducti, magisque poſtea Capetiana ſtirps ab hac pietate laudatur. Quæ aliaque copioſe apud THOMASINUM de diſciplina veteri & nova circa beneficia tractantur, ac videre etiam licet poſteriorem Galliæ diſciplinam, ubi comendatitii abbates hodie ſaltem ex clero ſæculari aut etiam regulari aſſumuntur. Hæc vero etiam eſt ex cauſis, receptionem concilii Tridentini remorantibus, quod commendas quales-

a.

(a) Antep. lib. IV. c. 15.

a. qualescunque ſublatas (*a*) beneficiaque regularia non niſi profeſſis eundem ordi-
b. nem conferri velit, idque (*b*) etiam ſanctiſſimum Romanum Pontificem pro ſua pietate & prudentia curaturum confidit, *quantum hæc tempora ferre poſſe viderit, ut iis, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ ſuos conventus habent, regulares perſonæ ejusdem ordinis expreſſe profeſſæ, & quæ gregi præire & præeſſe poſſint, præficiantur. Quæ vero in poſterum vacabunt, nonniſi regularibus ſpectatæ virtutis & ſanctitatis conferantur.* Ut alia concilia tum antiquiora provincialia, ac generalia, cum poſteriora etiam in Galliis celebrata, ſilentio præteream, ac querelas acerbas SS. virorum contra ſæculares & clericales comendas.

Etiam dum beneficia commendantur eccleſiaſticis viris, at diverſi inſtituti.

XIII. Quamvis clericis etiam commendari monaſteria non probaret eccleſia; epiſcopis tamen hic aliquid amplius indultum, utpote qui haud infrequenter abbatum ſimul munere fungebantur, ubi nulla erat commendarum conſuetudo. Sed nec hoc bene ceſſit, ſi alii quicunque ad regenda monaſteria aſſumerentur, quam idem inſtitutum profeſſi, ſecutique. Ex quibus, querelas ad concilium Lateranenſe effundit DURANDUS *Mimatenſis*, & ipſe epiſcopus, *in dictis*

(*a*) Seſſ. XIV. c. 10. (*b*) Seſſ. XXV. c. 21.

ctis prioratibus, & beneficiis regularium periit in totum regularis obſervantia diſciplinæ: cum non ſit inter eos, qui corrigat, non ſit qui doceat. Dudum antea a concilio Tullenſi hæc præcautio eſt habita, ſtatutumque can. XII ut unicuique congregationi DEO vacantium in timore & amore ejus a diſcretiſſimis principibus ſecundum auctoritatem divinam ſuæ profeſſionis liceat habere prælatos. Summorum etiam Pontificum in hoc elaboravit dudum conſilium, atque res ipſa loquitur, nec e commodo & utilitate rei tam ſpiritualis quam temporalis monaſteriorum eſſe, nec etiam ordinis rationem hoc admittere. Habemus exempla ſanctiſſimorum etiam præſulum, a quibus monaſteria profectum potius ſpiritualem & temporalem ſperare poterant, tamen ab hac re abhorruiſſe, ut de S. WOLFFGANGO conſtat: qui eccleſiæ Ratisbonenſi præfectus, ſimulque abbas monaſterii S. EMERANI ea abbatia ſe ſponte abdicavit, & regularem conſtituit.

XIV. Eſt adhuc aliud incuborum fortunis, bonisque eccleſiaſticis genus advocatorum ſcilicet honeſtiſſimus titulus, atque munus tutelare inermi eccleſiaſtico ordini rebusque ſacratioribus addicto commodum cumprimis & expediens, quod patres Africani (*a*) miſſa ad impe- a.

De Advocatis.

(*a*) Cod. can. Afric. c. 97.

ra-

ratores legatione flagitandum exiſtimarunt, ut dent facultatem defenſores conſtituendi ſcholaſticos, qui in comitatu ſunt, vel in munere defenſionis cauſarum; ut more ſacerdotum provinciæ iidem ipſi, qui defenſionem eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negotiis eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitaverit, vel ad obſiſtendum obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda ingredi judicum ſecretaria. Nemo non videt, fuiſſe hos forenſes advocatos apud principis audientiam curiamque, uti etiam vocantur in reſcripto ſeu lege ad petitionem patrum horumce
a. data (a): *Ut quæcunque de nobis ad eccleſiam tantum pertinentia ſpecialiter fuerint impetrata, non per coronatos, ſed ab advocatis, eorum arbitratu & judicibus innoteſcant, & ſortiantur effectum.* Aliud genus advocatorum eodem quidem fine, ſed officio ampliori, recte quidem ordinatum fuit, & quales eſſe oporteat deſignatum a CAROLO M. in capitulari an. 802. *Ut advocati eſſent legem ſcientes, & juſtitiam diligentes, pacifici, manſueti. Tales, quales eos canonica vel regularis inſtitutio fieri jubet, voluntati DEI ſubditi, ad omnem juſtitiam ſemper parati legem plenius obſervantes, abſque fraude maligna.* Quis non eccleſiæ optimæ conſultum exiſti-

(a) Cod. THEOD. de epiſc. eccl. & cler. L. 38.

exiſtimet ejusmodi advocatis & defenſoribus, ſed effectus non reſpondit, incubarunt illi bonis eccleſiaſticis, ac ſuis tantummodo emolumentis intenti variis modis non res ſolum, ſed etiam perſonas eccleſiaſticas laceſſiverunt, ac monaſteria præſertim oppreſſerunt, aliquod ſibi jus ac dominium ex præſidio uſurpantes, oppreſſores certe potius quam defenſores. Quod concilium Moguntinum an. 810. ſollicite præcavendum exiſtimavit (*a*): 8.
Omnibus igitur epiſcopis, abbatibus, cunctoque clero omnino præcipimus, vicedominos, præpoſitos, advocatos ſive defenſores bonos habere non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falſitatem amantes, ſed DEUM timentes, & in omnibus juſtitiam diligentes. Sed ubi haud raro originaria fuit iſta advocatia, a fundatoribus ſibi reſervata, non ita licuit ſelectum facere, uti in electitia, quod patres Moguntini volunt, idque ſtudioſe egerunt monaſteria, ut hoc ſe, quem vellent, eligendi privilegio diplomatibus principum munirent. Sed hoc etiam haud raro vi extorquetur jus: atque in ipſa electione non ſemper ſibi ſatis caverunt, nec quando voluerunt, excutere potuerunt jugum, ut ſuis rebus proſpicerent ab invaſionibus, rapacitateque advocatorum. Unde

(*a*) C. 50.

neceſſario rebus ſuis propria cura & vigilantia fuit proſpiciendum, magni haud raro ac non niſi difficillime acquiſita libertate, quam iſti præſtare debuiſſent. Ita nihil fuit, quod non in malum verſum fuit, occaſionemque dedit laceſſendi bona eccleſiaſtica, quæ DEO benedicente proſperantur apud ſuos, apud alienos diſpereunt, ac diſſipantur.

CAPUT V.

DE LEGITIMA BONORUM ECCLESIASTICORUM POSSESSIONE AC USURA, ADVERSUS DIREPTIONES EXTRANEORUM.

I.

Inſignis providentia divina circa eccleſiam ob bona temporalia, ſine reipublicæ detrimento.

Cum ſit ſumme admirandus, agente divina providentia, eccleſiæ curſus, ſubitusque illius progreſſus, quo, ex orbis angulo erumpens, orbem implevit ea religio, quæ deſtituta erat illis adminiculis, quibus duci ſolent homines, principia vero inſtillabat adverſa carni & cupiditatibus, quibus prorſus immerſus, & veluti abſorptus tenebatur orbis; haud minus admirabile eſt, eccleſiam plantari potuiſſe ab hominibus humanis opibus plane vacuis & ege-

egenis, tantisque divitiis cito esse locupletatam. Quomodo id contigerit, clam nobis haud est. Ipse ille sensus de rerum mundanarum contemtu ad eroganda omnia bona, atque ad pedes apostolorum abjicienda permovebat. Crescente numero fidelium, quotidie augebantur divitiæ, nec tunc persuasio hominum incessit mentem, ecclesiam principiis evangelicis institutam, divitem esse haud oportere. Ipsa hæc externa incrementa erant cœlestis benedictionis argumentum, haud secus ac celeris in totum orbem propagatio, præsertim apud populum, qui hoc modo melius in reverentia debita retinetur. Anglus quidam Calvinista *Alexander* Ross (*a*) in suo de religionibus mundi libro, eam, inter alias, quæstionem movet: *Quodnam fuerit præcipuum fulcrum omnium religionum omni tempore?* Dicitque fuisse gloriam, sustentationem, & augmentum sacerdotii. Idque demonstrat exemplo omnium nationum, & religionum. *Quippe*, ait cit. in libro, *quanto tempore sacerdotium in honore est, tanto etiam æstimatur servitium divinum: contemto sacerdotio vilipenditur servitium divinum, & tunc sequitur Atheismus & Anarchia. Hoc enim advertentes sapientes* 8.

(*a*) Apud P. Dising opes sacerdotum num reipublicæ noxiæ? *P. I. Ex. XVII.*

beneque conſultæ reſpublicæ omni tempore valde ſollicitæ fuerunt ad alendos, honorandos, promovendosque religionis miniſtros. Sicut enim niſi miniſtris reipublicæ concedatur poteſtas, ſuſtentatio, & honor, neceſſe eſt omne regimen, omnemque obedientiam labefactari, ſic idem fiet in aliqua ſocietate, ubi ſacerdotii ratio exigua habetur. Legimus propterea quam immodica ſuſtentatio a Judæis conſtituta fuerit ſacerdotibus & Levitis; & quomodo magnus ſacerdos non minus imo plus honoris acceperit quam rex; cum alterum ornaverit corona, alterum mitra, & uterque unctus fuerit. Invenimus apud paganos ſacerdotium ita magni factum fuiſſe, ut principes deſiderarent honorari nomine & officio ſacerdotis &c. Mirum videtur, potuiſſe nunc in unice vera chriſtiana religione exurgere, qui tantopere bonis eccleſiæ invideant, ac proſperitatibus, ut modis omnibus ea diminui potius, quam augeri petant. Ac quidem Proteſtantes cum jure ſacrorum principibus, & magiſtratibus ſupremam hic poteſtatem concedunt in ipſa etiam eccleſiaſtica bona. Apud Catholicos cum legibus, & canonibus ſatis proſpectum ſit, ne bonis ſuis eccleſia fraudetur, ſollicite ex altera parte cavetur, ne vel augeri amplius poſſint. Id quidem ferendum eſt, ut principes & magiſtratus de bonis civium

civium curent, ne dilapidentur in perniciem reipublicæ; dum vero in animum inducitur, quidquid ſtatui eccleſiaſtico accedit, injuria veluti ſtatui politico eripi, irreligioſum ſane eſt, ne quid gravius dicam. Prodiit nuper famoſus libellus lingua primum Gallica mox etiam in Germanicam translatus cum titulo: *Bedencken über die Nothwendigkeit die Anzahl der geiſtlichen Ordens-häuſer zu verminderen, und dero Verfaſſung anderſt einzurichten.* Omnia auctor ex rationibus politicis, commodisque temporalibus metitur. Queritur, quod, quæ monaſteria acquiſiverunt, non amplius in cenſum ac commercium veniant, religioſos a republica ſubtrahi veluti civiliter mortuos, bona e republica in religioſas familias abſtrahi; quæ nec neceſſariæ nec utiles ſint reipublicæ. Quæ paulo ante retulimus profanationum ſeu ſæculariſationum conſilia eo redeunt, moliminaque etiam ad altiora collegia & eccleſias cathedrales archiepiſcopatus, & epiſcopatus provehunt, omnisque eccleſiæ ſplendor ac dignitas pernicioſus ſtatui ſæculari creditur recentiori jurisprudentia, qua principes & potentes hujus ſæculi imbuuntur, contra avitam pietatem & experientiam omnium temporum, qua conſtat nunquam rempublicam magis efflоruiſſe,

quam iis ſub principibus, qui largi ac liberales fuerunt in eccleſiam, CONSTANTINI, THEODOSII, CLODOVEI, CAROLI, LUDOVICI, OTTONES, HENRICI, CONRADI, RUDOLPHI, LEOPOLDI; econtra infauſtum fuit regimen, nefaſtumque eſt nomen eorum, qui eccleſiæ fortunis iniquiores fuerunt, CHILPERICI, HENRICI IV. & V. in occidente, in oriente PHOCÆ, COMNENI, JULIANI exemplo, qui CONSTANTINI reſcripta in favorem eccleſiæ data antiquavit, ac bona eripuit, quæ tamen mox in integrum reſtitui curarunt JOVIANUS, & VALENTINIANUS, quem maxime pſeudo-politici objiciunt ob legem ne ex viduarum & pupillorum bonis aliquid eccleſiaſticis accedat, ob turpem nimirum circumventionem ac fraudem, de qua etiam SS. AMBROSIUS & HIERONYMUS queruntur, ob id non audentes vituperare legem. Quæ tamen fruſtra a pragmaticis adducitur ad auctorandas ejusmodi leges, quibus non ſolum ab hæreditatibus, ſed omni deinceps acquiſitione bonorum arcentur, veluti ad manus mortuas abeuntium, unde barbarum venit amortizationis nomen ac lex ætate recentiori tam famoſa.

Lex amortizationis quatenus hic adverſetur.

II. Non adeo prorſus damnari poteſt lex, qua cavetur, ne inſcitu, & conſenſu principis & magiſtratuum in ipſam

ipſam eccleſiam bona immobilia transferantur. Poteſtati legitimæ civili negari nequit diſpoſitio de bonis ſuis, dummodo eccleſiæ bona non laceſſat, atque eorum diſpoſitionem legitimæ eccleſiaſticæ relinquat poteſtati. Quod ſi ideo præciſe in eo ſiſtatur, ut cum conſenſu principis & magiſtratuum ejusmodi translatio bonorum immobilium fiat, injuria nulla fit iuribus eccleſiæ. Exemptiones ſtatus eccleſiaſtici prætextum faciunt, ac legitima eſſe poſſunt cauſa, ne reales & perſonales præſtationes in republica diminuantur. At dum principes & magiſtratus hac licentia & potentia abuuntur, impediuntque, ne eccleſia bona acquirere amplius permittatur, uti jam paſſim fit, variæque proſtant in diverſis regnis amortizationis leges minus magisque reſtrictæ, ac damnoſæ probroſæque ſtatui eccleſiaſtico, viſum eſt aliquando eccleſiæ, ſpiritualibus armis obſiſtere: uti a PAULO V. factum contra rempublicam Venetam. Non id tunc unice agebatur, an recte conſenſum abs ſe dandum requirere poſſit magiſtratus in transferendis ejusmodi ad eccleſiaſticos bonis: clerici dudum ultro, quo ſecurius tutiusque ſuis fruerentur, regiam auctoritatem & conſenſum adhibere curabant in bonorum acquiſitionibus, piorumque lo-

corum fundationibus. Nec etiam eccleſia in vita reges hoc utebantur jure, quamdiu fraudi, & detrimento non eſſet rei eccleſiaſticæ, quatenus magiſtratus hoc modo omnem aditum bonorum ad eccleſiam præcluderet, ne quo modo res eccleſiaſtica augeretur, aut loca pia, & religioſa erigi, fundarique poſſint. Dudum ergo respublica Veneta jam an. 1337. eam ſtatuerat legem, ne vel eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, vel alia quæquam Venetiis ſine magiſtratus licentia & conſenſu fabricarentur, atque deinceps ea lex eſt firmata non ſine exemplo aliorum regnorum, ac rerumpublicarum. Sed id poſtea in abuſum trahebatur, cum intenderet Venetiarum dux hoc modo ſpem ulteriorem præſcindere, non ſolum augendæ rei eccleſiaſticæ, aut etiam amplificandi ordinis eccleſiaſtici per erectionem novarum eccleſiarum, monaſteriorum, aliarumque religioſarum domuum, ac piorum locorum; quin etiam hac arte impedire niteretur, ne juribus per immunitatem eccleſiaſticam conceſſis, vel etiam per ipſas leges civiles indultis libere uteretur: cujusmodi tunc cauſa agebatur circa bona eccleſiaſtica emphiteutica a laicis poſſeſſa, ac iterum vindicanda, conſolidatione directi cum utili dominio. Id, immunitatibus

tibus eccleſiaſticis adverſum, recte damnavit Pontifex contra refragariam rempublicam ſupremam auctoritatem, ac cenſuram ſtringens initio ſtatim ſuſcepti regiminis, cum vacante ſede lex ea lata fuiſſet, haud dubie ipſis ſibi de ea diffidentibus Venetis. Acceſſerunt tunc aliæ eccleſiaſticæ immunitatis violationes, quæ Pontificem irritarunt. Sed nos ex bulla pontificia exordium tantum hic exſcribemus, ex quo eluſceſcet, id quod nos modo obſervavimus, de aliis ſcilicet rebus, quam præciſe de præſtolando conſenſu poteſtatis politicæ ad transferenda bona immobilia in eccleſiam fuiſſe tunc actum. *Superioribus menſibus ad noſtram*, infit Pontifex, *& apoſtolicæ ſedis audientiam pervenit. Ducem & ſenatum reipublicæ Venetorum annis elapſis in eorum conſiliis plura ac diverſa decreta tum ſedis apoſtolicæ auctoritati, & eccleſiæ libertati, ac immunitati contraria, tum generalibus conciliis, & ſacris canonibus, nec non Romanorum Pontificum conſtitutionibus repugnantia ſtatuiſſe: & inter cætera ſub die 23. menſis Maji anni MDCII. ſumta occaſione ex quadam lite ſeu controverſia inter doctorem Franciſcum Zabarellam ex una, & monachos monaſterii de Praglia nuncupatos ordinis S. Benedicti Congreg. Caſſin. alias S. Juſtinæ de Padua in diæce-*

ſi Paduana ex altera partibus, vertente, eorum conſilio ſtatuiſſe, non ſolum, ut dicti monachi tunc aut deinceps ullo unquam tempore actionem, per quam ſub quovis titulo aut colore in bonis eccleſiaſticis emphyteuticis a laicis poſſeſſis præferantur, prætendere, ac etiam jure prælationis, ſeu conſolidationis directi cum utili dominio, aut extinctionis lineæ imprimis inveſtituræ comprehenſæ, aut alia quavis cauſa bonorum prædictorum proprietatem ſibi vindicare minime poſſent, ſed tantummodo jus directi dominii illis præſervatum eſſet: verum etiam ut idipſum, quoad cæteras omnes perſonas eccleſiaſticas, ſæculares & regulares, monaſteria monialium, hoſpitalia, & alia loca pia in eorum temporali dominio exiſtentia declaratum, & firmiter deliberatum cenſeretur. Et ſub die 10. Jan. ad ſuperiora quædam conſilia ab eorum majoribus, uti etiam aſſerebant habita reſpicientes, quibus cavebatur, ne quisquam ſive ſæcularis ſive eccleſiaſticus in urbe Venetiarum eccleſias, monaſteria, hoſpitalia, atque alias religioſas domos, & pia loca ſine eorum ſpeciali licentia fundaret, & erigeret &c. &c.

Nulla hic vis ac poteſtas æmula divinæ obſi-

III. Atque iſta quidem omnia, quanta cum injuria & damno eccleſiæ ſanciantur eo fine, & propoſito, ut omne rei eccleſiaſticæ ſiſtatur impediaturq; incrementum a com-

comodis eccleſiæ, ac pietate non prorſus alienus judicabit. Pii olim principes nihil antiquius habuerunt, quam eccleſiam ditare, ſacras domus, & loca pia erigere: inde ſibi ſalutem reipublicæ ſperabant, non damnum & interitum, quem iſti timent. Jam ſuperius vidimus, CONSTANTINI lege incitatos, atque novos accepiſſe ſtimulos fideles quosque, ad ſua largiter in eccleſiam profundenda: nunc contra legibus principum pietati fidelium obex ponitur, obſiſtiturque. At numquid & in divinas promiſſiones idem prævalebunt? Olim nihil non egerunt tyranni, ac gentiles principes ad exſcindendum chriſtianum nomen, ſed non eſt poteſtas contra Dominum, contra divina conſilia de propaganda per orbem eccleſia vana ac irrita ceciderunt iſta molimina. Sicuti vero Chriſtus miſit inermes apoſtolos, qui nihilominus totum ſubegerunt orbem, ut prædictum, ac promiſſum erat; ita etiam promiſſionibus ſtipatos ſine pera, ſine ſaculo miſit. Non illi egreſſi ſunt propriis opibus deſtituti, ut alienis inhiarent, unice animas ſitiebant, regnum DEI & juſtitiam ejus quærebant, de reliquo ſine cura ſecuri, ſecundum magiſtri ſui mandata, & promiſſa: *Quærite primum regnum DEI, & juſtitiam ejus, & cætera omnia adjicientur vobis:* conditionem

ſtere valet providentiæ ac promiſſionibus.

nem impleverunt præcones fidei, eccleſiæ miniſtri; dumque quærunt regnum DEI, & juſtitiam ejus, cætera omnia adjiciuntur eis. Nec poterunt fidem divinarum promiſſionum fallere humani conatus quomodocunque potentes, quo minus eccleſiæ miniſtris quærentibus regnum DEI & juſtitiam ejus cætera adjiciantur: quo minus, qui pro Chriſto omnia ſua reliquerit, non recipiat multo plura in hoc ſæculo, & in ſæculo venturo vitam æternam. Contriſtatus fuerat dives ille adoleſcens, dum impoſitam ſibi a Chriſto abdicationem bonorum omnium intellexit ad conſequendam perfectionem, ad implendam omnem juſtitiam. At confidentior PETRUS ad magiſtrum loquitur ſtatim atque contriſtatus
2. ille valde dives abiit (*a*): *Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te: Qui dixit eis*: non PETRO ſolum, ſed omnibus hactenus PETRI exemplo ſua relinquentibus, & Chriſtum ſequentibus: *Amen dico vobis, nemo eſt, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum DEI, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam.* Fruſtra ergo potentes hujus ſæculi nunc excipiunt, cum Chriſtus neminem excluſum velit, atque aſſevera-

(*a*) Luc. XVIII. 28. &c.

verationem ſuam etiam juramento roboratam voluerit ore omnium evangeliſtarum firmatam. Apud MARCUM etiam expreſſe notavit fructum ſummum, hoc eſt centeſimum in hoc adhuc ſæculo percipiendum (*a*): *Amen dico vobis*, ingeminat, *nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter evangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam.* Non poterit vel in minimo fides & eventus deeſſe divinis promiſſionibus: centuplum quidem omnium rerum cum ſpinis, hoc eſt perſecutionibus potius, quam pungentibus curis, quas tuto abjiciunt, quicunque propter Chriſtum & propter evangelium ſuis renunciant: hæc enim neceſſaria eſt conditio, ut non propter terrena, & ſæcularia ſæculum relinquamus, ſed propter Chriſtum, ut eum ſequamur, propter evangelium, ad ipſius nimirum amuſſim, vitam tum ſuam, tum aliorum inſtituendo. 2.

IV. At videntur tantum immobilibus eccleſiaſticis bonis indignari æmuli, illucque lex amortizationis redit: & qui paucos ante annos ſcripſit principia juris publi- Cum etiam qualis hodie eſt bonorum eccle-

(*a*) Marc. X. 29.

ſiaſtico-rum ratio de ſe non ſit vitupe-randa aut inviden-da.

publici eccleſiaſtici Catholicorum ad ſtatum Germaniæ accommodata (*a*), optare etiam videtur, ut clerus noſter dimiſſis fundis exemplo ſtirpis leviticæ viveret ſolis decimis, primitiis, & oblationibus. Recte is quidem ſanciendi de hac re facultatem eccleſiæ ipſi attribuit. Ea vero de veris ſuis commodis ex æquo perſuaſa, gnaraque, nunquam eo deveniet conſilii, nec laici, aut principes id exoptabunt, ut clerici N. T. iis, quibus tribus levitica, fruatur bonis & emolumentis immenſis plane & optimis ex omni rerum genere. Verum eſt ei, uti reliquis tribubus, nullam certam terræ ſanctæ regionem ſorte obtigiſſe, hoc eſt partem a reliquis ſeparatam, ſed hoc eorum bono majori, amplitudine contigit & poteſtate, ut cæteris tribubus permixti habitarent, haberentque civitatum fere quartam partem, nimirum ex CL. quæ Josue c. XV. &c. recenſentur. Enumerantur vero apud eundem c. XXI. inſignibus immunitatibus præ aliis gaviſæ, nullis viciſſitudinibus, aut alienationibus obnoxiæ: *Quia*, ut habet ſacer textus, (*b*) *poſſeſſio ſempiterna eſt.* Quodſi addantur proventus ſacrificiorum, primitiarum, decimarum, votorum, purificationum, oblationum, redem-

b.

(*a*) C. I. n. 9.
(*b*) Lev. XXV. 35.

Digitized by Google

redemtionum, donariorum templi, quam ingens emergit rerum, & divitiarum copia præ chriſtiano ſacerdotio mobilium pariter & immobilium? Ex omnibus vero optima quæque ſunt ſortiti Levitæ ceu partem Domini, uti etiam de ipſis civitatibus Leviticis demonſtrari poſſet. Nunquam ſacerdotium chriſtianum ad tantas pervenit opes: diu etiam & potiſſimum ex ſpontaneis largitionibus vixit: inter eas ſucceſſu temporum, quamprimum inter laicos etiam apud clericos immobilia bona integræ civitates, oppida, & territoria numerabantur, atque eodem poſſidentur jure utrinque, niſi cum ARNALDO *Brixienſi* damnato dicere quis velit teſte OTTONE *Friſingenſi*, nec clericos proprietatem, nec epiſcopos regalia, nec monachos poſſeſſiones habentes ullo modo poſſe ſalvari, cunctaque hæc principis eſſe, & ab ejus beneficentia in uſum tantum laicorum cedere oportere. Agnovit contra S. BERNARDUS hanc ſingularem divini Numinis erga ſpecialiter ſibi nuncupatum & addictum clerum ſeu ſortem Domini munificentiam, nihil non ei largientis: *Duplex eſt*, ait in ſermone ad paſtores prope finem, *dominium prælatorum. Habent enim claves eccleſiæ, quibus claudunt, & nemo aperit; aperiunt,*

&

& nemo claudit; habent & regalia, quia domini ſunt urbium & oppidorum. Nec ſolum epiſcopatus, ſed & conſulatus habent, ut merito eis dicatur: quid ultra debui facere, & non feci? ſed quod datum illis in adjutorium, factum eſt illis in ſcandalum. Id quidem dolendum eſt, ſi vitio & perverſitate humana legitimus harum rerum uſus non fiat, trahantque hæc lenocinia & irritamenta in transverſum; ſed rectum uſum hæc minime impediunt. *Licet*, ſunt verba celebris regni Gallici
a adminiſtri (*a*), *reperiantur eccleſiaſtici vitioſi propter divitias, & licet in pluribus licentia morum progeneretur ex abundantia bonorum, non inde tamen conſequitur eccleſiam bonis eſſe ſpoliandam. Hoc enim commune habent cum omnibus bonis rebus, ut a manu improba impendi in malos uſus poſſint. DEUS non tollit formoſitatem, licet illa infirmis occaſionem præbeat peccandi: ſacramenta non abolentur propterea, quod aliqui in illis committant ſacrilegia: ac nemo tenetur ſuos ſibi eruere oculos, ubi non ſtudent caſtitati, ſed probibitis objectis ſe mancipant, & curioſitati inboneſtæ ſerviunt. Sunt inter eccleſiaſticos, qui non eſſent corrupti, niſi eſſent divites. Sunt quo-*

que

(*a*) L. Miniſtre d'Etat P. II. L. II. Diſc. 11. apud LIMNÆUM de regno Franciæ, & P. DESING cit.

que inter eos, qui vitam agunt exemplarem, & charitatis chriſtianæ plenam, quorum virtus in obſcuro lateret, quorumque ſanctitas eſſet inutilis, ſi paupertate premerentur. Et ſi ad ſtatum univerſum eccleſiæ attentionem reflectamus præſertim poſteriorum temporum, hujusque noſtri ævi, videre licebit, quam e re, & proſperitate eccleſiæ ſit, clerum non eſſe viribus & potentia deſtitutum: de Romana ſede libera ab omni ſæculari poteſtate jam non ſemel id commemoravimus. Quodſi noſtra propius conſideremus, Germaniam, inquam, noſtram, ubi clerus majori præpollet in temporalibus potentia, atque eorum dominia latius diffunduntur. Quivis cordatus catholicus intelliget, quam id e re chriſtiana fuerit infelicibus his temporibus, quibus religionis cauſa regnum, imperiumque fuit inter ſe diviſum, & ab eccleſiaſticis ſuſtentatur æquilibrium catholicæ religionis, curaturque, ne caput vacillet, neve undique aliquid lolii ac zizaniorum horum triticum verum infeſtet; ut merito hoc ſingulari divinæ providentiæ eſſe adſcribendum nunc multo magis eluceſcat, quam unquam ante; quamvis nec tunc clam hoc fuerit. Ex DEI enim ordinatione id factum concludit

a. OTTO *Friſingenſis.* (a) *Denique credendum non eſt, Chriſtum eccleſiam ſuam, ſponſam ſuam, corpus ſuum, cui in arrham Spiritum S. ſuum dediſſe creditur, ſpiritu erroris decipi permiſiſſe, cui ut diximus Spiritum veritatis contulerat.*

Atque legitimæ eccleſiaſticæ poteſtati ſubſit debite diſpenſandi.

V. Verum eſt, multum hæc animos eccleſiaſticorum, ac curas diſtrahere, humanisque implicare negotiis. Vidimus in ſuperioribus ad varia onera, ad munia publica & politica etiam ipſa bella ab eo tempore, quo jus feudale obtinuit, atque clericos, & religioſos obſtrinxit, fuiſſe obligatos, eisque ſanctiſſimos etiam ſæpe detentos præſules. Romanus Pontifex GREGORIUS IX. in regno Siciliæ ſingulariter eccleſiæ devincto, ac Romanæ eccleſiæ, hæc ultro præſtanda agnoſcit munia ad FRIDERICUM regem 1352. perſcribens: *Si qui ſint*, inquit, *prælati & clerici, qui temporalia ſive regalia bona teneant a rege, & qui ratione ejusmodi bonorum de antiquo conſueverunt regibus ſervitia exhibere; hujusmodi antiqua & honeſta ſervitia regi ſecundum antiquam conſuetudinem, & ſicut ſtatuta patiuntur canonica, impendent.* Fidei vinculo & ſacramento etiam regibus ſingulariter ob ejusmodi feuda obſtringebantur. Dudum hanc neceſſitatem a S. AMBROSIO agnitam percepe-

(a) In Prol. L. IV.

ceperunt : *Si tu vis*, inquit (*a*), *non eſſe obnoxius cæſari, noli habere quæ mundi ſunt. Sed ſi habes divitias, obnoxius es cæſari. Si vis regi nihil debere terreno, relinque omnia, & ſequere Chriſtum.* Nunquam etiam ita præfracte ſua quæcunque jura ex legitima poſſeſſione hic obtendebant pii præſules, ſicut in illis, quæ curam paſtoralem, atque ſpiritualem attingebant jurisdictionem : exemplo ejusdem mox laudati S. præſulis AMBROSII. *Si tributum petit*, ait oratione in AUXENTIUM, *non negamus. Agri eccleſiæ ſolvunt tributum. Si agrum deſiderat imperator, poteſtatem habet vindicandorum, nemo noſtrum interwenit. Poteſt pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris invidiam, tollat eos ſi libitum eſt. Imperatori non dono, ſed non nego.* Haud ita pridem nomine cleri Gallicani ill. de la PARISIERE epiſcopus Nemauſenſis ad Galliæ regem in eandem locutus eſt ſententiam (*b*): a. b.

(*a*) L. IX. in Lucam.

(*b*) Que nos biens, *inquit*, qui ſont devenus le patrimoine de J. Ch. ſoint utils a V. M. pour en faire l'uſage que en ferions nous-meme elle en connoit l'immunité, & la deſtination : elle ſait avec quelles precautions il eſt permis d'y toucher : ſa religion ne lui laiſſe rien ignorer ſur ce point, cela nous ſuffit pour vous les prodiguer d'avance &c. Tout ce qui n'eſt qu' humain peut-être a la merci des hommes : mais pour le depôt de la foi, & notre jurisdi-

Quodſi, ajebat, *bonorum, quæ Patrimonium JESU Chriſti ſunt M. T. eum uſum facere lubeat, quem nos ipſi faceremus, eorum haud latet immunitas, ac deſtinatio, qua etiam cautione ea contingere liceat noſti : pietati ac religioni tuæ nihil horum eſt abſconditum. Id nobis ſatis eſt, ut ea ultro prodigamus &c. Quidquid humani eſt, hominibus præſtari, ac cedi poteſt : at vero depoſitum fidei, atque noſtra jurisdictio, quæ hinc nobis neceſſario competit, theſaurus noſter eſt, gloria noſtra, totum officium, ac munus noſtrum, cui deeſſe nullo modo poterimus, nec demi iſtud, aut minui unquam ſinemus.* Ita pios præſules decet terrena ac cœleſtia jura non æquali ponderare pretio. Nihilominus pro ſuo munere commonere licet, ne quid iniqui ſuſcipiatur, aut uſurpetur de hoc etiam terreno Chriſti patrimonio. Quod novo exemplo iidem illi præſules nuper declararunt, dum rex bonorum omnium eccleſiaſticorum computum, atque 20. eorum nummum peteret contra immunitatem eccleſiaſticam, eo nomine tanquam debitum conſtanter denegantes, ut

tamen

ction, qui en eſt une ſuite neceſſaire, c'eſt notre tréſor, notre gloire, notre engagement. Nous ne pourrons jamais conſentir qu'on nous l'enleve.

tamen ſub nomine doni gratuiti largiter concurrere haud detrectarent. Nec unquam defuit eccleſia ſubſidiis largiſſimis quovis tempore ad publicas utriusque reipublicæ ſublevandas neceſſitates, avertendas calamitates de Chriſti patrimonio: ad pios, inquam, ac legitimos uſus, non ad ſatiandam auri ſacram famem, atque ad pecunias, religioni, pauperibus, mercedi ſacri miniſterii deſtinatas ac debitas, profundendas, profanandasque. De his enim uti poſſeſſio, ita arbitrium eſt penes legitimam eccleſiaſticam poteſtatem, non apud potentiam, violentiamque extraneam, alienis rebus inhiantem, atque ſacrilegas manus DEO ſacratis rebus inferentem. Novit pia mater charitatis viſcera largiter aperire, erga illos autem præſertim, qui ſe haud degeneres filios, & in eccleſiam munificos, devotosque exhibent: cujusmodi ſuperius de dotatoribus, fundatoribus, ac benefactoribus protuli exempla: ut minime rapinas, & ſacrilegia impune ferat eccleſia, aut quæ jure optimo ſua ſunt, ab aliis diripi ſinat; ne quorum proprietatem, poſſeſſionem, adminiſtrationem plenam & legitimam ſingulari immunitate habet, alii debiti non beneficii loco repetant.

Nec illis inhiandum ſit.

VI. At hoc ipſum eſt quod cruciat quam maxime pragmaticos, ac pſeudopoliticos, ſtatus eccleſiaſtici independentia, & immunitates: hic maxime ſtatum in ſtatu PUFFENDORFFIUS execratur (*a*): *Quod*, inquit, *præjudicium eo grævius eſt, ſi ex ipſis principum civiumque bonis ſumtus depromantur, quibus ſtatus iſte extraneus ſit ſuſtentandus, iſtique opes ex ipſa civitate ſine fine ac modo cumulare integrum ſit, quorum tamen nomine ad ſumtus reipublicæ tolerandos immunem ſe prætendat.* Hæc proferri ab hoſte, aliena ab eccleſia caſtra ſequente, omnem ſtatum eccleſiaſticum, hierarchiamque exoſo, ferri poſſent, conſentanea utcunque erroneis ſuæ ſectæ principiis. At eidem ſe diſcipulos præbere in catholica fide enutritos, quod hodie non infrequenter fit, res eſt deteſtanda, odii illius, ac invidiæ cauſa & origo, qua hodie ſtatus eccleſiaſticus laborat tum ipſe, cum res ejus, quascunque habet, & quocunque etiam poſſidet jure: ac ſi nihil in commune conferret utilitatis, & otioſe, delicioſeque conſumeret ſua. Vellent iſti libenter ſacerdotes, & religioſos humana conditione exutos, angelorum ſorte frui, ut nulla re hujus terræ indigerent, nulla ſocietate, & commer-

(*a*) De habitu Relig. &c. §. 52.

mercio cum republica jungerentur, & ne ſenſibus quidem perciperentur. Hoc modo ceſſaret ſane commodiſſime ſtatus ille in ſtatu, nec tantopere rempublicam incommodarent eccleſiaſtici, nec eorum nocerent opes, ac divitiæ eccleſiaſticæ. Si omnes ex hac vita ſublati forent clerici & religioſi, ac mortui, non ita graves forent manus mortuæ clericorum: quaſi vero ſi fundi eccleſiæ non ita facile iterum in manus laicorum dilabantur, injuria fieret reipublicæ, quandoquidem fructus fundorum eccleſiaſticorum tam largiter in reipublicæ quælibet membra redundent.

Tanquam reipublicæ nocivis

VII. Hæc omnia expendit, qui ſcripſit nuperrime, præter alios P. *Anſelmus* DESING, atque examinavit ex rerum natura, ſana politica & communi ſenſu generis humani eam quæſtionem, opes ſacerdotii num reipublicæ noxiæ? Ibi ſalſe nonnunquam rem agit, & ad oculum demonſtrat, quam ſint iniquæ eorundem querelæ & obtrectationes, qui ex opibus ſacerdotum in rempublicam parum utilitatis redundare audent dicere, imo nocere putant reipublicæ, haud obſtantibus donariis, largitionibus, eleemoſynis, ſubſidiis, vectigalibus ſacerdotum, pauperibus, viduis, pupillis, nobilibus, principibus, reique omni

publicæ præſtari inde ſolitis. Recte is initio ſtatim probe definiendum ſibi ſumit, quomodo res proprie nocere reipublicæ dicatur, ne privata ambitio & cupiditas pro publico cenſeatur nocumento; dum quis ab alio poſſideri inique fert, quod ipſe ſibi appeteret: qua ratione nihil non ſit alienum, quod non
a. noceat. *Quis enim*, inquit (*a*), *non interdum audit queſtus alios ducentium: militum copia nocet reipublicæ: copia conſiliariorum nocet: & copia nobilium, copia item doctorum, mercatorum: omnia denique nocere debebunt reipublicæ, niſi falluntur iſti; maxime ſecundum hos videbuntur nocere, qui populorum tributa excipiunt, quin nocere videtur, qui accipit.* Quæ cum ita ſint, Noſter ſollicite & accurate diſtinguendum, & diſpiciendum recte judicat, cui demum nocumentum per ſacerdotes inferatur. *Videntur enim multi*, ait, *non tam reipublicæ compendia, & utilitatem cordi habere, quam ſuæ privatæ; cumque conſiderant aliqui, ſibi deeſſe id, quod poſſident ſacerdotes, dolore hoc tacti, ut celent invidiam, obtegunt illam pulchro velo ſollicitudinis ſuæ pro republica. Videt aliquis, hunc prælatum tot habere prædia cum colonis, aquis, aquarumque decurſibus: ſibique ea percommoda fore ratus ingemit;*

(*a*) P. I. Ex. 1.

gemit ; non ausus tamen profiteri se aliena appetere , vult reliquo mundo persuadere, prælatis talia non convenire. Ratio hujus judicii apud ipsum met est invidia : sed hanc aliis prodere fœdum esset: igitur res publica prætenditur cupidini augendæ rei privatæ: & aliis persuaderi vult , rempublicam curaturos illos omnes , qui sacerdotes spolient facultatibus. Solœcismus hic facile appareret , si quis cum Horatio diceret :

- - Mutato nomine de te
Fabula narratur.

Nam si vicissim prælatus diceret , tantus commitatus , tot arces uni homini subjectæ, tot æris millia in unius mercatoris loculis recondita nocent reipublicæ : exuendus est ; quid tum dices ipse? Non aliter veniet miles , dicetque : tot agros , prata , saltus habet unus colonus ? Res privata est , nocet reipublicæ. Rursus aderit colonus , dicens : tot florenorum millia habet unus quotannis chiliarcha vel tribunus, quantum nec viginti coloni cum familiis suis : nocet reipublicæ. Hic ulcus tangit auctor , atque invidiæ stimulos , morbumque detegit multos cruciantem ob sacerdotii bona ; quasi essent alterius naturæ & indolis , ac bona alterius generis , atque ab aliis quiete possessa , solaque hæc nocerent. Quod dici non posset , etsi nihil in commune conferrent , haud secus ac aliæ infinitæ res,

deſideratius eſſe poſſit, quam curis iſtis ſublevari. Exemtiones reales hodie præſertim non eſt cur ſtatui eccleſiaſtico objiciantur, cum tam ordinarias, quam extraordinarias ac gratuitas præſtationes multo ampliſſimas faciant, ex illis quæ parſimonia ſua frugali victu ac vulgari veſtitu religioſi præſertim, comparcunt. Quam ſæpe vero etiam ultra vires contribuunt pecunias ſub voraci annuo cenſu obæratas. Loquerentur id, ſi linguas centum haberent oraque centum, ærariа principum: agnoveruntque principes ipſi ſapientes, ſatisque perſpexerunt, quam longe rutius apud monaſteria pecunias depoſitas præſto in publicis neceſſitatibus habeant, quam luxuriando prodigantur alibi, abligurianturque.

Aut diripienda, tanquam inique poſſeſſa

VIII. Quæ eſt autem iſta iniquitas, ut cum omni hominum conditioni, ac ſtatui ſuis quiete uti, fruique liceat, ſoli eccleſiaſtico ordini hoc negetur, qui tamen ipſe ex omnis generis hominibus coaleſcit. Principes, nobiles, oppidani, coloni hic ſtipendia merent, ad ordinem aſpirant, & admittuntur, & illis ex republica aſſumtis res mox ſuæ invidentur, dum honore ab eccleſia, neque eo vulgari augentur, ad epiſcopatus, prælaturas, canonicatus, ſacerdotia, ſacerrima munia, honeſtiſſima officia promoti. Et iſti jam non

non communi fere hominum genere cenſentur, negaturque illis aliorum omnium mortalium ſors & juſtitia, ut ſua quiete teneant, iisque gaudeant. Habentur inter eccleſiaſticos, ut in omni reliquo hominum genere ac ordinibus, divites, & pauperes, ac maxima pars mediæ ſortis, qui omnes de republica in eo, quod præſtantiſſimum eſt, & reipublicæ ſummum fulcrum ac ornamentum, religione inquam, optime merentur, & laborant in verbo & opere, quos duplici ſtipendio dignos cenſet apoſtolus. Et tamen quidquid iſti poſſident nimium eſt, quidquid eis datur male locatum, quidquid conſumunt profuſum habetur. Cogitent eſſe eos ex eodem mortalium genere, & ſaltem ut ſui ſimilibus ſua non invideant. Nobiles, & plebei ingenui quique clericis, ſui ordinis & conditionis conſortibus, ne quæſo male cupiant, aut eccleſiæ detrahant, dum ſuos ornat, nutrit, ditat. Juſtis titulis ſua retinent & compararunt eccleſiaſtici, aut ſi minus, cur religioni haud ducunt, ſuos ad ordinem eccleſiaſticum admittere? Cur divites quique affectant ex patrimonio Chriſti, ac pauperum ſuſtentari, ditarique, eleemoſynis vivere? Neque etiam, ſi multi doleant præſertim præſtantioris conditionis, majores ſuos largitiones inſignes feciſſe ac donaſ-

donaſſe eccleſiæ, ipſis jam repetere par eſt: neque etiam ſtipendia negare, quæ ex jure naturæ & divino miniſtris altaris gentium apoſtolus debita edicit, ſine ſumma injuſtitia eripere: quæ cœtus religioſi fundata acceperunt, aut in commune contulerunt, ex patrimonio & parſimonia auxerunt, invadere, profanare, brevique conſumere tempore, ut ſolet contingere, atque apud nos in proverbium
a. abiit (*a*): quod iſti longo tempore gnaviter conſervarunt paucis plerumque contenti, ac frugaliter viventes, magnam anni partem jejunio tranſigentes, interim hoſpitibus largiter ſua, & liberaliter præbentes, pauperum curam ſingularem habentes: quod etiam qui quotidianis eleemoſynis ipſi vivunt, religioſe faciunt; alii ad idem præſtandum obligatos ſe norunt de bonis eccleſiaſticis, utque idem faciant, de aliis etiam quacunque arte, induſtria comparatis rite collocandis, ac religioſe adminiſtrandis, ſolliciti ſunt. Clamat vero jus naturæ, quod jam adverſarii ſive Proteſtantes, ſive etiam Catholici illorum principiis imbuti, tanto ſtudio excolunt, nulli jus ſuum juſte quæſitum eſſe auferendum, fidem cuique ſervandam, pacta implenda, communia placita & conventa privatorum etiam

(*a*) Pfaffen-Gut, thut kein gut.

etiam facto non esse temeranda, quod imprimis agit *P. Veremundus* Gufl in demonstratione defensioneque status ecclesiastici circa temporalia ex principiis naturæ potissimum deducta: ut si jure naturæ omnes homines saltem æquales sint in res hujus mundi, omnes idem jus consequantur, sique nullus civis rebus & juribus citra culpam vel publicam necessitatem, privandus sit, neque ecclesiastici iisdem privari possint ac debeant: si nullus civis privari possit jure congenito & naturali, nequeat privari jure acquirendi; si nullus civis privari possit jure acquirendi, fas cuique erit, consequenter etiam ecclesiasticis, capere donationes, hæreditates, legata, emere, permutare &c. Ut laudatus sciscit auctor. (*a*) *Status ecclesiasticus*, merito in præfat. partis post. expostulat, *bona sua non clancularibus artibus, non furto aut rapina, non belli violentia, non illicito quæstu, aut negotiationibus, sed vel liberalibus donationibus, aut testamentariis dispositionibus aut successioni ab intestato, vel consecratione proprii patrimonii, vel oneros sibi pactis, vel domestica parsimonia, propriis laboribus, scientia, arte; aliisque innocentibus titulis jure omni approbatis, adeptus est, & adeptus quidem a veris dominis, qui dum* a.

ea

(*a*) P. I. n. 445.

ea poſſidebant, extiterant arbitri rerum ſuarum ſub legali forma & ſolemnitate &c. An ergo, alibi inquit, *ſolis clericis aut religioſis hoc jus generale, naturale, & congenitum adimere licebit? Num illi infra fæcem hominum abjiciendi ſunt, qui rerum omniam Domino ſingularem profeſſi ſunt famulatum? Hoc eſt illud, quod vehementer doluit ſanctis Patribus, qui de cætero ſpernebant divitias.* SS. Patres jure potiſſimum divino nitebantur, cui niſi conforme ſit naturale a recto abit: *Quodſi agrum poſſeſſionis ſuæ voverit & conſecraverit Domino, ſanctificatus erit Domino & poſſeſſio conſecrata ad jus pertinet ſacerdotis &c.* ut Levit. XXVII. 16. habetur, ac paulo poſt & alibi etiam firmatur, fuitque ſemper piorum omnium etiam in N. T. firma ſententia, legibus etiam civilibus ad verbum expreſſa: *Ea quæ Domino offeruntur vel conſecrantur, ad jus pertinent ſacerdotum: & ſacrilegi ſunt, qui ea auferunt*, ut habetur in Capitul. Franc. lib. VI. c. 395. & alibi. Contra qui agunt, merito in eos graviſſime invehuntur PP. concilii Vernevillenſis: *Certe*, ajunt, *quod nullus, quamquam impudentiſſimus, negare audebit, poſſeſſio eccleſiarum votum eſt fidelium, patrimonium pauperum, redemtio animarum. Votum ergo alterius, quomodo quiſpiam DEO audet auferre? Hæreditatem*

tem pauperum qua temeritate præſumit invadere? Unde alii ſuas animas redemerunt, cur inde alii ſuas perdunt?

IX. Quid quod potiſſima opum pars induſtria eſt & labore parta præſertim a monachis, in his Europæ partibus ac regionibus antea excultis, ut cum religionis cultu etiam ſoli cultura duplici ſpirituali & temporali incremento in acceptis referatur ſacris colonis. Quod de Germania noſtra *Æneas* SYLVIUS celebri ad MEYERUM cancellarium Mog. epiſtola vere edixit, eam cum religione ditiorem, ornatiorem, potentioremque evaſiſſe: atque ob id gratum ſollicitat animum. Acerbe Scoti, Ord. S. BENED. alumni dum ex monaſterio, quod 800. annis inſederant, expellendi eſſent, ad aures imperatoris id retulerunt: *Mirum*, ajunt, *videri poteſt, eo rem rediiſſe, ut Scoti, quorum opera Germania ad fidem perducta eſt, e Germania expellendi, & poſſeſſionibus a popularibus ſuis collatis exuendi ſint &c.* MABILLONIUS noſter, quid in hac re ordini S. BENED. debeat Germania præter converſionem ad fidem, erectionem eccleſiarum cathedralium, florem litterarum in ipſo ſoli Germanici prope deſerti cultu & ornamento, cum

Cum religioni præſertim Germania rei etiam temporalis incrementa debeat.

plerisque urbibus Saxoniæ, Thuringiæ, Bojariæ &c. conditis, in præfatione prima in ſæculum tertium Ord. S. BENEDICTI enarrat; nec ſilet modum, quo noſtri rem ſuam auxerint ab invi-
a. dia prorſus immunem. *Quippe*, ait (*a*), *noſtrorum labor, & parſimonia rem familiarem auxit, pietas & religio traxit hominum frequentiam, a quibus conceſſa monachis prædia, & multa ſervitiorum copia. His commiſſi agri ad excolendum, extructæ caſæ circum monaſteria, villæ ad incolendum impoſitæ, tum caſæ & villæ in oppida & vicos converſæ. Crevit etiam monaſteriorum res famliaris non ſolum ex donatione regum ac principum aliorumque conditorum, ſed maxime ex opibus eorum, qui vitam monaſticam profitebantur.* Et poſtea: *Ex iſtis ergo fontibus derivata eſt ordinis noſtri amplitudo, quæ in reipublicæ etiam commoda redundavit. Hinc colligere licet, quid ſacro debeat ordini Germania, quæ utinam ita ſe nunc gratam exhiberet, ut alias quondam, & non magis alienis traderet ſancti Benedicti patrimonium. Magnam partem jam hæreſis devoravit, rapuitque aliena manus; reliquiis non parcent avidi comedones, niſi obſiſtat monachorum religio ac pietas: quod opimum,*

ac

(*a*) MABILL. Præf. I. in ſec. III. Bened. §. 5.

ac fere unicum eſt graſſantis mali remedium. Jam imperatoria majeſtas Benedictinis cœnobiis temperari juſſit ; reliquum eſt, ut ſibi ipſi conſulant ſodales noſtri, & majorum ſuorum memores, relictam ab iis hæreditatem ſervent iis modis, quibus eam illi comparârunt. Illud enim maxime nobis cavendum eſt, ne, ut majoribus noſtris pulcherrimum fuit tantam nobis ordinis noſtri gloriam & amplitudinem relinquere, ſic nobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepimus, tueri & conſervare non poſſe : maxime cum exemplis ſuis utriusque rei nobis auctores eſſe poſſint, ſi eorum religionem velimus imitari.

Imprecationesque diræ & pœnæ a largitoribus in bonorum eccleſiaſticorum uſurpatores ſtatutæ ſint.

X. Hic jam ſubſiſteremus odioſæ huic materiæ optatum imponendo finem, niſi venerandum MABILLONII nomen nobis in memoriam revocaret, quo, qui non omnem pietatis, & religionis deposuerunt ſenſum, revocari queant ab rerum eccleſiæ ſacratarum invaſionibus : nimirum diris illis imprecationibus paſſim in antiquis monumentis, & diplomatibus occurentibus, atque inviolatæ juſtitiæ pœnam improbis intentari ſolitis. *Quippe*, inquit piiſſimus auctor (*a*), *tanta eſt, tamque præceps hominum in aliena, maxime in eccleſiaſtica bona, cupiditas,* 1.

(*a*) MABILL. de re diplom. L. II. c. 8. n. 1.

tanta ſanctiorum voluntatum apud plerosque incuria, ut ab impetendis pactis, donationibusque revocari vix poſſint, niſi adhibeantur extrema remedia, id eſt religionis, ac legum metus. Ad quatuor autem genera revocat vir ſolertiſſimus diras hujusmodi non in ſolis imprecationibus conſiſtentes: dividit nempe in mulctam pecuniariam, ſeu corporalem; excommunicationem; judicii divini, JUDÆ, DATHAN, & ABIRON, aliorumque ejus ſortis interminationem, ac depoſitionem. Prioris generis corporales vindictas in principum potiſſimum divalibus, ſpirituales autem pœnas in eccleſiaſticis monumentis reperit. Imprecationes vero ubique gentium adhiberi ſolitas tam in oriente quam occidente infinita produnt monumenta: laudaturque eam in rem JOANNIS *Antiocheni* oratio a COTELERIO in monumentis Græc. *T. I.* edita, *in monaſteriorum invaſores.* In occidente etiam legibus & decretis mos ille & conſuetudo imprecationum eſt ſtabilitus, earumque modi determinantur. Qualem Alemannorum refert MABILLONIUS (*a*) ex capitulis Wormatiæ decretis, ubi populus inter alia CAROLO M. ſupplicat, ut ratæ ſint oblationes fidelium DEO traditæ, & pœna tempora-

(*a*) Select. capit. Tit. II. c. 1.

porali coerceatur invaſorum cupiditas. Talis jam extitit apud Alemannos temporibus CLOTARII regis. In conciliis etiam & adhibitæ, & determinatæ ejusmodi imprecationes referuntur inde ab antiquis illis temporibus, quibus plerumque in conventibus generalibus vel provincialibus epiſcoporum, ac optimatum dabantur chartæ & privilegia pro fundationum dotationumque ſacrarum firmamento, ac ſubſcribebantur. Ipſique fundatores pro ſe & hæredibus ejusmodi diras vibrabant, cujusmodi notatu dignum habetur CHROTILDIS nobilis fœminæ ita conceptum, & a MABILLONIO relatum: *Si quis vero (quod futurum eſſe non credo) ſi ego ipſa, aut aliqui de hæredibus, vel pro hæredibus meis, vel qualibet oppoſita perſona contra præſentem deliberationem venire conaverit: iram ſanctæ Trinitatis incurrat, & a liminibus ſanctarum eccleſiarum excommunis appareat, & inſuper inferat cum ſocio fiſco auri libras viginti, argenti pondo quinquaginta.* Ita quidem paſſim reges etiam, & principes ſpirituales hujusmodi imprecationes cum pœnis corporalibus miſcent: conciliorum, epiſcoporum, & ſummorum Pontificum exemplis præeuntibus, unde robur mutuum & auctoritatem accipiunt quæcun-

que a quibuscunque emanantes. Earum vero antiquiſſimus uſus demonſtratur frequens a ſexto, ſeptimoque ſæculo, a ſanctiſſimis etiam adhibitus viris. Notabilis præſertim eſt S. GREGORII bina, quarum altera præſertim lites ingentes hodieque movit, his inter alia concepta verbis: *Si quis vero regum, ſacerdotum, judicum, perſonarumque ſæcularium hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentaverit; poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi vel ea, quæ ab eo male ablata ſunt, reſtituerit, vel indigna pœnitentia illicite acta defleverit; a ſacratiſſimo corpore & ſanguine DEI & Domini noſtri redemtoris JESU CHRISTI alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.* Qui antiquitatis eccleſiaſticæ gnari, hæc non tanquam decreta latæ ſententiæ, ſed verba comminatoria habent cum THOMASINO, MABILLONIO, aliis, propius abſunt a moribus temporum S. GREGORII, ipſique S. Pontifici magis conſentanea ſentiunt. Nec nimia ea ſeveritas videri debet ad deterrendum a facinore, aut facti pœnitentiam excitandam ex-

er-

ercita. Qua duci potuerunt minus religioſi homines, quos malæ rei conſcientia ipſa a malo non revocat, ſed terror, & mali imminentis formido, quam ſæpe pii præſules ex ipſis rerum eventibus firmarunt. Hoc conſilium PETRUS *Bleſſenſis* clero Gallicano dederat, ut regi pecunias exigenti obſiſteret: *Nunquam*, ſcribit ille (*a*), *pauperum, nunquam eccleſiæ ſpolia proſperum habuerunt eventus auſpicium. Ideo in ultima peregrinatione effuſa eſt contemtio ſuper principes, & errare fecit eos in invia, & non in via. Fuerunt contritio & infelicitas in viis eorum &c.* Id vero ſollicite caveant religioſi cœtus, ne & ipſi juſtam in ſe Numinis execrationem provocent, ſi bonis quidem abundent, ab inſtituto autem ſacræ religionis deficiant, contra exempla veterum eorum monaſteriorum, quæ mox laudatus MABILLONIUS præſertim in Germania noſtra notat Gallenſe, Augienſe, Corbejenſe cæteraque permulta: *In quibus*, inquit, *non magis abundavit bonorum copia, quam ſanctitas religionis. At poſtquam ex copia otiove laſciviere animi, cæpitque religio magnifice magis coli quam pie, tum demum ſæcularium cupiditas involavit in bona monaſteriorum, quæ*

prius

(*a*) Epiſt. 112.

prius tota in cultum verſa Numinis violari ducebant nefas. Succeſſit inde tempeſtas hæreſeos Lutheranæ, quæ pleraque cœnobia nefarie protrivit, & reliquias expoſuit in prædam alienorum. Sola fere, quæ tunc vigebat, huic cladi ſuperſtes fuit congregatio Burſfeldenſis, quæ avitam majorum parſimoniam revocare ſtudebat, ut intelligas, nullum eſſe validius præſidium ad tuenda monaſteria, quam ſanctioris diſciplinæ cuſtodiam.

INDEX

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Administratio bonorum ecclesiasticorum ad præsules ecclesiasticos spectat? 738.

Adversariorum opinio de potestate coercendi in ecclesia constituta. 133. *seq.* Refutatur. 152.

Advocatia qualem usum tenuerit in ecclesia. 767.

Alcuini epistola de decimis quid potissimum contineat? 701.

Apostolorum dignitas a Christo instituta. 97. In episcopos eorum successores redundat. 100. *seq.* Cum legitima potestate. 102. Apostolica. 105. *seq.*

Asylum ecclesiasticum sub qua significatione hic veniat? 674.

Auctoritas ecclesiastica. 127. A sæculari distincta. 129. Ab adversariis vindicata. 133. *seq.* Est legislatoria. 143. Tam in judicandis & decidendis causis fidei. 155. Quam decidendis quæstionibus circa facta dogmatica. 174. *seq.*

-- ecclesiæ in omnis generis judiciis, vis coercitiva. 666. Omnisque generis causis. 669. & *seq.*

-- principum in confirmatione sanctionum ecclesiasticarum quodnam robur habeat? 504. 505. *seq.*

-- principum sæcularium in convocandis celebrandisq; conciliis quænam in primæva ecclesia. 482. Præcipue in primis conciliis adfulgeat? 487. *seq.* Factaque imperii divisione tam quod convocationem. 490. Quam ipsam celebrationem spectat. 492.

B.

Bœhmeri systema de magisterio ecclesiastico. 260. *seq.* Status ecclesiæ privatus. 10. *seq.* Et æqualis. 15.

Digitized by Google

Ejus e caſtris Proteſtantium in hac cauſa collegæ. 17. *ſeq.* Tribunal eccleſiaſticum ſub ethnicis imperatoribus. 82. *ſeq.* Epocha ſyſtematis epiſcopalis. 269. Et papalis. 272. Ac uſus jurisdictionis eccleſiaſticæ primis ſæculis. 296.

Bona eccleſiæ ab ejus ortu fuerunt ampliſſima. 695. Etiam immobilia. 704. & *ſeq.*

-- immobilia religioſis cœtibus. 707. Præſertim ordini S. Benedicti a primo ejus exortu tributa. 708. Omni cura conſervabantur. 709. 719. Præſertim integras ditiones quomodo occuparint ſacri præſules? 720. *ſeq.*

Bonorum præcipue immobilium poſſeſſio ab eccleſia an ſit tollenda. 781. *ſeq.*

Brocardicon ejus eſſe religionem, cujus eſſet regio explanatur. 355. Et refutatur. 368.

C.

Carpzovius de jure epiſcopali quid cum agmine ſuo teneat? 291. *ſeq.*

Cauſæ, cur principes electionibus eccleſiaſticis & inveſtituris ſeſe miſcerent? 419. *ſeq.*

Clericorum exemtio a judicio ſæculari ſuos ſemper hoſtes. 448. Præcipue poſteriore ævo nacta. *Ib.* Cujus juris ſit? An divini? 452. *ſeq.* Quidque eccleſia pro hac exemptione egerit. 457. Ac præſtarit? 458.

Communio cum epiſcopis. 51. Quæ explicatur ex S. Ignatii E. M. doctrina. 53. Præcipue cum ſede apoſtolica tenenda eſt. 56. *ſeq.*

Commenda unde ortum habeant, & ſub quo nomine veniant? 762. 763. *ſeq.*

Concilia. 244. Præſertim œcumenica. 247. Quantum valeant, ſi adſint requiſita neceſſaria. 251.

Concilium Germaniæ de ſanctione pragmatica. 442. Et concordatis. 444. *ſeq.*

Concordata unde originem duxerint? 439.

Concordia mutua poteſtatis eccleſiaſticæ, & civilis. 280.

Controverſia trium capitulorum auctoritatem eccleſiæ vindicat. 200.

Controverſiæ poteſtatis eccleſiaſticæ in politicam poteſtatem. 620. Præcipue in Galliis agitatæ. 622. & *ſeq.*

Cura bonorum temporalium non ſint diſtenti epiſcopi. 723. Sed tamen nonnunquam

quam præſertim monachos hæc cura diſtrahi viſa eſt. 740. *ſeq.*
- - eccleſiæ in afflictos, & oppreſſos. 675.

D.

Decimarum, oblationumque origo unde repetenda. 700.
Declaratio cleri Gallicani de non deponendis regibus, aut ſubditis juramento fidelitatis ſolvendis. 626.
Deſing, *P. Anſelmi*, refutatio de poſſeſſione bonorum eccleſiaſticorum, tanquam reipublicæ nociva. 791. 792. *ſeq.*
Dignitas, & prærogativa clericorum. 21. Eorumque diſtinctio a laicis adſtruitur. 25. *ſeq.*
Diſpenſatio bonorum eccleſiaſticorum, eccleſiaſticæ poteſtati convenit. 758. *ſeq.*
Diviſio jurium majeſtaticorũ & conventionalium. 294. 295. Ad uſum jurisdictionis eccleſiaſticæ a Novatoribus adoptata. 296. Rejicitur. 299.
Dodwelli ſyſtema in regimine eccleſiaſtico. 86.
Dominia eccleſiaſtica ob abuſum ne ad ſæcularia, revocentur, ut rectus eorum uſus fiat. 732.
Dominium plenum poſſidebat eccleſia a ſuis quaſi exordiis in bona temporalia. 711. Cujus proinde dominii exordia non a Conſtantini tempore ſunt repetenda. 717.
- - ab eccleſia in bona temporalia haberi non eſt inconveniens. 727. Sed ſæpe neceſſarium, & ſalutare. *Ibid. & ſeq.*

E.

Eccleſia in quem finem conſtituta? 1. Ejus notio. 2.
Eccleſiæ Conſtantinus ablata bona reſtitui jubet. 696. Bonis immobilibus a ſuis primordiis exornatæ. 704.
Effectus juris reformandi ratione publici exercitii relig. quidam recenſentur. 371. Damnaque liberi religionis exercitii. 396. *ſeq.*
Epiſcopi ſuccedunt collegio apoſtolorum. 119. Subſunt illis presbyteri. 110. Cum reliquis inferioris ordinis miniſtris. 114.
Epiſcoporum ampliſſima in eccleſia poteſtas. 232. Eisque deferendus honor. 234. Suprema gubernatio. 237. Ac jurisdictionis firmitas

ac varietas. 240. Quomodo exercenda ? 242.
Episcopus Romanus succedit Petro. 119. Ejus auctoritas. 209. In definiendis causis fidei. 218. Ac condendis legibus. 224. *seq.*
Espenii jus placiti civili potestati tributum quid deroget potestati ecclesiasticæ? 528. Qualesque motus in Galliis faciat ? 533. Præcipue ob bullam *Unigenitus*. 535. *seq.*
Exemtio clericorum a judicio sæculari tam quoad eorum personas. 469. Corpora. 472. Quam res ecclesiasticas. 474.
-- ab administratione bonorum temporalium an clericis concedi debeat ? 743. Et quo transferenda illa bona ? 744.

F.

Fervor summorum pastorum, ut causæ, & negotia ecclesiastica ad tribunalia ordinaria referantur. 511.
Florus *Abb.* abusus in regimine ecclesiæ quoad bona temporalia designat. 731.
Frœreisen *Leonardi* epicrisis de statu ecclesiastico. 88. *seq.*
Functiones sacræ non penes laicos. 604. Sed ministros sacros reponendæ sunt. 606.

G.

Gallorum aliquorum de ministris Novi Testamenti opinio. 93.
Germaniæ qualis sit conditio, erga Rom. sedem. 661. *seq.*
-- quantum possessio ecclesiastica bonorum temporalium contulerit ? 801.
Gregorii VII. studia in depositione Heinrici IV. 657.

H.

Hæretici qualem formam in regimine ecclesiæ admittant ? 80. *seq.*
-- quo modo sectam suam fundarint ? 544.
-- quinam plebi jus sacrorum tribuant ? 579.
Hæreticorum opiniones de jure plebis in regimine ecclesiastico. 584.
Heinrici IV. depositio an potestatem ecclesiasticam in politicam indicet ? 653.
Hostes potestatis ecclesiasticæ. 282.

I.

Jactura ecclesiæ ob usurpationem plebis, juris præsertim

tim feudalis. 601. Cui eccleſia ſeſe maxime oppoſuit. 603.
Janſeniſtarum ſtudia, & molimina circa quæſtiones facti dogmatici. 174. *ſeq.*
Immunitas eccleſiaſtica. 402. A poteſtate ſæculari adſtruitur. 405. Quoad electionem ſummorum Pontificum. 407. Epiſcoporum. 413. Ac abbatum. 416.
Impreçationes & pœnæ in uſurpatores bonorum eccleſiaſticorum ſtatutæ. 803.
Inveſtituræ an ad principes ſæculares ſpectent? 419. *ſeq.*
Judices in conciliis præcipue œcumenicis quinam ſint? 249.
Judicia eccleſiaſtica immunia ſunt a poteſtate ſæculari. 460.
Jura metropolitica unde, & quæ ſint? 122. *ſeq.*
Jus principum in ſacra ſecundum Proteſtantes. 32. Secundum Catholicos. 304.
-- principum, & magiſtratuum circa ſacra, & reformandam religionem quale ſit ſecundum Catholicorum, & Proteſtantium ſententiam? 332. An principibus ſæcularibus? 338. *ſeq.* An eccleſiæ? 349. Item jus quale competat principibus catholicis in ſubditos Proteſtanticos. 374. Secundum principia proteſtantica. 389. Et catholica? 392. *ſeq.*

L.

Laicis jus patronatus indultum. 597. Uſurpatumque jus feudale. 599. Maximam bonorum eccleſiaſticorum jacturam fecit. 601.
Lex amortizationis quomodo adverſetur poſſeſſioni bonorum eccleſiaſticorum? 775. & *ſeq.*
Libellus Gallica primum, poſtea Germanica lingua in lucem editus de reſtringendo numero monaſteriorum examinatur. 773.
Libertas conſcientiæ adverſariorum. 156. Præcipue in ſcripturarum interpretatione. 158. Refutatur. 161. *ſeq.* Eſtque inevitabile eccleſiæ & fidei detrimentum. 196. *ſeq.*
-- hæreticorum quoad poteſtatem eccleſiaſticam quam perverſa ſit. 284. *ſeq.*
-- Gallicana, quoad poteſtatem eccleſiaſticam quomodo ſe habeat? 414. & 516. *ſeq.* Præſertim in recurſu ad principem. 619. Protectione regia. 521. *ſeq.*

Limites poteſtatis eccleſiaſticæ, & politicæ qui ſervari debeant? 617.
Lites in eccleſia excitatæ ſub Heinricis Imp. ob inveſtituras. 526. Sub Fridericis ob homagia exponuntur. 429.
Lutheri molimina ob bona temporalia, beneficia eccleſiaſtica, fructusque eorum. 755.

M.

Mahometis ſectator exſtitit Lutherus in propaganda religione. 545. *ſeq.*
Militia clericorum unde ortum habeat? 472.
Miniſtri altaris de altare quomodo primis eccleſiæ exordiis viverent? 698. *ſeq.*
Molimina de componendis religionis rebus in concilio fruſtranea. 557.
Momenta eorum, pui pacificationes Weſtphalicas defendunt 570. Et qui eas oppugnant. 573.
Monita S. Bernardi ad ſummos præſules, quid in judiciis ſervare debeant? 601.
Motus & bella religionis cauſa in Germania excitata. 551. Quam funeſtam faciem Germaniæ reliquerint? 553.
Mundanis curis quomodo ſeſe epiſcopi implicarint? 679.

N.

Neceſſitas comunionis cum epiſcopis. 51. SS. Patrum. 52. Et imprimis S. Ignati teſtimonio obfirmata explanatur. 53. *ſeq.*
Negotia eccleſiaſtica quando iterum ad tribunalia ordinaria ſint reducta? 685.
Novatorum eccleſia inviſibilis. 3. Refutatur. 4. Et Cypriani auctoritate viſibilis demonſtratur. *Ibid.*
-- de miniſtris N. T. opinio. 77.
-- de jure epiſcopali ſententia. 239. 240.

O.

Obedientia epiſcopis exhibenda SS. Patrum, præcipue S. Clementis auctoritate explanatur. 74. *ſeq.*
Oblationes eccleſiæ a fidelibus factæ. 695. Sub imperatoribus etiam gentilibus. *ib.* Maximæ in præcipuis imperii urbibus. *ib.* & dein ſub magnatibus chriſtianis. 607. Quæ SS. PP. auctoritate ſtabiliuntur. 700. Earumque ſolutio eccleſiæ facienda. *ib.*
Obligatio principum Germano-

manorum, ad uniendam religionem. 578.
Ordo dignitatum ac graduum in ecclesia a primæva institutione. 21. *seq.* A laicis distinctus. 25. *seq.*
Origo canonum, & decretorum. 146. 147. Constitutionum ecclesiasticarum. 149. Canonumque collectionum. 150.
- turbarum, motuum, ac bellorum fidei causa factorum unde petenda? 544.
- possessionis bonorum ecclesiasticorum. 771.

P.

Pacificationes Westphal. in quibus capitibus religioni videantur injuriosæ. 566. Quales impugnatores nactæ sint? 568. & quales defensores? Eorumque momenta. *ibid.* & impugnantium argumenta. 572.
Parlamenta in Gallia. 516. Sub quo prætextu? 521. *seq.* Sese immisceant causis ecclesiasticis. 516. *seq.*
Passaviensis transactio prodromus pacis religiosæ extitit. 560.
S. Petri præ cæteris apostolis prærogativa. 210.
Pfaffii inter jura majestatica, & collegialia distinctio. 318. Eorumque extensio. *ib.* & 319.
Plebis jus in regimine ecclesiastico quale a Protestantibus. 579. & 584. Et nonnullis catholicis adstruatur. 582. Quodque illi competat. 586. Præcipue circa electiones. 589.
Potestas ecclesiastica a civili circa sacra distincta. 275. *seq.* Vindicatur. 284. Quibus ex rationibus principi sæculari denegetur? 321. *seq.* Quousque se exerat in potestatem summam politicam? 609.
- ecclesiæ in judiciis ferendis in alias ecclesias. 227. *seq.*
- principum in causis mixtis conciliorum quousque exercita? 495. An eadem, ac in quibus de sacris rebus solum tractabatur? 498.
- civilis quousque se exerat quoad concilia. 482.
Potestatem qualem summi Pontifices in translatione imperii orientalis primum 645. Dein occidentalis. 649. Præsertim in depositione Heinrici IV. usurparint? 652.
Privilegium plebis in electionibus habitum quando cessarit? 594.

Propoſitiones tres famoſæ circa poteſtatem eccleſiaſticam in politicam. 623.
Providentia divina in conſervatione eccleſiæ. 274.
Proteſtantium principia circa poteſtatem eccleſiaſticam & civilem examinantur. 290.
Pugna ob bullam *Unigenitus*. 205.

Q.

Querelæ ob bona temporalia, beneficia eccleſiaſtica, fructusque eorum excitatæ, præcipue in concilio Conſtantienſi. 754.

R.

Regimen eccleſiaſticum in quibus urbibus præcipue fuerit exercitum? 40. *ſeq.* diſtinctum a civili. 325. Ipſi principes ſæculares agnoverunt. 327. *ſeq.*
Richerii democratia examinatur, aliorumque nonnullorum Gallorum. 582. *ſeq.*

S.

Sæculariſatio bonorum eccleſiaſticorum quosnam auctores, & eventus habeat? 757.
Sanctio pragmatica. 432. Quid valoris habuerit in eccleſia? 435. 442. *ſeq.*
Sanctiones eccleſiaſticæ, an a confirmatione principum robur habeant? 504. *ſeq.*
Sedes Romana qualem poteſtatem circa bona temporalia? 746. 748. Beneficia ceſſante celebratione conciliorum. 750. Fructusque carpendos exercuerit? 752.
Seniores plebis, quodnam jus in negotiis eccleſiaſticis primis ſæculis habuerint? 586. An vere jus fuerit? 588. An ſolum, & quale privilegium, ac quomodo ceſſarit? 586. *ſeqq.*
Sententia de redigendis in ordinem regibus apoſtatis. 629. Ac in hunc locum Bellarmini opinio examinatur. 631. *& ſeq.*
Statua a Nabuchodonoſore in ſomnio viſa, quid de eccleſiæ ſtatu præſagiat? 9.
Status eccleſiæ quis ſit juxta Novatores? 3. Præcipue Bœhmerum. 10. 11. Juxta ſenſum catholicum. 12. 13. *ſeq.*
— — in ſtatu Puffendorffii in poſſeſſione bonorum eccleſiaſticorum. 790. refutatur. 791. *ſeq.*
Sylvii, *Æneæ*, de ſanctione pragmatica ſententia. 436. Epiſtola de bonis immobili-

bilibus Benedictinis, ac Ciſtercienſib⁹ conceſſis. 730.
Synagoga, quid de eccleſiæ regimine indicet? 65.
Syſtemata adverſariorum varia de regimine eccleſiaſtico. 261. Et uſu hujus regiminis. 309. Catholicorum ſententia deſtruuntur. 263. & 309. *ſeq.*

T.

Tertulliani locus de differentia inter ordinem, & plebem explicatus. 29. *ſeq.* Sacerdotium laicis tributum. 34.
Tridentini concilii decreta in Galliis hactenus non recepta. 688.
Tribunalia eccleſiaſtica quænam a Nicæno concilio? 509. Et quænam ſucceſſu temporis ſint conſtituta? *ibid.*
Turbæ ob electiones, & inveſtituras ſub Heinricis. 427. Sub Fridericis ob homagia excitatæ. 429.

V.

Vis eccleſiæ exercita in ſuis judiciis. 666.
Vindices honoris & obedientiæ præpoſitis debitæ Chriſtus, & apoſtoli exſtiterunt. 72. 73.
Unio gregis cum paſtoribus in regimine eccleſiaſtico adſtruitur. 37. Juxta formam imperii Romani. 39.
Uſurpatio circa bona eccleſiaſtica. 748.
Uſus bonorum eccleſiaſticorum qualis in eccleſia fuerit? 731.
- conciliorum perpetuus, & utiliſſimus. 244. & auctoritas. 247.

W.

Weſtphalicæ pacis circa religionem ſtatuta. 564.
Wolffii jus quoad ſtatum naturalem plebi in regimine eccleſiaſtico tributum. 585.

Z.

Zelus chriſtianorum principum in conciliis. 489.

FINIS.

ERRATA.

Pag. 59. Lin. 27. pro πλῆθος &c. lege πλῆθος ἔσω. Ὥσπερ ὅπου ἂν ἦ Χριστὸς. &c. p. 108. lin. 29. pro *Sacerdos*, lege Sacerdotes. p. 117. lin. 19. pro *præscriptæ*, lege præscripti. p. 126. lin. 18. pro *noſtram*, lege noſtrum. p. 126. lin. 28. pro *virii*, lege viri. p. 128. lin. 28. pro ἐνταλῃ, lege ἐντολῇ. p. 154. lin. 10. pro *potententia*, lege potentia. p. 161. lin. 7. pro *plurimum*, lege plurimorum. p. 163. lin. 20. pro *Scripturam*, lege Scripturarum. p. 167. lin. 28. pro *vetres*, lege veteres. p. 187. lin. 11. pro *deferrendum*, lege deferendum. p. 219. lin. 2. pro *apopolica*, lege apoſtolica. p. 227. lin. 1. pro *uopoſtolicum*, lege apoſtolicum. p. 287. lin. 23. pro *princiceps*, lege principes. p. 346. lin. 6. pro *dirigire*, lege dirigere. p. 381. lin. 14. pro *quod*, lege quoad. p. 407. lin. 2. pro *lieberius*, lege liberius. p. 698. lin. 25. pro *ſacrarorum*, lege ſacrorum. p. 738. lin. 2. pro *dentibus*, lege dantibus. p. 764. lin. ult. pro *penetrarit*, lege penetravit. p. 765 lin. 6. pro *benefici*, lege beneficii. p. 768. lin. ult. pro *optima*, lege optime. p. 776. lin. 2. pro *in vita*, lege invita.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google